NOUI

# SECUNDI AUCTARII BIBLIOTHECÆ GRÆCORUM PATRUM.

*Auctore F. FRANCISCO COMBEFIS Ord. FF. Prædicatorum Provinciæ ſancti Ludovici ſtrictioris obſervantiæ.*

## PARS ALTERA.

i 16887608

# AD SEQUENTIA DUO OPUSCULA, PROLUSIO.

*COMMODUM accidit ut Vir doctus ac eruditus, ipſe quoque humaniſſimus, ac quibus rem literariam juvare poteſt & Eccleſiaſticam, liberaliſſimus Emericus Abbas Bigotius, ſua in Italiam profectione duplici egregio adverſus Manichæos locupletaretur Opuſculo; antiquis planè Auctoribus, & qui ſectæ parentis ætatem haud procul attingerent. Sic præcipuè Alexander Lycopolita, quaſi Lyco Thebaidis ortus, auctor aliàs obſcurus, ſed hac ſua, quam repræſento, lucubratione, Eccleſiaſticorum Scriptorum albo illuſtris ſatis futurus,* Ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς, *ait accepiſſe Manichæi doctrinæ famam, ſic in Ægyptum diditam; & ut præfert titulus, ad quam ille relicta Græcorum ſuperſtitione animum adjeciſſet, velut fere Magnus Auguſtinus: qui ipſe ab ea ſecta revocatus, in Eccleſiæ caſtris illius probra detexit, hydramque generoſo magis conatu certaque plaga confodit. Sic Alexander hoc Opuſculo, quaſi philoſophicè ac rationibus arguendo, magnificè præſtitit, feréque plura aliis, ut quondam ſectæ domeſticus produxit. Quo & nobis charior eſſe debuerit. Offendit tamen tum Ægyptiacæ phraſis perplexitate, tum & ſcribæ imperitia, Virum noſtra ætate, Græca literatura ſingularem atque amicum, Henricum Valeſium, ut nec lectionem patienter tulerit; cùm ei quoque Bigotius copiam feciſſet ſui exemplaris, à Luca Holſtenio, ipſo eruditiſſimo, magno munere accepti. Mihi quoque, fateor, non unam fixit crucem, non tam Scriptoris* λοξὸν, *ac ſi quid ejus nævis adſcribi poteſt (quibus non adeo ſordere exiſtimem) quàm exſcribentis manus; ſive menda priori exemplari hærebant, ſive ipſa adjecit. Factum tamen ſpero (amice Lector) ut qua inſudavi opera, omnem tibi prope refixerim, ac quibus hæreas, pauca reliquerim.*

*Didymus paulò limpidior, quo altero donavit, ex Italia redux, quem dicebam, Emercius Bigotius. Reddiderat Turrianus, ejuſque verſionem Poſſevinus in Apparatu repræſentaverat: tanti ſcilicet uterque monumentum fecerat. Ac ſanè vir eſt cum primis argutus & acer* (ἐπιχειρηματικὸς) *ſolerſque diſputator. Num tamen ipſe Didymus ſit Athanaſio æqualis, prope ambigi poteſt, quod ex tot locis Didymi nomine Maximo citatis in Sermonibus, & Damaſceno in Parallelis (qui ipſi haud rarò iidem ſunt) nihil ex iſto Opuſculo acceptum ſit. Quo clarum eſt, ipſum eos latuiſſe: quo tamen ſuſpectum* νοθείας *haberi non poteſt. Quod item in Ioan. Damaſc. Paral. MS. Veneto ſancti Marci* ῥητῶς *citetur,* Διδύμου κατὰ Μανιχαίων· Φιλοῦσι τὰ ἁμαρτήματα ἐκ πλήθους ὄχλων καὶ δι᾽ ἐνδείας τῶν ἀναγκαίων τίκτεσθαι, *qui locus non extat in noſtro Opuſculo, argumento eſt, vel non eſſe integrum hoc quod repræſento, habuitque Turrianus, vel aliud opus in Manichæos elucubraſſe Didymum. Poſſidonius, qui excerptum referat ad Nili Epiſtolas p. 342. non videtur plura habuiſſe; alioqui non invidiſſet literarum Reip. pro ſuo candore & humanitate. Ambos itaque Auctores, quaſi primipilarios, altera hac parte ſecundi mei Auctarii, reliquis recentionis ævi polemicis Scriptoribus, quos produco, Lector, anteire patere; Notarumque in eos veniam indulge. Fuſiores exigeret ſubjecta materia, quàm ut intra paucas lineas aut pagellas liceret cogere: alioqui productiore jam opere, quàm vel mihi conſtitutum primò fuerat, vel è ſuis rationibus, quo cum contraxi, ingenuus Bibliopola judicet.*



# ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΛΥΚΟΠΟΛΙΤΟΥ,

## ΕΠΙΣΤΡΕΨΑΝΤΟΣ ΕΞ ΕΘΝΩΝ

### πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας.

# ALEXANDRI LICOPOLITÆ,

## QUI EX GENTIBUS

### *ad Manichæi opiniones converſus fuerat.*

K Χριστιανῶν φιλοσοφία ἁπλῆ καλεῖται. αὕτη δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ ἤθους κατασκευὴν τὴν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, αἰνιττομένη περὶ τῶν ἀκριβεστέρων λόγων περὶ Θεοῦ· ὧν τὸ κεφάλαιον τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς εἰκότως ἂν ἅπαντες ἀποδέξαιντο, ἔνθα τὸ ποιητικὸν αἴτιον τιμιώτατον τίθενται καὶ πρεσβύτατον, καὶ πάντων αἴτιον τῶν ὄντων. ἐπεὶ καὶ τοῖς ἠθικοῖς τὰ ἐργωδέστερα παραλείποντες, οἷον τίς τε ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ καὶ λογική. καὶ ὅσα λέγεται περὶ ἠθῶν καὶ παθῶν, περὶ τὸν ὑποθετικὸν διατρίβουσι τόπον, στοιχεῖα μὲν πρὸς ἑκάστης ἀρετῆς ἀνάληψιν οὐκ ἀποδιδόντες· παραγγέλματα δὲ παχύτερα ὡς ἐτύγχανεν ἐπισωρεύοντες. ὧν ὁ πολὺς δῆμος ἀκούων ὡς ἐκ τῆς πείρας ἔστι μαθεῖν, σφόδρα ἐπιδίδωσιν εἰς ἐπιείκειαν, καὶ ὁ τῆς εὐσεβείας χαρακτὴρ ἐνιζάνει αὐτῶν τοῖς ἤθεσιν, ἀναζωπυρῶν τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης συνηθείας συνεκλημμένον ἦθος, καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν τοῦ καλοῦ αὐτοῦ ὄρεξιν ὁδηγῶν.

Εἰς πλεῖστα δὲ ταύτης ὑπὸ τῶν ἐπιγινομένων μερισθείσης ζητήσεις, συνέστησαν πλείονες, καθάπερ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, ἀφ' ὧν, ἐντρεχεστέρους μὲν ἄλλους ἑτέρων μᾶλλον καὶ ζητητικωτέρους ὡς ἂν τις εἴποι, γεγονέναι συμβέβηκεν· καί τινες ἤδη καὶ αἱρέσεων προὔστησαν, ἀφ' ὧν, ἡ κατὰ τὸ ἦθος ἄδηλος κατασκευὴ ἐμαραίνετο. τῶν μὲν κατὰ

A

B

CHriſtianorum Philoſophia ſimplex appellatur. Hæc nimirum inſtituendis moribus plurimùm navat operam, certis veritatis de Deo ſermones obſcure inſinuans, quorum caput, rei hujus diligentiam meritò omnes admiſerint, ubi cauſa Efficiens nobiliſſima antiquiſſimaque, atque omnium auctor, ab illis ſtatuitur. Relictis namque his, qui mores conſectantur, quæ operoſiora ſunt, qualis videlicet Virtus Moralis eſt & Rationalis; quæcunque item de Moribus, deque Vitiis & Affectibus dicuntur; circa præceptiones morantur: haud quidem elementa reddentes quibus unaquæque virtus paranda ſit; craſſiora verò præcepta, ſic quaſi temere congerentes: quorum auditu commune vulgus, ut experientia diſcimus, ad modeſtiam valde proficit, inſidetque eorum moribus pietatis character, vivificans, quæ ex tali conſuetudine morum compoſitio indoleſque contrahitur, paulatimque ad boni honeſtique ducens appetitum.

Philoſophia Chriſtiana.

Efficiens cauſa nobiliſſima & antiquiſſima.

Hac verò à ſequentium turba in multas diviſa quæſtiones, extitere plures (ut fere in iis fit, qui contentioni ſtudent) alii aliis ſolertiores, argutiiſque ac quæſtionibus, ut ſic dicam, ſagaciores: ita ſane ut jam quoque hæreſeωn ſectarumque antiſtites parenteſque emerſerint: per quos in obſcurum adducta ac labefactata morum inſtitutio eſt: dum ii certam ſermonum veritatem non

Hæreſeon origo in Chriſtianis.

aſſequuntur (quotquot nimirum ſectis antiſtari volunt) plebſque ac vulgus inde in rixas ac contentiones majorem in modum excitatur. Cúmque nulla ſuppetat regula, nullæ præſto ſint leges, unde eorum, quę in quæſtionem veniunt, ſolutionem nanciſci liceat, ſed velut in aliis, honoris contentio in nimietatem adducta atque excedens, non eſt cui labem noxamque non afferat.

Sic in his quoque, dum opinionum novitate quiſque ſe priorem ac ſuperiorem ſuperare contendit, Philoſophiam quæ ſimplex ſit, eò tandem adduxerunt, ut præſtari non poſſit. Talis extitit, quem Manichæum vocant; cujus ad nos opinionis doctor Papus nomine, & poſt eum Thomas, venit, eoſque ſecuti nonnulli alii. Aiunt hominem Valeriano Imperatore vixiſſe, ac Sapori Perſarum Regi militantem, cùm apud illum offendiſſet, periiſſe. Ejuſcemodi verò viri illius opinionis fama, ab ejus familiaribus ad nos permeavit. Duo ponebat Principia, Deum & Materiam. Deum autem bonum dicebat, Materiam malum affirmabat. Bono Deum magis præcellere, quam malo Materiam. Materiam verò vocat non quam Plato dicit, quæ omnia fiat, tunc, cùm qualitatem figuramque receperit: unde & omnium ſuſceptricem & matrem & nutricem vocat: Ariſtoteles quoque Elemenum, circa quod forma & privatio verſantur; ſed aliud quid præter illa. Qui enim in rebus ſingulis motus incompoſitus eſt, hunc Materiam appellat. A Deo ſtare Virtutes alias, velut ancillas, omnes bonas, aliaſque ſimiliter à Materia, omnes malas. Porro ſplendidum & lucem ac ſuperius, cuncta hæc cum Deo eſſe; obſcurum verò & tenebras ac inferius, cum Materia. Quin habere Deum appetitiones, verum has quoque bonas: ac Materiam ſimiliter, ſed omnes malas.

Manichæi ætas & origo. Manes, Euſebio & Epiphanio.

Primi diſcipuli.

Manichæi opinio duorum Principiorum.

Materia Platonica & Ariſtotelica.

Materia Manichaica; viriique deliria.

Deſiderium itaque Materiam quandoque inceſſiſſe, ut in ſupernum locum evaderet. Cumque adeo evaſiſſet, admiratam ſplendorem ac lucem, quanta apud Deum eſſet. Atque hunc principatum, repulſo Deo atque ſummoto, ſibi voluiſſe arripere. Deum porro etiam deliberaſſe in eam animadvertere; ſed mali copiam, quo ipſam puniret, non habuiſſe: quippe cùm non ſit malum aliquod in Dei domo. Miſiſſe igitur Virtutem quandam, quam nos Animam vocamus, in Materiam, quæ illi omni immiſceatur. Fore namque Materiæ mortem, cùm tandem poſtea Virtus hæc ab illa ſeparabitur.

Sic igitur per Dei providentiam, commixtam Materiæ eſſe Animam, diſſimili rem quandam diſſimilem. Per hanc verò interim mixtionem, cum Materia vitium pariter contraxiſſe, ac laboraſſe Animam. Quemadmodum enim in malo vaſe, quod in illo exiſtit, haud rarò pari qualitate mutatur; ſic nimirum etiam in Materia tale quid paſſam Animam, à ſua deteriorem factam indole, in malitiæ commercium tranſiſſe. Ejus verò Deum miſertum, aliam quandam Virtutem

τῶν λόγων ἀκριβείας οὐκ ἐφικνουμένων τούτων, ὅσοι τῶν αἱρέσεων ἡγεῖσθαι ἠξίουν· τοῦ δὲ πολλοῦ πλήθους στασιαστικώτερον πρὸς αὐτὸ διατεθέντος. κανόνος δὲ οὐδενὸς ὑπόντος οὐδὲ νόμων, ἀφ' ὧν τῶν ζητήσεων ποιεῖσθαι λύσιν, καθάπερ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ φιλοτιμία εἰς ὑπερβολὰς ἐκπίπτουσα, οὐκ ἔστιν ὅ, τι οὐ λυμαίνεται.

Οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τούτων τῇ καινότητι τῶν δοξῶν, ἑκάτερος τὸν πρὸ αὐτοῦ ὑπερβάλλεσθαι σπουδάζων, εἰς ἀνήνυτον πρᾶγμα τὴν ἁπλῆν ταύτην ἐμβεβλήκασιν φιλοσοφίαν. ὥσπερ ὁ λεγόμενος Μανιχαῖος, ὅς, Πέρσης μὲν τὶς ὢν τὸ γένος, καί γέ τις Πάπος τοὔνομα πρὸς ἡμᾶς ἐγένετο τῆς τοῦ ἀνδρὸς δόξης ἐξηγητὴς καὶ μετὰ τοῦτον Θωμᾶς, καί τινες ἕτεροι μετ' αὐτούς. αὐτὸς δὲ ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ μὲν γεγονέναι λέγεται, συστρατεῦσαί τε Σαπώρῳ τῷ Πέρσῃ· προσκρούσαντα δέ τι τούτῳ ἀπολωλέναι· τοία δὲ οὖν τις φήμη τῆς ἐκείνου δόξης ἀπὸ τῶν γνωρίμων τοῦ ἀνδρὸς ἀφίκετο πρὸς ἡμᾶς. Ἀρχὰς ἐτίθετο, Θεὸν καὶ Υλην. εἶναι δὲ τὸν μὲν Θεὸν ἀγαθὸν, τὴν δὲ Υλην κακόν. ἀγαθῷ δὲ πλεῖον, τὸν Θεὸν ὑπερβάλλειν, ἢ κακῷ τὴν Υλην. τὴν δὲ Υλην λέγει, οὐχ ἣν Πλάτων τὴν πάντα γινομένην ὅτ' ἂν λάβῃ ποιότητα καὶ σχῆμα· διὸ πανδεχῆ καὶ μητέρα καὶ τιθήνην καλεῖ· καὶ Ἀριστοτέλης, τὸ στοιχεῖον, περὶ ὃ τὸ εἶδος καὶ ἡ στέρησις, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ ταῦτα. τὴν γὰρ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἄτακτον κίνησιν, ταύτην Υλην καλεῖ. συντετάχθαι δὲ τῷ Θεῷ Δυνάμεις ἑτέρας, οἷον ὑπηρέτιδας, ἀγαθὰς πάσας· καὶ ἄλλας τῇ Υλῃ ὁμοίως πάσας κακάς. τὸ δὲ λαμπρὸν καὶ τὸ Φῶς καὶ τὸ ἄνω, πάντα ταῦτα σὺν τῷ Θεῷ εἶναι. τὸ ἀμυδρὸν δὲ καὶ τὸ σκότος καὶ τὸ κάτω, σὺν τῇ Υλῃ· εἶναι δὲ καὶ τῷ Θεῷ ὀρέξεις, ἀλλὰ καὶ ταύτας ἀγαθάς· καὶ τῇ Υλῃ ὁμοίως, ἀλλὰ πάσας κακάς.

Εἰς ἐπιθυμίαν οὖν ποτε τὴν Υλην ἐλθεῖν, εἰς τὸν ἄνω ἀφικέσθαι τόπον ἀφικομένην δὲ, θαυμάσαι τό τε λαμπρὸν καὶ τὸ φῶς ὅσον ἦν παρὰ τῷ Θεῷ. καὶ δὴ θέλειν τὴν ἀρχὴν ταύτην κατασχεῖν, τὸν Θεὸν παρωσαμένην. τὸν δὲ καὶ βεβουλῆσθαι μὲν ταύτην τιμωρήσασθαι, ἀπορεῖν δὲ κακοῦ, ᾧ καὶ τιμωρήσηται. μὴ γὰρ εἶναι κακὸν ἐν Θεοῦ οἴκῳ. πέμψαι οὖν τινα Δύναμιν τὴν ὑφ' ἡμῶν καλουμένην Ψυχὴν, ἐπὶ τὴν Υλην, ἥ τις αὐτῇ διὰ πάσης μιχθήσεται. ἔσεσθαι γὰρ τῆς Υλης θάνατον, τὸν μετὰ ταῦτά ποτε τῆς Δυνάμεως ταύτης χωρισμόν.

Οὕτως οὖν κατὰ πρόνοιαν τοῦ Θεοῦ μεμίχθαι, τὴν Ψυχὴν τῇ Υλῃ, ἀνόμοιόν τι πρᾶγμα ἀνομοίῳ. ἐν δὲ τῇ μίξει, συμπαθεῖν τῇ Υλῃ τὴν Ψυχήν. ὥσπερ γὰρ ἐν φαύλῳ ἀγγείῳ συμμεταβάλλεται πολλάκις τὸ ἐνυπάρχον, οὕτω δὲ καὶ ἐν τῇ Υλῃ τοιοῦτό τι τὴν Ψυχὴν παθοῦσαν, παρὰ τὴν οὖσαν ἠλαττῶσθαι φύσιν εἰς μετουσίαν κακίας. οἰκτεῖραι οὖν τοῦτο τὸν Θεὸν, καὶ πέμψαι τινὰ ἑτέραν Δύναμιν, ἣν ἡμεῖς καλοῦμεν Δημιουργόν.

A ἧς δὴ ἀφικομένης, καὶ τῇ κοσμοποιίᾳ ἐπικεχειρηκυίας, ἀποκεκρίσθαι τῆς Ὕλης ἐκεῖνο τῆς Δυνάμεως, ὅσον ἀπὸ τῆς μίξεως οὐδὲν ἦν ἄτοπον πεπονθὸς, καὶ γεγονέναι Ἥλιον καὶ Σελήνην πρῶτον. τὸ δὲ ἐν μετρίᾳ γεγονὸς κακίᾳ, ἀστέρας καὶ τὸν οὐρανὸν σύμπαντα. τῆς οὖν Ὕλης ἧς ἀπεκρίθησαν Ἥλιος καὶ Σελήνη τὸ μέρος, ἐκτὸς τοῦ κόσμου ἀπεληλάσθαι, καὶ εἶναι ἐκεῖνο πῦρ, καυστικὸν μὲν, σκοτῶδες δὲ καὶ ἀφεγγὲς, νυκτὶ προσόμοιον. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις στοιχείοις καὶ φυτοῖς καὶ ζώοις, τοῖς ἐν τούτοις, ἀνωμάλως φέρεσθαι τὴν θείαν Δύναμιν μεμιγμένην. δι᾽ ὃ δὴ καὶ τὸν κόσμον γεγονέναι, καὶ ἐν αὐτῷ Ἥλιον καὶ Σελήνην ταῖς γενέσεσιν καὶ ταῖς φθοραῖς, B ἀεὶ τὴν Δύναμιν τὴν θείαν τῆς Ὕλης ἀποχωρίζοντας καὶ πρὸς τὸν Θεὸν παραπέμποντας.

Ἐπεὶ γάρ τοι τῷ Δημιουργῷ ἑτέραν Δύναμιν ἐπὶ τὸ φωτοειδὲς τοῦ Ἡλίου καθέλκουσαν ταῦτα διαπραγματεύσασθαι· καὶ εἶναι καὶ ἐμφανὲς τὸ πρᾶγμα, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι τυφλῷ δῆλον. ἐν μὲν γὰρ ταῖς αὐξήσεσιν τὴν Σελήνην, λαμβάνειν τὴν ἀποχωριζομένην Δύναμιν ἀπὸ τῆς Ὕλης, καὶ πλήρη γίνεσθαι ταύτης τὸν χρόνον τοῦτον. πληρωθεῖσαν δὲ, ἐν ταῖς μειώσεσιν εἰς τὸν Ἥλιον ἀναπέμπειν· τὸν δὲ πρὸς τὸν Θεὸν ἀπιέναι. ποιήσαντα δὲ τοῦτο, ἐκδέχεσθαι πάλιν τὴν ἀπὸ τῆς ἑτέρας πανσελήνου πρὸς αὐτὸν τῆς Ψυχῆς μετοίκησιν· καὶ παραλαβόντα ὁμοίως πρὸς τὸν Θεὸν ἐᾶν αὐτομάτως φέρεσθαι· καὶ τοῦτο διαπαντὸς ἐκπονεῖν.

Καὶ εἰκόνα δὲ ἐν Ἡλίῳ ἑωρᾶσθαι τοιαύτην, C οἷόν ἐστι τὸ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος. καὶ ἀντιφιλοτιμήσασθαι τὴν Ὕλην ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐξ αὐτῆς, κατὰ τὴν διὰ πάσης αὐτῆς τῆς δυνάμεως μῖξιν, ἔχοντα καὶ αὐτόν τι τῆς ψυχῆς, πολὺ μέντοι συμβεβλῆσθαι τὸ εἶδος, εἰς τὸ πλεῖόν τι παρὰ τὰ ἄλλα θνητὰ ζῶα τῆς Δυνάμεως τῆς θείας τὸν Ἄνθρωπον μετασχεῖν. ὑπάρχειν γὰρ αὐτὸν θείας Δυνάμεως εἰκόνα. τὸν δὲ Χριστὸν, εἶναι Νοῦν. ὃν δὴ καὶ ἀφικόμενόν ποτε ἀπὸ τοῦ ἄνω τόπου, πλεῖστόν τε τῆς Δυνάμεως ταύτης πρὸς τὸν Θεὸν λελυκέναι· καὶ δὴ καὶ τὸ τελευταῖον ἀνασταυρωθέντα παρασχέσθαι γνῶσιν τοιῷδε τρόπῳ· καὶ τὴν Δύναμιν τὴν θείαν ἐνηρμόσθαι, ἐνεσταυρῶσθαι τῇ Ὕλῃ. ἐπεὶ οὖν ἀπόλλυσθαι τὴν Ὕλην ἐστὶ Θεοῦ δόγμα, ἀπέχεσθαι μὲν ἐμψύχων πάντων, σιτίζεσθαι δὲ λάχανα, καὶ πᾶν ὅτι ἀναίσθητον. ἀπέχεσθαι δὲ γάμων καὶ ἀφροδισίων καὶ τεκνοποιΐας, ἵνα μὴ ἐπιπλεῖον ἡ Δύναμις D ἐνοικήσῃ τῇ Ὕλῃ κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, μὴ ἐξάγειν δὲ ἑαυτοὺς, μηχανωμένους κάθαρσιν ὧν ἐλυμήνατο ἡ μῖξις τῆς Ὕλης τὴν Δύναμιν.

Τὰ μὲν κεφαλαιωδέστερα ὧν λέγουσιν, ἐστὶν ταῦτα. τιμῶσι δὲ μάλιστα Ἥλιον καὶ Σελήνην, οὐχ ὡς Θεοὺς, ἀλλ᾽ ὡς ὁδὸν δι᾽ ἧς ἐστιν πρὸς Θεὸν ἀφικέσθαι. ἀποχωρισθείσης δὲ ἀκριβῶς τῆς θείας Δυνάμεως, τὸ ἔξω πῦρ φασι συμπεσὸν, ἑαυτό τε καὶ τὸ ἄλλο σύμπαν, ὅτι δ᾽ ἂν λείπηται τῆς Ὕλης, συγκαταφλέξειν. οἱ δὲ ἐν τούτοις



miſiſſe, quam nos Δημιουργὸν (rerum ſcilicet Opificem ac Creatorem) vocamus: quæ cùm veniſſet, & ad mundi creationem aggreſſa eſſet, illud Virtutis à Materia ſecreviſſe, quod ex mixtione nihil vitii ac labis contraxiſſet; atque hinc Solem & Lunam primùm condita eſſe: quod verò pauxillum aliquid ac mediocre hauſiſſet, id ſtellas cœlumque omne factum eſſe. Extra mundum autem ejectam, ex Sole & Luna ſecretam Materiæ partem, eſſeq; ignem illum, cui vis quidem urendi inſit, cùm ipſe tenebroſus & lucis expers, ac nocti cōſimilis ſit. In reliquis verò elemētis & ſtirpibus & animalibus, in hac rerum univerſitate verſantibus, inæqualiter ferri commixtam divinam Virtutem. Proptereaque mundum conditum eſſe, & in illo Solem & Lunam, quæ rerum ortui interituique præſideant, divinam ſemper Virtutem à Materia ſeparando, atque ad Deum tranſmittendo.

Hæc nempe molitum eſſe, ut Demiurgo ac Creatori Virtus alia ſuppetat, quæ ad Solis lucis ſplendores trahat: eſſeque rem manifeſtam, velut quis dicat, cæco. Lunam enim augmentum faciendo Virtutem accipere, quæ ſeparatur à Materia, ac per hoc tempus ea plenam evadere. Vbi verò plena fuerit, inter decreſcendum ad Solem remittere: Solem verò, ad Deum abire. Idque adeò cùm præſtiterit, expectare rurſum dum alio plenilunio Anima ad ipſum commigret: quam ſimiliter aſſumptam, ad Deum ſponte ſinat tranſire. Atque id in omne ævum penſi habere atque operæ.

*Lunæ augmentum & decrementum; nugæ in ea Manichaicæ.*

Sed & in Sole ejuſmodi ſimulacrum conſpici, qualis eſt forma hominis; ambitioſiuſque eniti Materiam, ut ex ſe ipſa condat hominem, omni ſua commixta virtute, qui ipſe quoque Animæ quidpiam habeat: multum tamen contuliſſe formam, ut homo majus aliquod, præ reliquis animantibus, commercium nanciſceretur divinæ Virtutis. Eſſe enim hominem divinæ Virtutis imaginem: Chriſtum verò, eſſe Mentem. Qui cùm aliquando è ſupernis cœlique axe veniſſet, hujus plurimam partem Virtutis ad Deum dimiſiſſe. Ac demum in crucem actum, per eum modum ſcientiam præbuiſſe; divinamque aptaſſe Virtutem, ut in Materia crucifigeretur. Quia igitur divinæ voluntatis ac decreti eſt ut Materia pereat, ab iis abſtinere quæ animata ſunt; veſci verò oleribus, ac ſi quid eſt ſenſus expers. Se quoque abſtinere à nuptiis & venereis ac procreandis liberis, ne altiores in Materia radices, per generis ſucceſſionem Virtus agat; nec ſeipſos eximere, conantes emundare, quam ſibi Virtus ex admixta Materia labem conſciviſſet.

*De Homine & Chriſto deliria.*

*Abſtinentiæ inſulſa ratio.*

Sunt hæc quidem, eorum quæ dicunt ac ſentiunt principaliora. Colunt verò maximè Solem & Lunam, non ut Deos, ſed ut viam qua eis Deum aſſequi liceat. Sejuncta verò penitus divina Virtute, ignem aiunt exteriorem delapſum, ipſum ſe, ac ſi quid aliud fuerit Materiæ reliquum, combuſturum. Qui autem inter eos lepidiores ſunt, nec Græca-

*Soli ac Lunæ cultus ſub Deo.*

Manichæis in Græcorum fabellis quæſita præſidia.

nicæ eruditionis ac literarum expertes, ipſi A nos, ex propriis admonent. Ex cerimoniis quidem ac myſteriis; per Bacchum, qui ſciſſus utero eſt, ſignificari dividi in Materiam à Titanibus (ut ipſi loquuntur) divinam Virtutem: ex Poetarum autem fabula Gigantum pugnæ, indicari, Ne illos quidem Materiæ adverſus Deum rebellionem neſciviſſe. Ego ſanè, quemadmodum hæc haud ſufficientia ad eorum deliniendos animos, qui nullo examine ſermonem recipiunt, haud inficias ierim, quandoquidem etiam nonnullos, qui una nobiſcum Philoſophiæ navaverunt operam, ejuſcemodi ſermonum deceptio ad ſe traduxit; qui tamen modò rem, ut ſe habeat, examinãdam aggrediar, quò me vertam B neſcio. Non enim per legitimas ullas rationes procedunt illorum hypotheſes, ut per eas examen inſtituere liceat. Neque ulla ſunt demonſtrationum principia, & ut quod ſequitur videamus: inventumque revera & lucrum inſperatum eorum eſt, qui ſimplicius philoſophari dicuntur. Hi, novas ſibi vetereſque Scripturas adhibentes, cùm divinitus inſpiratas ſibi eas ſtatuant, ſuas inde opiniones concludunt; tuncque ſolum argui videntur atque refelli, cùm ab eis aliquid non iis conſonum aut dici aut agi contigerit. Quodque iis qui Græcorum ritu philoſophantur demonſtrationum principia intermediæ propoſitiones ſunt, hoc ipſis eſt Prophetarum vox ac oraculum. Hìc autem, cunctis his eliminatis, & cum ea, quorum ſuperius memini, abſque ulla probatione dicantur, ſitque neceſſarium ut cum ratione C reſpõſionem faciamus, non verò probabiliora alia, & quæ magis delinire valeant, proponamus, moleſtior eſt aggreſſio, hincque adeo magis ardua, quod & varios inſtituere ſermones neceſſe eſt. Qui namque magis accurati certiorisque veritatis ſunt, eos latuerint, quos certa quadam credulitate ante admiſerint, ſi, cùm ad deliniendum adhiberi contigerit, in eaſdem anſas neceſſitateſque inciderint: Quamobrem multa magnaque opus diligentia eſt, ac planè Deo, qui ipſe dux & auſpex erit ſermonis.

Scripturarum auctoritas ac fides, Manichæis ſpreta.

Id eſt, pares illis videbuntur, nec magis cogentes.

Manichæorum duo Principia.

Ipſa vexata.

Duo Principia ſtatuunt, Deum & Materiam. Siquidem id quod fit atque oritur, ab eo quod eſt, ſecernat, haud perinde mala ſuppoſitio, ut neque Materia ipſa ſeipſam D efficiat, & contrariorum rationem recipiat, quæ tum agat tum patiatur: neque rurſus alia talia de Effectore rerumque auctore intelligantur, quæ nec fortè fas ſit dicere; tametſi Deus ad effecta, Materia non indigeat; cùm omnia in ſubſtantia & quę verè exiſtant ad illum ſenſu effici nihil prohibeat. Sin autem, quod magis dici videtur, ſub ipſo inordinatus rerum motus Materia eſt, primùm quidem incautè ac imprudens aliud Efficiens (etſi maleficum) conſtituit: nec quid inde ſequatur animadvertit; nempe, ſi neceſſe omnino ſit ut Deus & Materia ſupponantur, aliam quoque Materiam Deo ſuppoſitum iri: ut videlicet ambobus Effi-

A χαριέστεροι καὶ Ἑλληνικῶν οὐκ ἄπειροι λόγων, ὑπομιμνήσκουσιν ἡμᾶς ἐκ τῶν οἰκείων. ἐκ μὲν τῶν τελετῶν, τὸν κατατεμνόμενον Διόνυσον τῷ λόγῳ ἐπιφημίζοντες, ὑπὸ τῶν Τιτάνων, καθάπερ λέγουσιν αὐτοὶ, τὴν θείαν Δύναμιν μερίζεσθαι εἰς τὴν Ὕλην· ἐκ δὲ τῶν ποιήσεων τῆς Γιγαντομαχίας, ὅτι μηδὲ αὐτοὶ ἠγνόησαν τὴν τῆς Ὕλης κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀντάρσιν. ἐγὼ δὲ ὡς μὲν ταῦτα οὐχ ἱκανὰ ψυχαγωγῆσαι τοὺς ἀβασανίστως τὸν λόγον προσιεμένους οὐκ ἂν εἴποιμι. ὅ γε καί τινας τῶν συνεσχολακότων ἡμῖν ἐν τῷ φιλοσοφεῖν μετέστησεν ἡ τοιαύτη ἀπάτη τῶν λόγων πρὸς ἑαυτήν· εἰς ἐξέτασιν δὲ ὅπως ἔχει νῦν ἐμαυτὸν B καθεὶς, ἀπορῶ τί χρήσωμαι. οὔτε γὰρ διά τινων λόγων νενομισμένων εἰσὶν αὐτῶν αἱ ὑποθέσεις, ἵνα κατὰ ταύτας τὴν ζήτησιν ποιησώμεθα. οὔτε τινὲς ἀρχαὶ ἀποδείξεων, καὶ ἵνα τὸ ταύταις ἑπόμενον θεασώμεθα. ἕρμαιόν τε ἀληθῶς ἐστιν τὸ τῶν ἁπλῶς λεγομένων φιλοσοφεῖν· οἳ τὰς παρ' αὐτοῖς γραφὰς παλαιάς τε καὶ νέας ὑποστησάμενοι, θεοπνεύστους εἶναι ὑποτιθέμενοι, τὰς σφῶν αὐτῶν δόξας ἐντεῦθεν περαίνουσιν, καὶ ἐλέγχεσθαι μόνον τηνικαῦτα δοκοῦσιν, ἐάν τι μὴ ταύταις ἀκόλουθον ἢ λέγεσθαι ἢ πράττεσθαι ὑπ' αὐτῶν συμβαίνει· καὶ ὅπερ αἱ παρὰ τοῖς φιλοσοφοῦσιν καθ' Ἕλληνας τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ αἱ προτάσεις διάμεσοι, τοῦτο παρ' αὐτοῖς ἐστιν ἡ τῶν Προφητῶν φωνή. ἐνταῦθα δὲ τούτων μὲν ἁπάντων ἐκβαλλομένων, λεγομένων δὲ ὧν πρότερον ἐ- C πεμνήσθην ἄνευ τινὸς ἀποδείξεως· ἀναγκαίου δὲ ὄντος μετὰ λόγου ποιήσασθαι τὴν ἀπόκρισιν, ἀλλὰ μὴ πιθανώτερα ἕτερα παραθεῖναι καὶ μᾶλλον ψυχαγωγεῖν, χαλεπωτέρα ἡ ἔφοδος, καὶ ἔτι μᾶλλον δυσκολωτέρα, ὅτι καὶ ποικίλους τοὺς λόγους ποιεῖσθαι δεῖ. οἵ τε γὰρ ἀκριβέστεροι τοὺς ὑπὸ τούτων ἄνευ τινὸς πίστεως προκατειλημμένους λάθοιεν ἄν, εἰ ὅτε εἰς ψυχαγωγίαν γένοιτο, εἰς τὰς αὐτὰς λαβὰς ἐμπεσοῦνται· ἐξ ὁμοίων γὰρ γεγονέναι δοξάζουσιν. διὸ πολλῆς καὶ μεγάλης φροντίδος δεῖ, καὶ Θεοῦ ὡς ἀληθῶς, ὃς τοῦ λόγου ἡγήσεται.

Δύο ἀρχὰς ὑποτίθενται, Θεὸν καὶ Ὕλην. εἰ μὲν τὸ γιγνόμενον τοῦ ὄντος ἀποχωρίζει, οὐχ ὁ- D μοίως φαύλη ἡ ὑπόθεσις, ἵνα μήτε ἡ Ὕλη ἑαυτὴν ποιῇ, καὶ τῶν ἐναντίων ἀποδέχηται λόγον, ποιοῦσά τε καὶ πάσχουσα. μήτ' αὖ τοιαῦτα πάλιν ἕτερα περὶ τὸ ποιητικὸν αἴτιον θεωρῆται, ἃ οὐδὲ λέγειν ἴσως θέμις. καίτοι οὐ δεομένου τοῦ Θεοῦ πρὸς τὰ ἀποτελέσματα Ὕλης, ἐν ὑποστάσει δυναμένων γίγνεσθαι πάντων πρὸς ἐκεῖνον τὸ νοοῦν: εἰ δὲ, ὅπερ μᾶλλον λέγεσθαι δοκεῖ ὑπ' αὐτοῦ, ἡ ἄτακτος κίνησις τῶν ὄντων ἐστὶν Ὕλη· πρῶτον μὲν λανθάνει ἑαυτὸν ἕτερον ποιητικὸν αἴτιον ὑφιστάμενος· κακοποιὸν μέντοι. οὐχ ὁρᾷ δὲ καὶ τὸ ἑπόμενον, ὅτι εἰ Θεὸν πάντως ὑποστατέον καὶ Ὕλην, ἑτέρα τις Ὕλη τῷ Θεῷ ὑποστήσεται. ἵνα ἑκατέρῳ τῶν ποιητικῶν αἰτίων ἡ ὑποκειμένη Ὕ-

παρέχῃ Ὕλη. ἀντὶ τοίνυν δύο, τέτταρας ἡμῖν A
ποιῶν ἀρχὰς ἐπιδειχθήσεται.

Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ ἀντιδιαίρεσις. εἰ γὰρ Θεός ἐστιν παρ' αὐτῷ ὅπερ τὸ Ἀγαθὸν, καὶ βούλεται ὑφίστασθαι αὐτῷ ἐναντίον, διὰ τί οὐ καθάπερ τινὲς τῶν Πυθαγορείων τὸ Κακὸν αὐτῷ ἀντιτίθησιν. ἀνεκτότερον γοῦν ὑπ' ἐκείνων λέγεσθαι δύο εἶναι ἀρχὰς τὸ Ἀγαθὸν καὶ τὸ Κακόν. στασιάζειν δὲ ταύτας συνεχῶς, ἐπικρατεῖν δὲ τὸ Ἀγαθόν. εἰ γὰρ τὸ κακὸν ὑπερέχοι, φθαρήσεσθαι πάντα. ὅλως γὰρ καθ' ἑαυτὴν μὲν ἡ Ὕλη, οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε ἀκριβῶς ἀσώματόν τι, οὔτε ἁπλῶς τόδε τι· ἀλλὰ ἀόριστός τις προσλαβοῦσα τὸ εἶδος γίνεται ὡρισμένη· οἷον τὴν πυραμίδα μὲν πῦρ· τὸ ὀκτάεδρον δὲ ἀήρ· τὸ εἰκοσάεδρον δὲ ὕδωρ· κύβον δὲ B
γῆ. πῶς οὖν ἐστι τῶν στοιχείων ἡ ἄτακτος κίνησις ἡ Ὕλη. καθ' ἑαυτὴν μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὑποστατή. εἰ γὰρ κίνησις, ἐν τῷ κινουμένῳ· οὐ δοκεῖ δὲ τοιοῦτον εἶναι ἡ Ὕλη, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον ὑποκείμενον καὶ ἀρύθμιστον, καὶ ἀφ' οὗ τὰ ἄλλα.

Ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἄτακτος κίνησίς ἐστιν ἡ Ὕλη, πότερον ἦν ἀεὶ σὺν τῷ κινουμένῳ, ἢ ποτὲ κεχώρισται τούτου. εἰ μὲν γὰρ ποτε ἦν καθ' αὑτὴν, οὕτω γε οὐκ ἂν ἦν. οὐδεμία γὰρ κίνησις ἄνευ τοῦ κινουμένου. εἰ δὲ ἀεὶ ἐν τῷ κινουμένῳ ἦν, πάλιν αὖ δύο ἀρχαὶ οὕτω γε ὑποστήσονται, τὸ κινοῦν καὶ C
τὸ κινούμενον. ποτέρῳ οὖν αὐτῶν ψηφίζεται, ἵνα ἐκεῖνο μετὰ τοῦ Θεοῦ ὑποστησώμεθα πρῶτον.

Πρόσεστι δὲ τῷ λόγῳ ἐφόλκιον, τὸ ἄτακτον ἐξόριστον παντελῶς τοῦτο. ὁπότε γὰρ μὴ κίνησις εἰκότως ἂν λέγοιτο. τίς δὲ καὶ τῶν κινήσεων ἡ Ὕλη. πότερον ἡ κατ' εὐθεῖαν, ἢ ἡ κυκλοφορητική. ἢ ἡ κατ' ἀλλοίωσιν, ἢ ἡ κατὰ γένεσιν καὶ κατὰ φθοράν. ἀλλ' ἡ μὲν κυκλοφορητικὴ οὕτω κοσμία, ὥστε τῇ τοῦ παντὸς ἀποδέδοται τάξει. οὐ κατὰ τούτους δὲ ταύτην αἰτιᾶσθαι, ἐν ᾗ ὁ Ἥλιος καὶ ἡ Σελήνη, οὓς μόνους Θεῶν αἰδεῖσθαι φασίν. ἀλλὰ τὴν ἐπ' εὐθείας· ἀλλὰ καὶ ταύτῃ πέρας ἐστὶν, ἡ τοῦ ἰδίου τόπου τεῦξις. πάντη γὰρ τὸ γήϊνον πέπαυται D
κινούμενον, ὅτ' ἂν γῆς ἐπιλάβηται. πᾶν δὲ ζῶον καὶ φυτὸν αὐξανόμενον, ὅτ' ἂν τοῦ ἰδίου ὅρου ἐφίκηται. ὥστε ἡ τούτων στάσις εὐλογώτερος ἂν θάνατος γίνοιτο τῇ Ὕλῃ, ἢ ὑπ' αὐτῶν ταύτης πλεκομένη ἀνήνυτος τελευτή. τὴν δὲ κατὰ γένεσιν καὶ φθοράν, οὐδὲ ἐπινοῆσαι οἷόν τε τῇ ὑποθέσει ταύτῃ προσήκουσαν· ἀγένητος γὰρ αὐτοῖς ἐστιν ἡ Ὕλη. εἰ δέ γε τὴν κατ' ἀλλοίωσιν κίνησιν ἀποδώσουσιν αὐτῇ· δοκοῦσι γὰρ μάλιστα τοῦτο λέγειν, ἐπεὶ διὰ τῆς Ὕλης καὶ μεταβολὰς ἠθῶν καὶ ἐν τῇ ψυχῇ κακίας εἶναι λέγουσιν, σκοπεῖν ἄξιον ὅπως ποτὲ καὶ ταῦτα φασίν. ἀλλοιοῦσα γὰρ αὐτὴν ἀεὶ ἄρξεται ἀπ' ἀρχῆς. καὶ τοῦ μέσου προϊοῦσα ἐπιλήψεται, καὶ εἰς τὸ τέλος οὕτως ἀφίξεται. ἀλλ' εἰς τὸ τέλος ἀφικομένη οὐ στήσεται, εἴ γε οὐσία

cientibus Materia ſubjecta ſit. Pro duobus igitur, quatuor nobis Principia præſtare monſtrabitur.

Admiranda verò & ab illo poſita utrinque diſtinctio. Si enim hoc Deum exiſtimat, quod Bonum, vultque vere exiſtere quod eſt illi contrarium, quidni velut Pythagorici quidam Malum ipſi contrarium ponit? Ferendum ſanè magis, ut ab illis duo Principia dicantur, Bonum & Malum; inter ſe continuè pugnantia, cùm tamen Bonum Malo prævaleat. Nam ſi Malum ſuperaret, interirent omnia. Prorſus enim Materia ſecundùm ſe, neque corpus eſt, neque omnino incorporeum aliquid; at neque ſimpliciter hoc aliquid: ſed indefinita quædam, quæ forma accedente finiatur ac terminetur, velut ignis meta ac pyramide; octaëdro (octonorum corporum ſeſſu) aër; icoſaëdro (vicenorum) aqua; quadrantali, terra. Quonam igitur modo materia inordinatus motus elementorum exiſtit? Per ſe itaque ſubſiſtens vereque exiſtens non eſt: nam ſi motus, in ſubjecto eſt; non videtur autem talis eſſe Materia, quinimmo primum ſubjectum & incompoſitum, & ex quo reliqua.

*Pythagoræorum de Principiis opinio: Bonum & Malum contraria: à Bono victoria.*

*Plut. de Placitis Phil. l. 1. c. 6*

Quando igitur motus inordinatus eſt Materia, ſemperne mobili conjunctus erat, aut aliquando ab eo ſeparatus? Certè, ſi ullo unquam tempore per ſe erat, ſic utique non erat: nullus enim motus ſine ſubjecto eſt. Si verò ſemper in ſubjecto erat, ſic rurſus duo ſtatuentur principia, quod movet & quod movetur. Vtri igitur horum tribuetur, ut cum Deo primum illud conſtituamus?

Accedit ſermoni appendix illa prorſus extorris, *inordinatum*. Quando enim motus non fuerit, meritò dicatur. Quænam verò etiam motuum Materia? Num qui rectus eſt, an circularis; vel quæ qualitate ſenſum afficiente mutantur, vel generationis ac corruptionis motus? Enimvero circularis motus, ſic decorus eſt & compoſitus, ut rerum univerſatis ordini adſcriptus ſit: nec Manichæorum ſenſu hic culpandus videatur, in quo Sol & Luna, quos ſolos Deorum venerari aiunt. Sed qui rectus. Atqui huic quoque terminus eſt, quo locum ſuum conſequatur. Prorſus enim quod terrenum eſt, à motu ceſſat ubi terram attigerit. Omne verò animal & planta creſcendi finem facit, cùm terminum ſuum aſſecuta fuerint. Quamobrem illorum quies, rationabiliùs mors Materiæ fuerit, quàm quæ ab ipſis ejus mors nullo expledâ exitu texitur. Motus autem generationis & corruptionis, ne intelligi quidem poteſt, huic aptus argumento; quippe cum Materia, illis ingenita ſit. Sin autem motum alterationis, ut vocant, & quo qualitate ſenſum afficiente mutamur, illi adſcripſerint. Hoc enim maximè dicere videntur, idcirco nimirum quod per Materiam etiam mutari mores, & in animo vitium verſari dicunt: operæpretium ſit ut diſpiciamus, quonam tandem modo etiam hæc loquantur. Ipſam namque alterando, ſemper à principio ducet exordium; procedenſque medium attinget, inque eum mo-

*Vindicatus ab inordinatione motus.*

*Circularis.*

*Rectus.*

*Generationis & corruptionis.*

*Alterationis & ſenſum afficientis qualitatis.*

dum finem aſſequetur. Enimvero cùm ad finem pervenerit, non quieſcet, ſiquidem alteratio ejus eſſentia eſt; ſed rurſus per eadem flectens, ad principium revertetur; indeque ſimiliter ad finem: nec hoc facere unquam ceſſabit. Velut ſi alterentur a & c. medium autem ſit b. mutatio a, ad b perveniet, atque hinc ad c. Rurſus igitur ab extremo c ad b flectens, quandoque a aſſequetur: eritque hoc continuè. Velut à nigro mutatio; medium, pullum; extremum, album. Rurſum è contrario, ab albo ad pullum, ac ſimiliter ad nigrum; rurſuſque ab albo alterationis exordium, idemque jam argumentum.

Materia alterationis ratione cauſa eſt malefica? Non magis maleficam eſſe, quàm beneficam inde probatur. Sit enim alterationis principium à malo. Sic igitur ab hoc, per ea quæ medii generis ſunt, alteratio eſt ad bonum. Verùm eſto à bono. Rurſus igitur per ea quæ medii generis ſunt, eſt principium. Sive ad unum extremum, ſive ad alterum ſit motus, eadem eſt ratio; atque hæc ex abundanti dicuntur.

Omnis motus circa quantitatem verſatur: porro qualitas Vitii dux ac Virtutis exiſtit. Scimus autem hæc etiam genere diſtingui. Num verò Deus duntaxat Materiaque principia; an aliquid aliud ſupereſt, quod horum medium exiſtat? Siquidem autem nihil eſt, manent hæc inter ſe incommixta. Rectè enim dicitur, Siquidem extrema miſceantur, neceſſe eſt eſſe aliquid in medio, quo illa connectantur. Sin autem aliud quid exiſtit, neceſſe rurſus aut incorporeum aut corpus eſſe; atque adeò tertium adventitium principium emerſit.

Primùm itaque ſi Deus & Materia ambo prorſus incorporea; neutrum in altero, præterquam quod ſicut Grammatica eſt in Anima. Hoc autem in Deo & Materia intelligere, abſurdum eſt. Si autem ut in vacuo, ut quidam loquuntur, Vacuum univerſo huic circunfuſum eſſe; alterum rurſus ſubſtantia caret. Vacui enim ſubſtantia, nihil eſt. Sin autem ut accidentia, primùm quidem ea res impoſſibilis eſt. Quæ enim ſubſtantia carent, nullo uſquam loco poſſunt eſſe. Eſt enim ſubſtantia quaſi vehiculum accidentibus ſubjecta. Quod ſi ambo corpora, neceſſe eſt utraque aut gravia eſſe, aut utraque levia, aut media; aut alterum quidem grave, alterum leve, aliud medium: Sive igitur utraq; gravia, ſic planè neceſſe eſt hæc eadem & in levibus eſſe, & in iis quæ ſunt media: ſive diſſentanea ſint, aliud omnino ſecretum erit ab alio. Alium enim ſibi grave locum vendicat, atque aliud quod medium eſt, aliud leve: alii nimirum locus ſurſum competit; alii, deorſum; alii quod ſitu medium eſt. Ejus verò quod ſphæricæ figuræ eſt, locus infimus, medium eſt. Ab illo enim ad omnia excelſiora ad ſupremam uſque ſuperficiem undequaque eſt diſtantia. Cunctaque rurſus gravia, undequaque in ipſum feruntur. Quocirca etiam ridere ſubiit, audienti, *Materiam, dum incompoſite movetur ac inordinate* (id enim illi ex na-

A ἐστὶν αὐτῆς ἡ ἀλλοίωσις· ἀλλὰ πάλιν ἀνακάμψει διὰ τῶν αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, καὶ ὁμοίως ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τέλος· καὶ οὔποτε τοῦτο ποιοῦσα παύσεται. οἷον εἰ ἀλλοιοῖτο ἡ α Γ μέσον δὲ τὸ β. ἀπὸ μὲν τοῦ· α ἡ μεταβολὴ ἀφίξεται ἐπὶ τὸ β καὶ ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸ Γ. πάλιν τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ γ ἐπὶ τὸ β ἀνακάμπτουσα ἀφίξεταί ποτε ἐπὶ τὸ α. καὶ τοῦτο ἔσαι διαπαντός· ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μέλανος ἡ μεταβολὴ, μέσον δὲ τὸ φαιὸν, καὶ ἄκρον τὸ λευκόν. πάλιν δὲ ἀνάπαλιν ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸ φαιὸν, καὶ ὁμοίως ἐπὶ τὸ μέλαν. πάλιν δὲ ἀπὸ τοῦ λευκοῦ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀλλοιώσεως, ἡ αὐτὴ ἔφοδος ἤδη.

Κατ' ἀλλοίωσιν κακοποιὸς αἰτία ἐσὶν ἡ Υλη. οὐ μᾶλλόν τι κακοποιὸς ἢ ἀγαθοποιὸς οὕτω γε δείκνυται. ἔστω γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ἀλλοιώσεως ἀπὸ
B τοῦ κακοῦ. οὐκοῦν οὕτως ἀπὸ τούτου διὰ τῶν ἀδιαφόρων ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἡ ἀλλοίωσις. ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ. πάλιν τοίνυν διὰ τῶν ἀδιαφόρων ἡ ἀρχή. εἴτ' ἐπὶ τόδε τὸ ἄκρον, εἴτ' ἐπὶ τὸ ἕτερον ἡ κίνησις, ὁ αὐτὸς λόγος, ταῦτα ἐκ περιουσίας λέγεται.

Πᾶσα μὲν γὰρ κίνησις περὶ τὸ ποσόν. κακίας δὲ καὶ ἀρετῆς ἡγεμών ἐσιν ἡ ποιότης· ταῦτα δὲ ὅτι καὶ τῷ γένει διωρίσθαι ἴσμεν. πότερον δὲ μόνον ὁ Θεὸς καὶ ἡ Υλη ἐσὶν ἀρχαὶ, ἤ τι ἕτερον ἀπολείπεται ὃ τούτων ἐσὶν ἐν μέσῳ. εἰ μὲν γὰρ μηδέν ἐσιν, ἄμικτα ταῦτα ὑπολείπεται πρὸς αὐτά. καλῶς γὰρ λέγεται, Ὅτι ἵνα τὰ ἄκρα μιχθῇ, δεῖ τι εἶναι ἐν μέσῳ, ὅπως ταῦτα συνδέῃ. εἰ δὲ τι ἕτερον ὑπάρχει, ἀνάγκη πάλιν εἶναι ἢ ἀσώ-
C ματον ἢ σῶμα· ὥστε τρίτη ἀρχὴ ἐπεισόδιος γέγονεν.

Πρότερον δὲ εἰ ὅλως ὁ Θεὸς καὶ ἡ Υλη ἀσώματα ἑκάτερα, οὐδέτερον ἐν οὐδετέρῳ πλὴν εἰ μὴ ὡς γραμματικὴ ἐν ψυχῇ· τοῦτο δὲ ἄτοπον ἐπὶ Θεοῦ καὶ Υλης ἐπινοεῖν. εἰ δὲ ὡς ἐν κενῷ ὥς τινες λέγουσιν, Τὸ κενὸν τῷ παντὶ περικεχύσθαι· τὸ ἕτερον πάλιν ἀνυπόσατον. οὐσία γὰρ τοῦ κενοῦ τὸ μηδέν. εἰ δὲ ὡς συμβεβηκότα, πρῶτον μὲν ἀδύνατον τοῦτο. οὐσίας γὰρ ἄμοιρα ὄντα οὐδαμοῦ εἶναι δύναται. ὄχημα γὰρ ὥσπερ ἐσὶν ὑποβεβλημένον τοῖς συμβεβηκόσιν ἡ οὐσία. εἴ τε σώματα ἑκάτερα, ἀνάγκη ἢ ἄμφω βαρέα εἶναι, ἢ ἄμφω κοῦφα ἢ μέσα. ἢ τὸ μὲν βαρὺ, ἢ τὸ δὲ κοῦφον, ἢ
D τὸ δὲ μέσον. εἴ τε οὖν ἑκάτερα βαρέα, συνώπασα οὕτω ἀνάγκη εἶναι τά δε αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν κούφων καὶ ἐπὶ τῶν μέσων. εἴτε παραλλάττοιτο, τὸ ἕτερον πάντως τοῦ ἑτέρου ἔσαι κεχωρισμένον. ἄλλος γὰρ τῷ βαρεῖ, καὶ ἄλλος τῷ μέσῳ καὶ τῷ κούφῳ τόπος. τῷ μὲν γὰρ τὸ ἄνω· τῷ δὲ, τὸ κάτω· τῷ δὲ, τὸ μέσον. παντὸς δὲ σφαιροειδοῦς τὸ κάτω μέσον ἐστίν. ἀπὸ γὰρ αὐτοῦ πρὸς πᾶν τὸ μετέωρον ἄχρι τῆς ἄνω ἐπιφανείας πάντοθέν ἐστιν ἡ ἀπόστασις. καὶ πάντα πάλιν τὰ βαρέα, πανταχόθεν φέρεται ἐπ' αὐτό. διὸ καὶ γέλωτός μοι ἐπῆλθεν ἀκούσαντι, Ὅτι κινουμένη ἡ Υλη ἀτάκτως· τοῦτο γὰρ αὐτῇ κατὰ φύσιν, εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀφίκετο χώραν.

ραν. ἢ ἐς φῶς καὶ λαμπρὸν, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα.

Εἰ δὲ τὸ μὲν σῶμα, τὸ δὲ ἀσώματον. πρῶτον μὲν ὃ ἐστὶν σῶμα, μόνον κινητόν ἐστιν. ἔπειτα δὲ, εἰ μὲν ἄμικτα, ἐστὶν ἑκάτερον χωρὶς ἑκατέρου κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν· εἰ δὲ μέμικται τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ἢ ψυχὴ ἢ νοῦς ἢ συμβεβηκὸς ἂν εἴη. οὕτω γὰρ μόνον τὰ ἀσώματα τοῖς σώμασι πάρεστι μίγνυσθαι.

Ἀλλ᾽ ὅπως ἠνέχθη εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ χώραν, ἢ ἐκ ποίας αἰτίας. κατὰ φύσιν μὲν γὰρ αὐτῇ τὸ κάτω καὶ τὸ σκότος, ὡς φασὶν, παρὰ φύσιν δὲ τὸ ἄνω καὶ τὸ φῶς. ὥς γε παρὰ φύσιν τότε γέγονεν αὐτῇ ἡ κίνησις. καὶ τοιοῦτόν τι πέπονθεν, οἷον εἰ λίθον τις ἢ βῶλον γῆς, εἰς τὸ ἄνω ῥίψειεν, δι᾽ ὃ δὴ ὀλίγον τὰ τοιαῦτα κουφισθέντα ὑπὸ τῆς τοῦ ῥίψαντος βίας, μετέωρα γεγονότα, εἰς τὸν αὐτὸν καταφέρεται τόπον. τὴν οὖν Ὕλην τίς ἐκούφισεν εἰς τὸν ἄνω τόπον. δι᾽ αὐτὴν μὲν γὰρ καὶ ἐξ αὐτῆς οὐκ ἂν κινοῖτο ταύτην τὴν κίνησιν, αὐτῆς ὑπάρχουσαν. δεῖ δὲ αὐτὴν ὑπομεῖναι βίαν, ἵνα εἰς τὸν ἄνω τόπον μετεωρισθῇ, καθάπερ ὁ λίθος καὶ ἡ βῶλος. ἀλλ᾽ ἕτερον μὲν οὐδὲν σὺν αὐτῇ ἀπολείπουσιν, τὸν Θεὸν δέ. φανερὸν οὖν τὸ ἐκ τοῦ λόγου συμβαῖνον· ὅτι κατ᾽ αὐτοὺς ὁ Θεὸς βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ ταύτην μετέωρον ἐποίησεν ὡς αὐτόν.

Καὶ μὴν, εἰ κακὸν ἡ Ὕλη· πάντως που εἰσὶν αὐτῆς καὶ ὀρέξεις τοιαῦται. ἔστι δὲ ἡ μὲν τοῦ κακοῦ ὄρεξις φαύλη· ἡ δὲ τοῦ καλοῦ, πάνυ σπουδαία. εἰ δὲ τοῦ λαμπροῦ καὶ τοῦ φωτὸς ἐπεθύμησεν ἡ Ὕλη, οὐ φαύλη ἡ ἐπιθυμία, καθάπερ οὐδὲ εἰ ἐν κακίᾳ τις ζῶν, μετὰ ταῦτα ποτὲ ἐπιθυμήσειεν ἀρετῆς. τοὐναντίον γὰρ, ἐν ἐγκλήματι τὸ σπουδαῖόν τινα τοῦ φαύλου εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. καθάπερ ἂν εἰ τὸν Θεὸν φαῖεν ὀρέγεσθαι τῶν τῇ Ὕλῃ προσόντων κακῶν. οὐ γὰρ δὴ τὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ τοιαῦτα ὑπολητέον, οἷόν ἐστιν ὁ πλοῦτος καὶ ἡ πολλὴ γῆ, καὶ ὁ πολὺς χρυσὸς, ὧν ἐλάττων γίνεται τῷ κεκτημένῳ ἡ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς ἕτερον μετάστασις. ἀλλ᾽ εἴ τινα τούτων ὅλως εἰκόνα ἐπινοῆσαι δεῖ, τὴν σοφίαν, οἶμαι δὲ καὶ ὡς ἄν τις παραβάλοι καὶ τὰς ἐπιστήμας. ὥσπερ οὖν οὔτε ἡ σοφία ἐλαττοῦται οὔτε ἡ ἐπιστήμη, οὔτε οἱ αὐτὰς ἔχοντες, ἂν ἕτερος τῶν αὐτῶν μεταλάβῃ· οὕτως οὔτε τὸν Θεὸν εὔλογον φθονῆσαι τῇ Ὕλῃ τῆς τοῦ καλοῦ ὀρέξεως· εἰ δὴ κατ᾽ αὐτοὺς ὠρέχθη τούτου.

Πολὺ δὲ τοὺς μυθοποιοὺς ὑπερβεβλήκασιν, τοὺς ἢ τὰ τοῦ Οὐρανοῦ αἰδοῖα τέμνοντας, ἢ τὰς ἐπιβουλὰς κατὰ τοῦ Χρόνου ὑπὸ τοῦ υἱοῦ συντεθέντας, ἵνα αὐτὸς κατάσχῃ τὴν ἀρχήν. ἢ ποιοῦντας πάλιν τὸν Χρόνον τοὺς υἱοὺς καταπίνειν· εἶτα διαμαρτάνοντα διὰ τῆς τοῦ λίθου εἰκόνος. πῶς γὰρ τὰ λεγόμενα ὑπ᾽ αὐτῶν οὐ τοιαῦτα, ὅτ᾽ ἂν πόλεμον ἄντικρυς τῆς Ὕλης πρὸς τὸν Θεὸν ὑφηγήσωνται;

tura eſt) *ad Dei evaſiſſe regionem, ſive ad Lucem & claritatem*, ejuſque generis omnia.

Si autem aliud corpus, aliud incorporeum eſt. Primùm quidem quod corpus eſt, id ſolum mobile eſt. Præterea, ſiquidem incommixta ſunt, unumquodque ſeorſum ab altero ſecundùm propriam naturam eſt. Sin verò alterum alteri commixtum eſt, aut Anima, aut Mens fuerint, aut accidens. Sic enim ſolummodo incorporea corporibus commiſceri contingit.

Sed quonam modo in Dei regionem ac ſedem, quàve ex cauſa invecta eſt? Illi quidem ex natura eſt locus deorſum & tenebræ, ut loquuntur; præter naturam verò locus ſurſum & lux. Quamobrem, motus ei tunc præternaturalis fuit. Eique ejuſmodi aliquid accidit, ac ſi quis lapidem aut glebam terræ ſurſum projecerit; qua utique ratione ea res projicientis impetu paululum levata, cùm ſurſum evaſerit, in eundem locum decidit ac ruit. Quiſnam igitur Materiam ad ſupernum locum levavit? Sanè quidem ſuis meritis, ac ex ſeipſa, eo motu haud moveatur, qui ejus ipſe exiſtat. Neceſſe verò eſt vim ei illatam eſſe ut ſurſum ferretur, haud ſecus ac lapidi & glebæ. Verùm nihil illi cum ea relinquunt, præter Deum. Manifeſtum igitur quid inde conficiatur; Deum ſcilicet, ut ipſi exiſtimant, vi ac neceſſitate, ipſum ad ſe Materiam ſublimem levaſſe.

Deridicula Manichæorum Materiæ in Deum motus ſomnia.

Deus Materiæ auctor rebellionis ſenſu Manichaico.

Atqui, ſi malum Materia eſt, omnino etiam malæ ſunt ejus appetitiones. Eſt verò mali appetitio mala; boni verò atque honeſti ipſa valde honeſta. Siquidem igitur Materia quod ſplendidum eſt lucemque concupivit, haud mala ejus cupiditas eſt, ut neque ſi quis vitioſè vitam traducens, poſtea tandem virtutis deſiderio exarſerit. Secus verò, haud vacat crimine, ſi quis ſtudioſus in mali deſiderium venerit. Velut ſi quis dicat, Deum quæ Materiæ competunt mala appetere. Nec enim Dei bona talia æſtimanda ſunt, qualia ſunt multæ opes & latifundia ingenſque auri vis, quorum minores domino cedunt partes, ſi quis in alterum ab eo transtulerit. Sed ſi quod omnino horum ſimulacrum animo informandum ſit, ſapientiam, puto verò & ſcientias, in exemplum adduxerit Quemadmodum igitur neque ſapientia minuitur neque ſcientia, nec qui illis præditus eſt damni aliquid facit, quod aliquis horum particeps effectus fuerit. Sic neque ratio ſatis favet, ut exiſtimemus Deum Materiæ invidiſſe appetitionem boni honeſtique; dum juxta illos, appetiiſſe ipſum dederimus.

Materiæ appetitio lucis & ſplendoris, bona.

Bona divina nihil ex commercio minora.

Longe porro Mythologos fabulis ſuperarunt, eos nimirum qui aut Cœli virilia putent, aut adverſus Saturnum à filio ſtructas inſidias, ut ſibi ipſe Imperium arriperet, commenti ſint; aut qui rurſus Saturnum filios vorare faciant; tumque fruſtratum conſilio ex lapidis objecto ſimulacro. Quomodo enim, quæ ab eis dicuntur, non his ſimilia? cùm palam Materiæ cum Deo bellum referant; ac neque hæc ſpiritali ſenſu ac my-

Deorum mythologica, iiſque ſimilia Manichæi deliria.

Homericæ Theomachiæ allegoria.

thologico dicant, velut Homerus in Iliade, Gaudere Iovem Deorum inter ſe pugna ac bello, obſcure ſignificans, mundum ex inæqualibus conflatum eſſe, quæ alia aliis conſerta, tum vincant, tum victoria cadant. Atque hæc idcirco à me dicta ſunt, quod ſciam iſtiuſmodi genus hominum, ubi eos probationes ac rationum momenta defecerint, quædam undique ex Poëtarum commentis congerere, atque hinc ſuis opinionibus præſidium, ac quo ſe illis tueantur, quærere. Quod ipſis haudquaquam eveniſſet, ſi majori quadam cura ac diligentia rem quidpiam legiſſent.

Æmulatio & invidia in Deo, Manichæorum ſententia.

Atqui, cùm mala quidem omnia à divino choro exulent; tum vel maximè æmulatio & invidia. Sinunt tamen hi apud Deum iſta, dum dicunt Deum inſidias ſtruxiſſe adverſus Materiam, ea ratione quod bonum cupiviſſet. Quonam verò etiam Deus eorum quæ habebat, punire Materiam voluit? Equidem accuratioris doctrinæ exiſtimo ut Deus ſimplex dicatur, quàm pro illorum ratione. Nec verò, ut in aliis, hujus etiam mentis facilis enarratio exiſtit. Haud quippe ſimpliciter nudoque ſermone eam demonſtrare licet, ſed multa diſciplina atque opera. Cæterum omnes id ſcimus, Iram ac furorem, adverſuſque Materiam vindictæ appetitum, affectus eſſe & perturbationes (πάθη) circa eum, quem ſic illa perſequatur, verſantes: ejuſmodi ſanè ut nec circa ullum qui virtute fultus ſit, verſari unquam contingat, tantum abeſt ut illis ipſum Bonum ſubjaceat.

Vitia hæc in nullo ſtudioſo, probraque admittenda.

Ad alia igitur rurſus tendit circumvolitans oratio. Quia enim miſiſſe Deum Virtutem in Materiam dicunt, conſideremus operæpretium, Vtrum hæc Virtus, ad boni rationem quod attinet, præ Deo minor eſſet, aut ſimili ratione haberet. Siquidem enim illa deficiebat minorque erat, quænam ratio? Nam quæ apud Deum, nullum Materiæ admittunt commercium. Vnum verò duntaxat bonum Deum inſignit, unumque malum Materiam. Sin autem ſimiliter habebant, quidnam cauſæ eſt, cur ipſe velut Rex quidam imperaret, ipſa verò laborem hunc invita ſubiret.

Miſſa Virtus Manichaica.

Quin ad Materiam quoque quod attinet, quæretur, Num mali ratione ſimiles ſint an minores Virtutes? Nam ſi minores, prorſus minore malitia ac pravitate. Boni ergo commercio exiſtant illæ. Cùm enim duo mala ſint, quod minus eſt, tale planè boni commercio nactum ut eſſet ac ita ſe haberet. At illi circa Materiam nullum bonum relinquunt. Rurſus igitur alia emergit quæſtio. Nam ſi alia quædam Virtus mali ratione Materiæ præcellit quæ dominio polleat, ipſa principalior exiſtit. Quod enim magis malum, ipſum illius Imperio polleat.

Materiæ Virtutes, pari, minorine malitia.

Miſiſſe autem Deum Virtutem in Materiam, dicitur quidem nulla probatione; ac quod omni prorſus probabilitate careat. Par tamen eſt, ut & ipſum pari ratione ſuis ſermonibus ac explicatione gaudeat. Hujus ſanè cauſam hanc eſſe dicunt, ut nullum ſit ma-

A καὶ μηδὲ ταῦτα μέντοι δι' ὑπονοίας λέγωσιν, καθάπερ Ὅμηρος, Χαίρειν τὸν Δία ἐπὶ τῷ τῶν Θεῶν πολέμῳ πρὸς ἀλλήλους ἐν Ἰλιάδι, αἰνιττόμενος τὸ ἐξ ἀνομοίων τὸν κόσμον συγκεῖσθαι· ἡρμοσμένων πρὸς ἄλληλα, καὶ νικώντων τε καὶ νικωμένων. καὶ ταῦτά μοι εἴρηται, ἐπειδὴ γινώσκω τοὺς τοιούτους, ἐπειδὰν ἀποδείξεων ἀπορῶσιν, ἔνια πανταχόθεν ἀπὸ τῶν ποιήσεων συμφέροντας, καὶ ἀπολογίαν ταῦτα ὑπὲρ τῶν ἰδίων δοξῶν ποιουμένους. οὐκ ἂν δὲ ταῦτα ἐπεπόνθεσαν, εἰ μετά τινος φροντίδος ᾧ τινι δήποτε ἐνετύγχανον.

Καὶ μὴν πάντα μὲν τὰ κακὰ ἀπὸ τοῦ Θείου χοροῦ ἀπελήλαται, ὁ ζῆλος δὲ μάλιστα καὶ ὁ φθόνος. B καταλείπουσι δὲ οὗτοι αὐτὰ παρὰ τῷ Θεῷ, ὅτ' ἂν φῶσιν αὐτὸν τὴν ἐπιβουλὴν κατὰ τῆς Ὕλης συντάξαι, δι' ὅτι δὴ τοῦ καλοῦ ἐπεθύμησεν. τίνι δὲ καὶ ὁ Θεὸς ὧν εἶχεν ἐβουλήθη τὴν Ὕλην τιμωρήσασθαι. τὸ μὲν γὰρ ἁπλοῦν φάναι τὸν Θεὸν ἀκριβέστερον οἶμαι, ἢ κατὰ τούτους. ἔστιν καὶ ἡ τῆς ἐννοίας τούτου ἀφήγησις, οὐχ ὡς περὶ τῶν ἄλλων, εὔκολος. οὐ δὲ γὰρ ἁπλῶς ἐνδείξασθαι αὐτὴν δυνατόν, διὰ δὲ πολλῆς παιδεύσεως καὶ πόνου. ἀλλὰ τοῦτό γε πάντες ἴσμεν, Ὅτι ἡ ὀργὴ καὶ ἡ τῆς τιμωρίας κατὰ τῆς Ὕλης ὄρεξις, πάθη ἐστίν, περὶ τὸν οὕτω διωκόμενον συνιστάμενα· ταῦτα δὲ οὐδὲ περί τινα σπουδαῖον γένοιτο ἂν τὰ παθήματα, C μήτι γε περὶ τὸ Ἀγαθὸν αὐτό.

Ἐφ' ἕτερα τοίνυν ἥκει πάλιν ὁ λόγος περιφερόμενος. ἐπειδὴ γὰρ Δύναμιν τὸν Θεὸν εἰς τὴν Ὕλην καταπέμψαι φασίν, σκοπεῖν ἄξιον, Πότερον ἡ Δύναμις αὕτη κατὰ τὸ ἀγαθὸν ἠλάττωται παρὰ τὸν Θεόν, ἢ ὁμοίως εἶχεν. εἰ μὲν γὰρ ἠλάττωται, τί τὸ αἴτιον. Ὕλης μὲν γὰρ οὐδὲν μετεῖχεν τῶν παρὰ Θεῷ. ἓν δὲ μόνον ἀγαθὸν εἰσάγει τὸν Θεόν, καὶ ἓν κακὸν τὴν Ὕλην. εἰ δὲ ὁμοίως εἶχεν, τίνος ἕνεκα ὁ μὲν ὥσπερ τις Βασιλεὺς ἐπέταττεν, ἡ δὲ τὸν πόνον τὸν ἀκούσιον ἀνέτλη τοῦτον.

Καὶ ἐπὶ τῆς Ὕλης δὲ ζητηθήσεται, Πότερον D εἰς τὸ κακὸν ὅμοιαι ἢ ἐλάττους Δυνάμεις. εἰ γὰρ ἐλάττους, πάντως τε κακίας ἐλάττους· μετοχῇ ἄρα τοῦ ἀγαθοῦ αὗται ἂν γένοιντο. δύο γὰρ ὄντων κακῶν, τὸ ἧττον, τοιοῦτον κατὰ μετάληψιν τοῦ ἀγαθοῦ πάντως που οὕτως ἔσχηκεν. ἀγαθὸν δὲ οὐδὲν περὶ τὴν Ὕλην ἀπολείπουσιν· πάλιν τοίνυν ἀπορία ἑτέρα. εἰ γάρ τις ἄλλη Δύναμις τῷ κακῷ ὑπερβάλλει τὴν ἡγεμονεύουσαν Ὕλην, αὕτη ἐστὶν ἡγεμονικωτέρα· τὸ γὰρ μᾶλλον κακόν, τῆς ἀρχῆς τῆς κατ' αὐτὴν ἡγοῖτο.

Τὸ δέ, Κατέπεμψε ὁ Θεὸς Δύναμιν ἐπὶ τὴν Ὕλην, λέγεται μὲν μετ' οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως· ἔστι δὲ πιθανὸν οὐδ' ὁπωστιοῦν. χρὴ δὲ ὁμοίως καὶ αὐτὸ τυχεῖν τῶν οἰκείων λόγων. τὸ μὲν γὰρ αἴτιον τούτου, ἐκεῖνο εἶναι φασίν, ὅπως

A μηδὲν μὲν ᾖ κακὸν, ἀγαθὰ δὲ πάντα. ἔδει μιχθῆναι τὴν Δύναμιν τῇ Ὕλῃ κατὰ τοὺς ἀθλητὰς, τοὺς ἐν τῷ συμπλέκεσθαι καταγωνιζομένους τοὺς ἀντιπάλους, ἵνα κρατήσασα τοῦ κακοῦ, παύσῃ αὐτὸ τοῦ εἶναι. πολὺ δὲ οἶμαι σεμνότερον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπεροχῆς ἐπάξιον, τὸ ὁμοῦ νοήματι τῶν ὄντων ἀφανίσαι τὴν Ὕλην. ἀλλ' οἶμαι τοῦτο οὐκ ἀπεδέξαντο, διὰ τὸ καὶ νῦν κακόν τι ὑπάρχειν, ὃ τὴν Ὕλην εἶναί φασιν. τὰ πράγματα δὲ οὐδὲν μᾶλλον δύναται παύσασθαι ὄντα τοιαῦτα, ἵνα τις τὸ μὴ μεταβάλλεσθαι εἰς τὰ χείρω ἔνια συγχωρήσῃ. ἔδει δέ τινα αἴσθησιν γενέσθαι τούτου ὅτι μετρίως ὅπως δήποτε ἐμειώθη ταῦτα, ἵνα καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας βελτίους ἔχωμεν. B καλῶς γὰρ δὴ πρὸς τὸν Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως εἴρηται λόγον, ὃς τὸ πᾶν ἐκπυρωθήσεσθαι λέγων, Πᾶν τὸ καῖον ἔχον οὐ παύσῃ ἕως ὅλον καύσει. καὶ ὁ Ἥλιος πῦρ ἐστιν, καὶ ὃ ἔχει οὐ καύσει; ἐξ οὗ συνήγετο, ὡς ᾤετο, τὸ πᾶν ἐκπυρωθήσεσθαι. πρὸς ὃν τις τῶν χαριεστέρων εἰρηκέναι λέγεται· Ἀλλ' ἐγώ τοι χθὲς, καὶ πρὸ ἐνιαυτοῦ, καὶ πρὸ πλείονος χρόνου εἶδον, καὶ νῦν ὁμοίως ὁρῶ, οὐδὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ Ἡλίου πεπονθός. χρῆν δὲ σὺν χρόνῳ κατ' ὀλίγον γενέσθαι τοῦτο, ἵνα καὶ ὅτι ποτὲ ἐκπυρωθήσεται τὸ ὅλον πιστεύσωμεν. καὶ πρὸς τὸν Μανιχαίου δὴ λόγον, καίτοι σὺν οὐδεμιᾷ πίστει ῥηθέντα, ἡ αὐτὴ οἶμαι ἀπόκρισις, Ὅτι ἀλλ' οὐδὲν ἐμειώθη ταῦτα. ἀλλὰ καὶ πρότερον ἦν ἐπὶ τοῦ πρώτου C γενομένου ἀνθρώπου, ὅπου ἀδελφὸς ἀδελφὸν ἀπόλλυσιν, καὶ νῦν ἔτι ἐστίν· καὶ πόλεμοι οἱ αὐτοὶ, καὶ ποικιλώτεραι ἐπιθυμίαι· χρῆν δὲ εἰ καὶ μὴ πεπαῦσθαι, μεμειῶσθαι γ' οὖν ταῦτα, ἵνα οἰηθήσωμεν ὅτι καὶ παύσηταί ποτε σὺν τῷ χρόνῳ. ὄντων δὲ τῶν αὐτῶν ἐκεῖθεν, τίς ἡ πίστις τῶν εἰς τὸ μέλλον.

Τίνα δὲ καὶ τὰ κακὰ εἶναι λέγει. περὶ μὲν γὰρ τὸν Ἥλιον καὶ τὴν Σελήνην οὐδὲν ἀπολείπεται· περὶ δὲ τὸν οὐρανὸν καὶ τοὺς ἀστέρας εἴ τι τοιοῦτον εἶναί φησιν, καὶ τί ποτ' ἐστὶν τοῦτο, εὔλογον ἐφεξῆς ζητεῖν. ἀλλ' ἡ μὲν ἀταξία κατ' αὐτοὺς ἐστὶ τὸ κακὸν καὶ ἡ ἄτακτος κίνησις. ταῦτα δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει· καὶ οὔτε τινά τις τῶν πλανωμένων αἰτιάσεται, ὡς παρὰ τὸν τεταγμένον χρόνον ἐπιμεῖναί ποτε ζῳδιακῷ D ἀξιώσαντα, οὔτε τῶν ἀπλανῶν, ὡς οὐκέτι τῆς αὐτῆς μένοντα ἕδρας καὶ μὴ συμπεριπολοῦντα τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ, ἐν ἑκατὸν ἔτεσιν μία μοίρα ἐπὶ τὰ ἑπόμενα κινούμενα. ἐν γῇ δὲ εἰ τὸ ἀνήμερον ἐνίων χωρίων αἰτιᾶται, ἢ μέμφονται οἱ κυβερνῆται ἐν τῇ θαλάσσῃ χειμῶνας. πρῶτον μὲν κατ' αὐτοὺς τῆς τοῦ ἀγαθοῦ μοίρας τὰ τοιαῦτα, εἰ γ' οὖν ἐπὶ γῆς μηδὲν φύοιτο, τάχιστα ἂν ἀπόλοιτο πάντα τὰ ζῶα· τοῦτο δὲ πολὺ τῆς ἐναπειλημμένης τῇ Ὕλῃ Δυνάμεως πρὸς τὸν Θεὸν παραπέμψαι δύναται· καὶ πολλὰς Σελήνας δεήσει γενέσθαι, ἵνα ἀθρόως χωρῆσαι δυνηθῶσι τοσαύτας προσπελαζούσας ψυχάς·

lum, ſed omnia bona. Decebat enim Virtutem Materiæ miſceri, Athletarum more, qui congreſſu implexuque adverſarios ſuperant; quo ſcilicet mali victoria, ipſum aboleretur. Longè verò auguſtius arbitror, Deique excellentia dignius, primo ſtatim exiſtentium cogitatu Materiam ſublatam eſſe. Haud tamen puto rem admiſerunt, quod nunc quoque malum quidpiam exiſtat, quod Materiam vocant. Res verò nihil magis ceſſare ac aboleri poſſibile eſt, quæ tales ſint; ne quis in deterius quædam mutari admiſerit. Decebat enim hujus quendam ſenſum fieri, quod nempe hæc mediocriter quovis ſanè modo imminuta eſſent, ut & in poſterum meliores nobis ſpes ſuppeterent. Pulchrè enim in Zenonis Citiei dictum ſententiam eſt, qui rerum univerſitatem igni conflagraturam, ſic argueret, *Quicquid habet quod urat, non ceſſaverit, donec totum comburat; Solque ignis eſt, nec quod habet, comburet?* Ex quo conficiebat, ut ſibi videbatur, rerum hanc univerſitatem igni exurendam eſſe. Ad quem facetiorum quendam dixiſſe ferunt. *Atqui ego heri, & ante annum, ac diu antè vidi, nuncque ſimiliter video, nullam labem Solis ignem attuliſſe. Decebat cum tempore paulatim rem fieri, ut quandoque univerſum hoc conflagraturum crederemus.* Quin ad Manichæi quoque doctrinam, quanquam nulla nititur fide ac ratione, eadem puto reſponſio congruat. Nihil hæc decrementi feciſſe: ſed & fuiſſe prius, ejus temporibus, qui mortalium primus conditus eſt, cùm frater fratrem ſuſtulit, & nunc adhuc eſſe: eademque bella, & diverſas magis cupiditates ac libidines. Decebat autem hæc, vel ſi non ceſſaverant, certè minuta eſſe, ut & quandoque tempore ceſſatura auguraremur. Dùm autem eadem exinde perſeverant, quænam ſpes futurorum.

Improbata Virtutis immiſſione mali deſtructio, quod mali ex ea nulla minutio.

Expuncta Zenonis opinio, orbem Solis igne conflagratuaũ eſſe.

Quænam verò etiam mala eſſe dicit? Ad Solem quidem ac Lunam quod attinet, deeſt nihil. Quod verò ad cœlum & ſtellas, ſi quid tale eſſe dixerint, ac quidnam tandem illud ſit, æquum eſt ut ſequentibus exquiramus. Enimverò, inordinatio, ut illi exiſtimant, malum eſt, motuſque inordinatus. Hæc autem ſecundùm eadem atque eodem ſemper modo habent: nec ullam quis inerrantium ſtellarum vituperaverit, eo nomine, quod præter conſtitutum tempus in ſignifero circulo quandoque morari voluerit; neque fixarum, quaſi non eadem ſede ſituque manſerit, nec univerſi circumlatione in orbem pariter rotetur, uno gradu retro acto ad ſequentia motu, centum annorum ſpatio. In terra autem ſi quorundam locorum agrorumque duram ac indomitam indolem accuſaverit; aut gubernatores maris tempeſtatibus ac procellis offenſi fuerint. Primùm quidem ut illi ſentiunt, talia, boni portionis ſunt. Etenim nullo terræ germine exiſtente, futurum ſit, ut animalia omnia celerrimè intereant. Id vero dum ita contigerit, ejus Virtutis quæ Materiæ implexa eſt, partem plurimam ad Deum tranſmittere poſſit: ac neceſſe erit plures Lunas exiſtere, ut tantam repente propinquantium Animarum multi-

Malum minimè in ſideribus & ſtellis.

Mala vitæ omnia Manichaicè vana, quæ inducant interitum.

Delirio ſupra expoſito tranſvectionis Animarũ ex Luna ad Solem.

A lint cùm poſſibile eſt. Cæterum, niſi quid aliud, Deum ſupra eſſentiam & quem dicunt, velut novam quandam Materiam inducunt: nec eam quidem, quam viri prudentes omnino conjunctam exiſtimant, aut quæ omnium extremum eſt, vixque in mentem ut eam homo intelligat, venire poſſit. Enimvero ignis ille tenebroſus, pluſne valet quàm Materia, quæ divina deſolanda Virtute eſt, an minus? Ac ſiquidem minus, quomodo expugnabit quod eſt majus? Sin autem plus, ad ſe quidem reducere poterit, cùm ſit ejuſdem naturæ: haud tamen corrumpet, ut neque Nilus, qui ab illo abſcinduntur ſinus.

## ΔΙΔΥ'ΜΟΥ ΚΑΤΑ' ΜΑΝΙΧΑΙ'ΩΝ

ΟΥδὲ μία ἀντίθεσις ἐναντίων ἐξ ὅλων ἀντίκειται, τῷ καὶ κοινά τινα ὑπάρχειν τοῖς ἐναντίοις. οἷον τὸ λευκὸν, ἐναντίον ὂν τῷ μέλανι, κατὰ μόνας τὰς διαφορὰς ἔχει τὴν ἐναντίωσιν, ὄντων αὐτοῖς κοινῶν χρώματος καὶ ποιότητος· οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων, τὴν περὶ αὐτὰ ἐναντιότητα προτέραν ἔχει· πάντα γὰρ μετὰ τὰ κοινά· ἐν δὲ τοῖς κοινοῖς οὐκ ἔστιν ἐναντιότης. δεῖ γὰρ κοινὸν χρῶμα καὶ ποιότητα εἶναι, ἵνα οὕτω τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν ᾖ, ὡσαύτως μετὰ τὸ ποιὸν καὶ διάθεσιν ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία. εἰ τοίνυν ἀγέννητοι δύο ἀρχαὶ καὶ αὗται ἐναντίαι, ἢ ἐξ ὅλων εἰσὶν τὴν ἐναντιότητα ἔχουσαι, ἢ ὑπάρχει τινὰ αὐταῖς κοινά· C ἀλλ᾽ οὐδὲν ἐξ ὅλων δέχεται ἐναντιότητα· ἔχουσι ἄρα καὶ αὗται κοινὰ, τὸ εἶναι, τὸ οὐσίαι εἶναι, καὶ εἴ τι ἕτερον εὑρίσκεται περὶ αὐτὰς κοινόν. ἐναντίας δὲ ποιεῖ αὐτὰς, τὸ τὴν μὲν ἀγαθὸν, τὴν δὲ κακόν· καὶ τὴν μὲν φῶς, τὴν δὲ σκότος εἶναι. προεπινοεῖται δὲ τὸ εἶναι αὐτὰς οὐσίας, ἢ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ὑπάρχειν. ἡ ἐναντιότης ἄρα οὐ κατὰ τὰ κοινὰ, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα. τίθενται δὲ αὐτὰς ἀγεννήτους εἶναι· οὐδὲν δὲ πρὸ ἀγεννήτου. πρὸ τούτων δέ τι ἐστὶν, αὐτὸ ὃ εἶπον κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν, οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαί. αὗται γὰρ ἀγέννητοι αἱ ἐναντίαι· τὸ δὲ κοινῶς αὐταῖς ὑπάρχειν πρὸ αὐτῶν. οὐκ ἄρα ἀγέννητοι αἱ ἀρχαὶ, οὐδὲν γὰρ πρὸ ἀγεννήτου.

D

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κατὰ τὸ ἀγέννητον ἔχειν αὐτὰς τὴν ἐναντιότητα· καὶ τοῦτο κοινὸν αὐτῶν εὑρεθήσεται. ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἀγεννήτως τὸ κακὸν κακὸν, καὶ τὸ ἀγαθὸν ἀγαθὸν, κοινὸν εὑρεθήσεται τὸ ἀγέννητον κακὸν ἀμφοτέρων, καὶ τὸ ἀγέννητον ἀγαθὸν ἀμφοτέρων. εἰ γὰρ ἀγαθὸν ἄνευ τοῦ ἀγε-

## B *DIDYMVS ALEXANDRIN. contra Manichæos.*

NVlla contrariorum ex integro oppoſitio eſt: ea ſcilicet ratione, quod & contrariis ſunt quædam cõmunia. Verbi gratia album, quod eſt contrarium nigro, quibus ſolum rationibus differt, habet ut contrarium ſit, cùm alioqui colorem & qualitatem communem ambo obtineant. Nihil autem eorum quæ ejus generis ſunt, circa ſe prius habet, quod contrarium eſt: Hæc enim cũcta ſequuntur, ea, quæ cõmunia ſunt: in iis autem quæ ſunt communia, non eſt cõtrarium. Neceſſe enim eſt colorem eſſe & qualitatem, ut ſit album & nigrum. Simili quoque ratione ſequũtur virtus & vitium, ubi qualitas & diſpoſitio ac affectio præit. Si igitur duo principia ingenita ſunt, & hæc ſunt contraria, vel ex toto ſunt contraria, vel ſunt quædam illis communia. At nihil ex integro contrarias recipit rationes. Habent igitur hæc quoque communia, ut ſint, & ſubſtantiæ ſint, ac ſi quid aliud circa ipſa & in eis occurrit, quod commune ſit. Contraria verò ea facit, quod alterum quidem bonum ſit, alterum malum; quodque item aliud Lux, aliud tenebræ ſint. Prius ergo intelligitur eſſe hæc ſubſtantias, quàm eſſe bonum & malum. Quod ergo contraria ſunt, non penes communia eſt, ſed penes proprietatem. Ponitur autem hæc eſſe ingenita; nihil verò eſt quod ingenitum antecedat. Ante hæc verò quidpiam eſt, ipſum nimirum quod dicebam communiter in eis exiſtere. Ergo non ſunt principia ingenita: Hæc enim ingenita, contraria ſunt; quod autem illis communiter ineſt, ipſis prius eſt. Non ergo ingenita principia ſunt, idcirco nimirum quod ingenito nihil eſt anterius.

Sin autem dixerint, Non ea ratione qua ſunt ingenita, eſſe illa contraria; hoc quoque illis commune invenietur. Sed rurſus quia malum ingenitè eſt malum, & bonum ingenitè bonum, reperietur ingenitum malum commune amborum, & ingenitum bonum commune item amborum. Si autem ut bonum ſine ingenito reperiatur, fieri non

poteſt; commune autem eſt ingenitum; utique etiam commune erit, quod neceſſariò comes ingenito eſt: iſtud verò ſic illi comes, ingenitum eſt.

Sin autem dicant, Non eſſe commune illorum, eſſe ingenitum, quatenus nimirum alteri ineſt, reliquo non ineſt. Erit igitur ingenitum, vel bonum, vel malum; non autem bonum & malum. Quare ſi reperietur bonum Ingenitum, malum erit genitum.

Præterea, Omne malum eſt puniendum; nihil verò quod ſit puniendum, eſt incorruptibile: nullum igitur malum eſt incorruptibile, ne incorruptibiliter corruptibile ſit.

Nihil quod corruptibile ſit, eſt ingenitum. Malum autem eſt corruptibile; non ergo malum eſt ingenitum.

Nihil eſt malum ſecundùm ſubſtantiam, propterea quia malum qualitas eſt. Nulla autem qualitas ſubſtantia eſt; non ergo malum ſubſtantia eſt.

Omnia contraria ſe viciſſim interimunt. Quæ autem ſunt ingenita nulli obnoxia ſunt interitioni, non ergo contraria: quæ enim contraria ſunt, à corruptione haud immunia ſunt.

Nihil ingenitum eſt mutationi obnoxium: mutatur autem Bonum, quod à malo ſuperetur; non ergo Bonum ingenitum eſt.

Ingenito nullius corruptionis innata appetitio ineſt, nullaque vis corrumpendi ac interimendi: ineſt autem malo ea appetitio;
Matt.25.41 non igitur malum ingenitum eſt.

Divinæ Scripturæ, non ſolum alios, qui mali ſint, tradendos ſupplicio dicunt, ſed & ipſum Diabolum. Omne autem quod ſupplicio traditur, mutationi obnoxium eſt: nihil vero mutationi obnoxium, eſt ingenitum; nihil ergo in iis quæ mala ſunt, ingenitum eſt.

Eorum quæ ex integro contraria ſunt, nihil commune eſt. Quare omnino, quod uni ineſt, alteri non ineſſe neceſſe eſt. Ineſt autem bono eſſe ingenitum; malo igitur neutrum horum ineſt. Malum itaq; nihil eſt.

Quicunque rem aliquam ritè expetit, dum ita expetat nihil ipſum vetat expetito potiri. Expetit autem Deus malitiam interitioni dare; igitur malitia eorum eſt, quæ interitioni obnoxia ſunt. Quæ autem ex eorum genere ſit, quæ intereant, delebitur; quæ autem deleatur, haud ingenita ſit.

Si malum ingenitum eſt, illi ex natura eſt eſſe malum. Nemo autem peccat, dum id præſtat & operatur, quod eſt ex natura. Malum igitur non peccat. Quod autem non peccat, in culpa non eſt. Eſt verò Satanas in culpa ac reus eſt, non ergo ingenitus eſt.

Divina Scriptura, operationum ſtudiorumque, quibus ſe homines impendunt, ipſos filios eſſe dicit ac proles. Proinde iracundos, ullique alii vitio mancipatos (quippe qui ea ratione ſupplicii iræ obnoxii e-
Eph.2.3. xiſtant) filios iræ vocat; quemadmodum ait Paulus, *Et eramus naturâ filii iræ, ſicut & cæteri.* Hos mutari nihil vetat, ut non ſint am-

A νήτου οὐ δύναται, κοινὸν δὲ τὸ ἀγέννητον, κοινὸν ἄρα καὶ τὸ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον τῷ ἀγεννήτῳ· τοῦτο δέ ἐστιν τὸ ἀγαθόν.

Εἰ δὲ λέγοιεν, Μὴ κοινὸν αὐτῶν τὸ ἀγέννητον εἶναι, ᾗ θατέρῳ ὑπάρχει, τῷ λοιπῷ οὐχ ὑπάρχει· ἔσται τοίνυν ἀγέννητον, ἢ τὸ ἀγαθὸν, ἢ τὸ κακόν· οὐ τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν. εἰ οὖν εὑρεθείη τὸ ἀγαθὸν ἀγέννητον, τὸ κακὸν γεννητόν.

Αλλως τε πᾶν κακὸν κολαστέον· οὐδὲν κολαστέον ἄφθαρτον, οὐδὲν ἄρα κακὸν ἄφθαρτον, τῷ μὴ ἀφθάρτως ὑπάρχειν φθαρτόν.

Οὐδὲν φθαρτὸν ἀγέννητον· ἔστι δὲ τὸ κακὸν φθαρτόν, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Οὐδὲν κατ' οὐσίαν κακὸν, τῷ τὸ κακὸν ποῖον
B εἶναι· οὐδὲν δὲ ποιὸν οὐσία, τὸ ἄρα κακὸν οὐκ οὐσία.

Πάντα τὰ ἐναντία ἀλλήλων φθαρτικά· τὰ δὲ ἀγέννητα ἄφθαρτα, οὐκ ἄρα ἐναντία· τὰ γὰρ ἐναντία οὐκ ἄφθαρτα.

Οὐδὲν ἀγέννητον τρεπτόν· τρέπεται δὲ τὸ ἀγαθὸν κρατηθὲν ὑπὸ τοῦ κακοῦ· τὸ ἄρα ἀγαθὸν οὐκ ἀγέννητον.

Τὸ ἀγέννητον οὐκ ἔστιν ὀρεκτικὸν φθορᾶς τινος, οὐδέ γε φθαρτικόν· τὸ δέ γε κακὸν ὀρεκτικὸν φθορᾶς· τὸ ἄρα κακὸν οὐκ ἀγέννητον.

Αἱ θεῖαι γραφαὶ κολάσει παραδίδοσθαι οὐ τοὺς* ἄλλους κακοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον, λέγουσιν. πᾶν δὲ τὸ κολάσει παρα-
C διδόμενον τρεπτόν· οὐδὲν δὲ τρεπτὸν ἀγέννητον. οὐδὲν ἄρα τῶν κακῶν ἀγέννητον.

*ἀνοις· ἀνθρώποις. Hanc vocem non agnoſcit Turrianus.

Τῶν δὲ ὅλων ἐναντιουμένων οὐδὲν κοινόν. ὥστε πᾶσα ἀνάγκη τὸ θατέρῳ ὑπάρχον, τῷ λοιπῷ μὴ ὑπάρχειν. ὑπάρχει δὲ τῷ ἀγαθῷ τὸ εἶναι ἀγέννητον, τῷ ἄρα κακῷ οὐδέτερον τούτων ὑπάρχει. μὴ ὂν ἄρα τὸ κακόν.

Πᾶς ὁ εὐλόγως ὀρεγόμενός τινος, ἐπιτετευγμένην ἔχει τὴν ὄρεξιν, εἰ εὐλόγως ὀρέγεται. Θεὸς δὲ τοῦ φθεῖραι τὴν κακίαν ὀρέγεται· τῶν φθαρτῶν ἄρα ἐστὶν ἡ κακία. τῶν δὲ φθαρτῶν οὖσα, ἀφανισθήσεται. ἀφανιζομένη δὲ, οὐκ ἔστιν ἀγέννητος.

D Εἰ ἀγέννητον τὸ κακὸν, κατὰ φύσιν αὐτῷ ὑπάρχει τὸ κακὸν εἶναι. οὐδεὶς δὲ τὸ κατὰ φύσιν ἐνεργῶν ἁμαρτάνει. τὸ ἄρα κακὸν οὐχ ἁμαρτάνει· τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνον, οὐχ ὑπαίτιον. ὑπαίτιος δὲ ὁ Σατανᾶς, οὐκ ἄρα ἀγέννητος.

Η θεία γὰρ γραφὴ τῶν πράξεων καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ὧν ποιοῦσιν οἱ ἄνθρωποι, λέγει αὐτοὺς εἶναι υἱοὺς καὶ γεννήματα. τοὺς γοῦν ὀργίλους καὶ τὴν ἄλλην ἁμαρτίαν ἔχοντας, ὡς διὰ τοῦτο ὑποκεῖσθαι τῇ κατὰ κόλασιν ὀργῇ, τέκνα ὀργῆς ὀνομάζει, ᾗ φησιν ὁ Παῦλος, καὶ ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποί. οὗτοι μεταβάλλειν δύ-

νοντες, ὡς μηκέτι εἶναι τέκνα φύσει ὀργῆς. Παῦλος γοῦν περὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν παραπλησίως Ἁγίων γεγενημένων, λέγει, Ὅτι ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι· οἱ εἰσέτι δεῦρο ἐν τῷ ἁμαρτάνειν ὄντες· προσκείμενον δὲ τὸ φύσει, οὐ τὸ κατὰ φύσιν σημαίνει, ἀλλὰ τὸ ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ Ἦμεν φύσει τέκνα ὀργῆς λέγει, δηλῶν, ὅτι ἀληθείᾳ ὑπεύθυνοι ὀργῇ τυγχάνουσιν οἱ ἁμαρτάνοντες. ὥσπερ δὲ κατὰ φύσιν τέκνον ὀργῆς γίνεται τῷ συνεῖναι αὐτῷ κακίαν· οὕτω μεταβαλὼν ἀληθείας γίνεται τέκνον καὶ ἀρετῆς. εἴρηται γοῦν περί τινων ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Ἐδικαιώθη ἡ Σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς· τέκνα σοφίας τοὺς σοφοὺς λέγων· ἐπεὶ γὰρ οἱ τέκνα τινὸς ὄντες, ἐκ τοῦ τεκόντος ἔχουσιν τὸ εἶναι· ἔχουσι δὲ καὶ οἱ ποιοὶ τὸ εἶναι ἐκ τῆς ποιότητος τῆς προσγενομένης αὐτοῖς, εἰκότως οἱ ποιοὶ τέκνα καὶ υἱοὶ τῆς ποιότητος ὀνομάζονται. ὡς γὰρ εἴρηται ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος τοιαῦτα, Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ σοφοὶ σοφίας τέκνα, οὕτω καὶ ἄλλους υἱοὺς εἰρήνης προσηγόρευσεν, φάσκων τοῖς μαθηταῖς, Ἐὰν εἰσέλθητε εἰς πόλιν ἢ εἰς οἰκίαν, καὶ ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἡ διδομένη τῇ πόλει ἢ τῇ οἰκίᾳ, ἐπαναπαύσεται ἐπὶ τὸν ὄντα ἐν αὐτῇ υἱὸν εἰρήνης.

Πάλιν ὁ αὐτὸς Σωτὴρ φησιν, Φρονιμώτεροί εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, ἐν τῇ γενεᾷ τῇ ἑαυτῶν· υἱοὺς φωτὸς λέγων, τοὺς πεφωτισμένους τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας καὶ τοῖς ἔργοις τῆς ἀρετῆς. πρὸς οὓς καὶ φῶς γεγενημένους, διὰ τὸ τυγχάνειν φωτὸς υἱοὺς, λέγει, Ὑμεῖς ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου· τοὺς δὲ ἀγαπήσαντας τὸ παρὸν ζῆν, καὶ πρὸς αὐτὸ πάντα ἃ ποιοῦσιν ἀναφέροντας, Υἱοὺς αἰῶνος τούτου ὠνόμασεν. ἀλλ᾽ εἰ καὶ εἶπεν τούτους φρονιμωτέρους ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς, οὐ καθ᾽ ἅπαξ αὐτοὺς εἶπεν φρονιμωτέρους, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ἑαυτῶν γενεᾷ, τουτέστιν ἐν τοῖς πράγμασιν τοῖς οἰκειωθεῖσιν τούτῳ τῷ αἰῶνι, φρονιμώτεροι τῶν τοῦ φωτὸς υἱῶν τυγχάνουσιν. σοφοὶ γάρ εἰσι τοῦ κακοποιῆσαι· τὸ δὲ καλῶς ποιῆσαι, οὐ συνῆκαν. καὶ περὶ τοῦ Ἰούδα δὲ γέγραπται, ὡς εἴη υἱὸς ἀπωλείας. ὁ γὰρ Κύριος περὶ αὐτοῦ εἶπεν, Ὅτι οὐδεὶς ἀπώλετο ἐκ τῶν μαθητῶν μου, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. ἀπωλείας δὲ υἱὸν αὐτὸν εἶπεν, τῷ τὰ τῆς ἀπωλείας πεπραχέναι. οὐ γὰρ ὅτε εἷς ἦν τῶν Ἀποστόλων, καὶ διηκόνει ἅμα ἐκείνοις τῷ Σωτῆρι, ἦν τοιοῦτος· ἀλλ᾽ ὅτε προδότης γέγονε τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Διδασκάλου, ἀγαπήσας τὰ τῆς ἀπωλείας ἀργύρια. Καὶ ὅτι οὐ κατὰ φύσιν ἦν κακὸς, ἅμα πᾶσι τοῖς μαθηταῖς ὢν ἤκουσεν, Ἰδοὺ ἀποστέλλω ὑμᾶς ὡς πρόβατα ἐν μέσῳ λύκων. εἰ δὲ λύκους τοὺς ἁμαρτάνοντας λέγει, πρόβατα δὲ τοὺς πρακτικοὺς τῆς ἀρετῆς εἴπερ ὁ Ἰούδας φύσει κακὸς ἦν, οὐκ ἦν πρόβατον Χριστοῦ. ἐπεὶ μὴ πρακτικὸς τῆς ἀρετῆς ὁ κατὰ φύσιν κακός. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ Διάβολος κατὰ φύσιν κακὸς, ἀλλ᾽ ἐκ τροπῆς τοῦ ἰδίου αὐτεξουσίου.

Ὥσπερ οὖν οὐ τῶν φαύλων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν

A plius naturâ filii iræ. Paulus denique, de ſe ipſe, deque illis qui pari ratione Sancti evaſerunt, ait, *Eramus natura filii iræ, ſicut & cæteri* homines; qui hucuſque ſunt in peccato. Eph. 2. 3. Illud autem quod adjunctum eſt, *naturâ*, non hoc ſignificat quod ex natura eſt, ſed quod verè. Hoc enim dicit, *Eramus naturâ filii iræ*, ut declaret, verè iræ obnoxios eſſe, qui peccant. Quemadmodum autem naturâ filius iræ efficitur, ea ratione quod in peccato verſatur; ſic mutatione, veritatis filius atque virtutis evadit. Denique dictum eſt de quibuſdam à Salvatore, *Iuſtificata eſt ſapientia à filiis ſuis*, Sapientiæ filios vocante eos, qui ſint ſapientes. Matt. 11. 19. Filii ſapientiæ, &c. Quia etenim qui alicujus filii ſunt, à parente eſſe habent, quod exiſtunt; quique adeo imbuti qualitate ſunt, ex ea, quæ illis acceſſit qualitate, nanciſcuntur ut

B ſint; meritò ſic imbuti qualitate, qualitatis filii nuncupantur ac nati. Sicut enim à Servatore iſtiuſmodi dictum eſt, Hi ſapientes ſunt ſapientiæ filii, ita etiam alios filios pacis appellavit, dum ait Diſcipulis, Cùm intraveritis in civitatem aut domum, *& ſi ibi fuerit filius pacis, pax veſtra* (ipſa quæ datur civitati aut domui) *requieſcet ſuper illum*, qui in ea eſt, filius pacis. Luc. 10. 5.

Rurſus idem Salvator, ait, *Prudentiores ſunt filii hujus ſæculi filiis lucis in generatione ſua*. Luc. 16. 8. Nempe lucis filios vocans, qui ſcientia veritatis ac virtutis operibus ſint illuminati. Ad quos, qui & lux facti eſſent (quippe filios lucis, ait) *Vos eſtis lux mundi*. Matth. 5. 14. Eos autem,

C qui præſentis vitæ amore tenentur, & ad eam referunt quæcunque operantur, *ſæculi hujus filios* nominavit. Quanquam verò etiam prudentiores dixit filiis lucis, non ſimpliciter dixit eſſe prudentiores; ſed, *in generatione ſua*; id eſt, in rebus ad hoc ſæculum ac commodatis, prudentiores ſunt filiis lucis. Prudentia filiorum ſæculi. *Sapientes* enim *ſunt ut faciant mala: bene autem facere neſcierunt*. Ier. 4. 22. Quin & de Iuda ſcriptum eſt, Eſſe eum *filium perditionis*. Sic enim Dominus de illo dixit, *Ex Diſcipulis meis nemo periit, niſi filius perditionis*. Ioan. 17. 12. Filium autem perditionis vocavit, quod ea fecerit quæ ſunt perditionis, merguntque in interitum. Non enim talis erat, cum unus eſſet ex Apoſtolis, ac cum eis Salvatori pariter miniſtraret;

D ſed cùm Filii Dei atque Magiſtri proditor effectus eſt. Quodque ex natura haud malus eſſet, ſimul cum Diſcipulis omnibus audivit, *Ecce mitto vos ſicut oves in medio luporum*. Matt. 10. 16. Si lupos dicit eos, qui peccant, oves verò, eos qui virtuti navant operam: ſiquidem Iudas naturâ malus erat, ovis Chriſti non erat: nam neque virtutem poteſt operari, qui per naturam malus eſt. Sed neque ipſe diabolus per naturam malus eſt, ſed ex mutatione liberæ voluntatis.

Sicut igitur non ſolum malarum actionum

ac ſtudiorum, verùm etiam honeſtarum fi-
lii vocantur, ac nati, qui ea exercent, eo,
quo dictum eſt, modo; ex cujus ratio-
ne, qualitatum fœtus proleſque diceban-
tur, qui ex illis eſſe acciperent, quod à qua-
litate, ejuſque munere, habent; meritò *ca-*
Rom 8.3. & 6 6. *ro peccati*, & *corpus peccati*, quiſpiam, non ſim-
pliciter dicitur, ſed idcirco quia ſervit pec-
cato. Homo enim corpore ac carne ad li-
bidinem aliaque ejuſmodi vitia abutens,
corpus ſuum corpus peccati facit, & car-
nem ſuam carnem peccati, haud ſecus ac ſtu-
dioſus, caſtitatis ſtudio, ac quæ ei virtus re-
liqua comes, corpus ſuum animumque ſan-
ctificat. Virgo igitur ſancta efficitur corpo-
re & ſpiritu (hoc eſt, animâ) quemadmo-
dum ſcribit Paulus, dicens, debere Virgi-
nem, terrenis rebus curiſque non diſtrahi,
1.Cor.7.34 *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu.* Sed & in Epiſto-
1.Cor.6.20 la ad Corinthios ſcribit, *Glorificate Deum in*
*corpore veſtro.* Si autem glorificatur Deus in
corpore hominum, nec Deus in malo glori-
ficatur; haud ſanè corpus naturâ malum eſt;
quanquam ipſum peccator malum reddit, ex
peccati rationibus illo utens. Ac rurſus pau-
cis interjectis, in hæc verba ſuos alloquitur,
1.Cor.6 19 *An neſcitis, quia corpora veſtra templum ſunt Spi-*
*ritus ſancti, qui in vobis eſt; quem habetis à Deo?*
1.Cor.3.17 *Si quis templum Dei violaverit, diſperdet illum*
*Deus: templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.*

Sed & in Epiſtola ad Theſſalonicenſes,
1.Theſ.5.23. idem Apoſtolus ſcribit. *Deus pacis ſanctificet*
*vos totos: & integer veſter ſpiritus & anima &*
*corpus, nulla criminis labe in adventu Domini no-*
*ſtri Ieſu Chriſti ſervetur.* Quomodo enim ex
toto ſanctificari poteſt aliquis, & integrum
habere corpus ſuum, ſiquidem corpori, cum
malum ſit, à natura comparatum eſt, ut ſan-
ctificari non poſſit? Nam ſi corpus natura
malum eſt, non capit ut ſanctificetur. Si verò
recipit bonum, liquet non eſſe naturâ malum,
cùm boni capax ſit. Nam quod eſt naturâ
malum, fieri non poteſt ut bonum recipiat:
ſicut rurſus ut bonũ naturâ, malum recipiat.

Scribit in alia Epiſtola idem Apoſtolus, ad
quoſdam; *Mundemus nos ab omni inquinamento*
2.Cor.7.1. *carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in*
*timore Dei.* Qua ipſa voce ac loquendi for-
ma, oſtendit, carni quoque comparatum
eſſe ut emundetur ab inquinamentis, quæ ex
peccato illi inoleſcunt. Similiter in ſpiritu &
anima. Quod ſi caro ſecundùm ſubſtantiam
eſſet mala, & ſpiritus ſecundùm ſubſtantiam
eſſet bonus, neque ſpiritus inquinamentum
haberet, neque verò caro emundaretur ab
inquinatione. Præcipit autem utrumque e-
mundare ab inquinamento, modum etiam
dicens quo ſit futura mundatio. Ait nam-
que, *Perficientes ſanctificationem in timore Dei.*
Illud verò etiam rectè, quod ait, *In timore*
*Dei*, ut oſtendat, habere ex ſe ut obediant,
& non ex neceſſitate. Quod ſi perficientes
ſanctificationem in timore Dei, emunda-
mus carnem noſtram & ſpiritum ab inqui-
natione, palam eſt accedente nobis ſanctita-
te iſtud præſtari. Sicut enim animus ab igno-
rantia ac injuſtitiis repurgatur, ea ratione,

A σπουδαίων ἐπιτηδευμάτων καὶ πραττομένων υἱοὶ
καλοῦνται καὶ τέκνα, οἱ ἐπιτελοῦντες τῷ προει-
ρημένῳ τρόπῳ· καθ' ὃν ἐλέγετο γεννήματα ποιο-
τήτων εἶναι τοὺς λαμβάνοντας ἀπ' αὐτῶν τὸ εἶναι, ὅπερ
ἔχουσιν ἐκ τῆς ποιότητος· εἰκότως σὰρξ ἁμαρτίας,
καὶ σῶμα ἁμαρτίας οὐ καθ' ἅπαξ λέγεταί τι, ἀλ-
λὰ τῷ ὑπηρετεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ. ὁ γὰρ ἄνθρωπος τῷ
σώματι καὶ τῇ σαρκὶ εἰς λαγνείαν καὶ τὰς ἄλλας
τοιαύτας ἐνεργείας καταχρώμενος, ποιεῖ τὸ σῶμα
αὐτοῦ, ἁμαρτίας σῶμα· καὶ τὴν σάρκα, σάρκα ἁ-
μαρτίας· ὥσπερ ὁ σπουδαῖοι διὰ σωφροσύνης καὶ
τῆς ἑπομένης ἀρετῆς, τὸ σῶμα ἑαυτοῦ καὶ τὴν ψυ-
χὴν ἁγιάζει. ἡ Παρθένος γοῦν ἁγία γίνεται σώ-
ματι καὶ πνεύματι, ὅ ἐστι ψυχή, ὡς γράφει Παῦ-
λος, λέγων, Ὅτι τὴν Παρθένον δεῖ ἀπερίσπαστον
B εἶναι τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἵνα ᾖ ἁγία σώ-
ματι καὶ πνεύματι. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ
Κορινθίων γράφει. Δοξάσατε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώ-
ματι ὑμῶν. εἰ δὲ δοξάζεται ὁ Θεὸς ἐν τῷ σώμα-
τι τῶν ἀνθρώπων, οὐ δοξάζεται δὲ Θεὸς ἐν κακῷ, οὐ
κακὸν τὸ σῶμα τῇ φύσει, κἂν κακὸν αὐτὸ ποιεῖ
ὁ ἁμαρτωλὸς, ἁμαρτητικῶς αὐτῷ χρώμενος. καὶ
μετ' ὀλίγον πάλιν, τοῖς αὐτοῖς προσφωνεῖ· Ἢ οὐκ
οἴδατε, ὅτι τὰ σώματα ὑμῶν ναὸς τοῦ ἐν ὑμῖν ἁ-
γίου Πνεύματός ἐστιν· οὗ ἔχετε ἀπὸ Θεοῦ· εἴ τις τὸν
ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός· ὁ γὰρ
ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστιν, οἵτινες ἐστὲ ὑμεῖς.

Ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πρὸς Θεσσαλονικέας ὁ αὐτὸς
C Ἀπόστολος γράφει· ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης ἁγιάσαι ὑ-
μᾶς ὁλοτελεῖς, καὶ ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ πνεῦμα καὶ
ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα ἀμέμπτως ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατηρηθείη. πῶς γὰρ
ὁλυτελῶς ἁγιασθῆναι, καὶ ὁλύκληρον ἔχειν τις τὸ
σῶμα ἑαυτοῦ δύναται, εἰ τὸ σῶμα μὴ πέφυκεν,
κακὸν ὂν, ἁγιάζεσθαι. εἰ γὰρ κακὸν τῇ φύσει τοῦτο
οὐ δεκτικὸν ἁγιασμοῦ· εἰ δὲ δέχεται τὸ ἀγαθὸν,
δῆλον ὅτι οὐ φύσει κακὸν, δεκτικὸν ἂν ἀγαθοῦ. Τὸ
γὰρ τῇ φύσει κακὸν, ἀνεπίδεκτον ἀγαθοῦ· ὥσπερ
τὸ φύσει ἀγαθὸν, ἀνεπίδεκτον κακοῦ.

Γράφει ἐν ἑτέρᾳ Ἐπιστολῇ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος
πρός τινας· Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς
μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐπιτελοῦντες
ἁγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. δεικνὺς καὶ διὰ ταύτης
D τῆς λέξεως, ὡς πέφυκεν καὶ ἡ σὰρξ καθαίρεσθαι τῶν
προσαπτομένων αὐτῇ ἐξ ἁμαρτίας μολυσμῶν.
ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχή· εἰ δὲ ἡ σὰρξ κατ'
οὐσίαν ἦν κακὸν, καὶ τὸ πνεῦμα κατ' οὐσίαν ἀγα-
θὸν, οὐδ' ἂν τὸ πνεῦμα μολυσμὸν εἶχεν, οὔτε μὴν
ἡ σὰρξ ἀπὸ μολυσμοῦ ἐκαθαίρετο. προστάττει δὲ
ἑκάτερα καθᾶραι ἀπὸ μολυσμοῦ, λέγων καὶ τὸν τρό-
πον τῆς καθάρσεως. Ἐπιτελοῦντες γὰρ φησὶν, ἁ-
γιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. εὖ δὲ καὶ τὸ εἰπεῖν· Ἐν φό-
βῳ Θεοῦ, δεικνὺς τὸ ὑπήκοον ἔχειν ἐξ αὐτῶν, καὶ
οὐκ ἐξ ἀνάγκης. εἰ δὲ ἐπιτελοῦντες ἁγιωσύνην
ἐν φόβῳ Θεοῦ καθαιρόμεθα τὴν ἑαυτῶν σάρκα ἀπὸ μο-
λυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα, δῆλον ὅτι ἐγγινομένης ἐν
ἡμῖν τῆς ἁγιωσύνης τοῦτο γίνεται· ὥσπερ γὰρ καθαί-
ρεται ἀγνοίας ψυχὴ καὶ ἀδικημάτων παρουσίᾳ ἐ-

πιστήμης

ἐπιστήμης καὶ δικαιοσύνης. ἡ γὰρ ἀποφυγὴ τῆς κακίας, ἀρετῆς εἴσοδον ἐργάζεται ἐκ τοῦ ἐναντίου. οὕτως παρουσίᾳ ἁγιασμοῦ καθαίρεται ἡ σὰρξ μολυσμοῦ καὶ τὸ πνεῦμα. πνεῦμα δὲ ἐν τούτοις τὴν ψυχὴν λέγει, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν Ἀποστόλων Στέφανος ὁ Ἀπόστολος καταλιθούμενος, καὶ μέλλων ἀποθνήσκειν εἶπεν εὐχόμενος, Κύριε Ἰησοῦ δέξαι τὸ πνεῦμά μου. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι ἐν τούτοις ἔλεγε τὸ πνεῦμα ἑαυτοῦ, ἢ τὴν ψυχήν.

Εἰ οὖν διὰ πλειόνων ἡ σὰρξ καὶ τὸ σῶμα ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ· καὶ πρὸς τὸ δοξάζειν τὸν Θεὸν ἔχοντα λέγεται, οὐδὲν τούτων φύσει κακὸν ἢ ἀγαθόν ἐστιν· ἀλλ' αὐτεξουσίως ἑκατέρων δεκτικόν· ἢ παρὰ τὴν χρῆσιν τοῦ ἔχοντος ἀνὰ μέρος δέχεται, ὁτὲ μὲν ἁμαρτίας εἶναι, ὁτὲ δὲ ἁγιασμοῦ; εἰ δὲ καὶ τὸ ῥητὸν ἀγνοοῦντες, ἀφ' οὗ προφέρουσιν ἁμαρτίας εἶναι τὴν σάρκα, τοῦτο νομίζουσιν, ἀλλ' ἡμεῖς ὅλον αὐτὸ θέμενοι, τὴν διάνοιαν φανερὰν ποιήσομεν. ἔχει δὲ οὕτως.

Ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν ἑαυτοῦ πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, περὶ ἁμαρτίας κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί. ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν. ἡ πάντων ἀνθρώπων σὰρξ, ἐκ συνδυασμοῦ ἔχει τὸ εἶναι, δίχα τοῦ Πρωτοπλάστου, καὶ οὗ ἀνέλαβεν ὁ Σωτήρ. οὐκ ἂν γὰρ ἄλλως σῶμα ἀνθρώπου γένοιτο, μὴ ἐπιπλακέντος τῷ θήλει τοῦ ἄρρενος. ἐπεὶ οὖν ὁ Σωτὴρ ἐκ μόνης τῆς παρθένου ἔλαβε σῶμα, τὴν ἀρχὴν οὐκ ἔχον ἐκ συνουσίας, ὁμοίωμα τὴν σάρκα τὴν Κυριακὴν εἶπε τῆς σαρκὸς τῆς ἐκ συνουσίας. οὐ γὰρ καθάπαξ εἶπεν, Ὁμοίωμα σαρκὸς αὐτὸν ἔχειν, ἀλλ' ὁμοίωμα σαρκὸς ἁμαρτίας. τὸ δὲ ὁμοίωμα τῆς σαρκὸς ἁμαρτίας, σάρξ ἐστιν, μόνῳ τούτῳ λειπομένη τῶν ἄλλων σαρκῶν, τὸ ἄνευ ἀνδρὸς ἐσχηκέναι τὴν ὕπαρξιν. ἔδει γὰρ τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἐρχόμενον, μὴ ἐκ συνδυασμοῦ σῶμα λαβεῖν. μηδὲ αὖ ἔξωθεν τῆς τῶν ἀνθρώπων διαδοχῆς, ὥσπερ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἵνα μὴ ἑτερογενὲς αὐτοῦ νομισθῇ τὸ σῶμα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐκ τῆς γῆς ἐπέπλαστο, ὡς ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ὑπόνοιαν ἐλάμβανον οἱ διὰ φαντασίας τὴν δόκησιν εἰσάγοντες, μήποτε ἄρα οὐ κατὰ ἀλήθειαν ἔφερεν ἀνθρώπου σῶμα.

Πάλιν, εἰ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνειλήφει σῶμα, οὐκ ἔχων τὸ παρηλλαγμένον, ἐνομίσθη ἂν καὶ αὐτὸς ὑπεύθυνος εἶναι ἐκείνῃ τῇ ἁμαρτίᾳ, ἧπερ καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἀδὰμ πάντες κατὰ διαδοχὴν ὑπῆρχον. εἰ δὲ λέγοιεν, Εἰ σὰρξ ἁμαρτίας ἐστὶν ἡ ἐκ συνουσίας ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς τεχθεῖσα, κακὸς ὁ γάμος· ἀκουέτωσαν, Ὅτι πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας, τοῦ ἄραντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, εἰ πάντες οἱ ἄνθρωποι ὥσπερ τὰ ἄλλα μετὰ κακίας ἔπραττον, οὕτω καὶ τὸν γάμον ἁμαρτητικῶς εἶχον. διὸ τὰ ἐκ τοῦ γάμου γινόμενα σώματα νοητέον. καὶ οὕτως ἐπεὶ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἡ σύνοδος γέγονεν τοῦ Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔας, διὰ τοῦτο σὰρξ ἁμαρτίας εἴρηται. ἄφθαρτος γὰρ ὢν πρὸ τῆς παραβάσεως, φθαρτὸς γεγένηται παραβάς· καὶ οὕτως ἡ διαδοχὴ τὸ φθαρ-



A quod ſcientia & juſtitia illi adveniant (fuga enim vitii, à contrario virtuti aditum facit) ſic ſanctificationis adventu, caro & ſpiritus ab inquinamento mundantur. Hîc autem ſpiritum, animam ſignificat, ſicut etiam in Actibus Apoſtolorum Stephanus Apoſt. dum lapidaretur, & prope eſſet moriturus, precibus ad Deum dixit, *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.* Non enim illis verbis, aliud quidpiam ſpiritum ſuum dicebat, quam animam. Act. 7. 58.

Cùm igitur pluribus locis caro & ſpiritus, quandoque peccati dicantur, quandoque ſanctificationis, & comparata ad Deum glorificandum, neutrum ipſorum naturâ malum ſit aut bonum; ſed ejuſmodi, ut libera voluntate utrunque recipere poſſint; nonne ex ejus qui habeat, uſu, ſigillatim eſt, ut modò peccati, modò ſanctificationis dicantur? Quod ſi ipſam quoq; auctoritatem neſcientes, B unde proferunt eſſe carnem peccati, ita exiſtimant, nos enimvero integram eam ponentes, perſpicuam reddemus ſententiam. Sic autem habet.

*Deus Filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne.* Quod dicit, ejuſmodi eſt. Omnium hominum caro, ex conjunctione viri & fœminæ exiſtit excepta carne Primi parentis, & ea quam Chriſtus aſſumpſit. Non enim alia ratione hominis corpus extiterit, niſi maſculus & fœmina miſceantur. Igitur quia Salvator ex ſola Virgine corpus aſſumpſit, quod ex non coitu principium duxit, idcirco carnem Domini, ejus carnis quæ ex coitu eſt, ſimilitudinem vocavit. Non enim ſimpliciter habere eam carnis ſimilitudinem dixit, ſed *ſimilitudinem carnis peccati.* Similitudo C autem carnis peccati, caro eſt; uno duntaxat ex aliis carnibus illi deſiderato, quod nulla viri opera nacta exiſtentiam eſt. Decebat enim, ut qui ad ſalutem hominum veniebat, ex conjunctione viri corpus non acciperet; neque rurſus extra hominum ſucceſſionem, velut Primus homo, ne ejus corpus diverſi generis eſſe putaretur. Nam ſi ipſe quoque ex terra formatus eſſet, ſicut fuit Princeps humani generis, ſuſpicandi anſam habuiſſent, qui nudo mentis commento ſpecie tenus incarnationem docent, non fortè humanum corpus re ac veritate geſtaſſe.

Rom. 8. 3. Locus Apoſtoli in Manichæos vexatus.

Similitudo carnis peccati, ex coitu ortæ.

Præterea, ſi corpus ex viri conjunctione ſumpſiſſet, cùm in nullo differret, ipſe quoque utique, peccato, quod ex Adamo, ejus omnes poſteri per ſucceſſionem contrahunt, obnoxius habitus eſſet. Si verò dixerint Si D caro peccati eſt, quæ ex conjunctione viri & fœminæ nata eſt, malæ ſunt nuptiæ. Audiant iſti, Ante adventum Salvatoris, qui abſtulit peccatum mundi, omnes homines ſicut alia cum peccato agebant, ſic etiam nuptias cum peccato habebant. Vnde ſimiliter de corporibus ex connubio natis intelligendum eſt: quodque adeo, poſt peccatum facta eſt Adæ cum Eva conjunctio; idcirco caro peccati dicta eſt. Qui enim ante peccatum immortalis erat, per peccatum mortalis factus eſt; atque ita ſucceſſio mortalita-

Durior propoſitio.

Caro peccati, carnali copula propagato, cuiuſ à peccato ortus exiſtat.

A

tem habet. Similitudinem igitur hujus carnis habebat Chriſtus, tametſi caro ejus non vidit corruptionem. Verùm per adventum ejus, ſicut ab aliis rebus, ſic a nuptiis ablatum eſt peccatum. Itàque nunc, qui ſecundùm Evangelium vivunt, habere poſſunt honorabiles nuptias & thorum immaculatum, ſicut Paulus ſcribit Fidelibus, *Honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus: Fornicatores autem & adulteras judicabit Deus.* Diſtinguens enim nuptias honoratas, & eos, qui eis utuntur à ſcortatoribus & adulteris, eſſe illas ſcortationem aut adulterium abnuit. Quamobrem neque peccatum ſunt nuptiæ.

*[Margin: Pſal. 15. 10. — Fidelium in Chriſto nuptiæ. — Hebr. 13. 4.]*

B

Aliter etiam dici poteſt magis phyſicè, Divina quædam res eſt Virginitas, atque in Virtutum cenſu ſplendida. Si quis igitur Nuptias cum Virginitate conferens, ipſas dicat peccatum; non abſolutè ſunt peccatum. Malum enim non in comparatione boni malum eſt, ſed ipſum per ſe tale eſt. Si quando igitur aliquid malum dicitur, ea ratione quod cum bono confertur, ipſum etiam bonum fuerit, inferius bono quod ipſi antefertur. Qui igitur Evangelio accedunt, ad ipſum imprimis accedunt, ut colant pietatem, & ſecundum Deum ſapientes fiant. His comes eſt, ut à nonnullis oppugnentur, ſiquidem neceſſe eſt eos firmiter animique conſtantiâ Chriſto nomen dare. Firmitas autem ac conſtantia, tentationum exercitatione præſtatur. Quamobrem neceſſe eſt, ut & illi certamina ſubeant. Quemadmodum autem qui certantibus conſtituunt præmia, ſi, quod e ratione congruumque videatur, ſpectandum ſibi putaverint, haud temere, hunc illumque pugilem commiſerint, ſed multa diligentia omnique ſedulitate, cujuſque virium ſpectata ratione; ſic nimirum noſtri quoque certaminis arbiter Chriſtus, non omnes iiſdem adverſariis jungit, ſed pro cujuſque ætatis viriumque ratione, quo cum luctâ conferenda, opponit. Corinthiis itaque, cùm adhuc parvuli eſſent, Paulus ſcribit, Teneri eos carnis paſſionibus. *Tentatio*, inquit, *vos non apprehendit, niſi humana.* Ipſorum namque tentationes ac certamina, ad ea ſpectabant, quæ eſſent humana. De ſe autem ſuique ſimilibus, pari ſcilicet pectoris robore ac animoſitate, ſcribit, dicens; *Non eſt nobis colluctatio adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus Principatus & Poteſtates, Mundique dominos, rectores tenebrarum ſæculi hujus.* Ac ſi diceret, Nobis, qui celſiore gradu conſcendimus, non eſt lucta adverſus ſanguinem & carnem (id eſt, adverſus humana) ſed adverſus ſuperiorum ordinum adverſarios. Sunt verò hi, Animorum ſpecies, qui voluntatis arbitrio pravi evaſerunt. Nemo verò exiſtimet, cùm pravorum Animorum ſpecies diximus, pravam nos eſſentiam dicere ac ſubſtantiam. Sunt enim etiam ſpecies & genera, eorum, quæ liberæ voluntatis ſunt. Dicimus honeſti ſpecies eſſe, Iuſtum, Temperantem, Prudentem, Fortem. Quia namque Virtus genus eſt, quæ in ſpecies diſtribuatur, in Iuſti-

*[Margin: Malum comparatione ipſū bonum. — Virtuti comes ac fidei perfectio. — Pro virium ratione Chriſtiano lucta gravior. — 1. Cor. 3. & 10. 13. — Eph. 6. 12. — Animorū genera & ſpecies nūcupata, à prava voluntate.]*

C

D

A

τὸν ἔχει. ὁμοίωμα οὖν τῆς σαρκὸς ταύτης εἶχεν ὁ Σωτὴρ, εἰ καὶ μὴ εἶδεν ἡ σὰρξ αὐτοῦ διαφθοράν. ἀλλ' ἐπιδημήσαντος τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἀφαίρεσις ἁμαρτίας γέγονεν, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ γάμου. νῦν γοῦν οἱ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον βιοῦντες ἔχειν δύνανται τίμιον γάμον καὶ κοίτην ἀμίαντον, ὡς γράφει Παῦλος τοῖς πιστοῖς, Τίμιος ὁ γάμος καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. πόρνοις δὲ καὶ μοιχοὺς κρινεῖ ὁ Θεός. διαστέλλων γὰρ τὸν τίμιον γάμον καὶ τοὺς χρωμένους αὐτῷ ἀπὸ πόρνων καὶ μοιχῶν, οὐ πορνείαν, οὐδὲ μοιχείαν τοῦτον βούλεται εἶναι· ὅθεν οὐδὲ ἁμαρτία ὁ γάμος.

B

Καὶ ἑτέρως δὲ φυσικώτερον λεχθήσεται. Ἡ παρθενία θεῖόν τι χρῆμα τυγχάνει, καὶ ὡς ἐν ἀρεταῖς ὑπάρχει· εἴ τις οὖν συγκρίνων ταύτῃ τὸν γάμον, λέγοι αὐτὸν ἁμαρτίαν εἶναι, οὐκ ἀπολελυμένως ἁμαρτία ἐστίν. τὸ γὰρ κακὸν οὐ συγκρίσει τοῦ ἀγαθοῦ κακόν ἐστι, καθ' ἑαυτὸ ὂν τοιοῦτο. εἴ ποτε γ' οὖν ὡς πρὸς ἀγαθὸν λέγοιτό τι κακὸν, καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν εἴη ὑποδεέστερον τοῦ προκειμένου αὐτοῦ ἀγαθοῦ. οἱ τοίνυν τῷ Εὐαγγελίῳ προσερχόμενοι, προηγουμένως προσέρχονται αὐτῷ ἐπὶ τῷ θεοσεβεῖν, καὶ κατὰ Θεὸν γενέσθαι σοφοί. οὗτοι ἑπομένως ἔχουσι τὸ πολεμεῖσθαι ὑπό τινων, καὶ γὰρ δεῖ τούτοις βεβαίως ἀναλαβεῖν τὸν χριστιανισμόν· προσγίνεται δὲ ἡ βεβαιότης ἐκ τῆς κατὰ τοὺς πειρασμοὺς γυμνασίας. ὅθεν ἀνάγκη ἀγῶνας αὐτοὺς ὑπομένειν. καὶ ὥσπερ οἱ ἀγωνοθετοῦντες, εἰ τοῦ εὐλόγου φροντίζοιεν, οὐχ ὡς ἔτυχεν τόνδε μετὰ τοῦδε συμβάλλουσιν ἀθλητὴν, ἀλλὰ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ εἰς τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑκάστου δυνάμεως σκοποῦντες· οὕτως καὶ ὁ ἡμέτερος ἀθλοθέτης Χριστὸς, οὐ πάντας τοῖς αὐτοῖς ἀνταγωνισταῖς συζεύγνυσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν δύναμιν ἑκάστου τὸν ἀντίπαλον δίδωσιν. Κορινθίοις γ' οὖν νηπίοις οὖσιν ἔτι, τῶν παθημάτων τῆς σαρκὸς περιέχεσθαι Παῦλος γράφει· Πειρασμὸς ὑμᾶς οὐκ εἴληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπινος. οἱ γὰρ πειρασμοὶ τούτων καὶ οἱ ἀγῶνες πρὸς τὰ ἀνθρώπινα πράγματα τὴν ἀναφορὰν ἔχουσι. περὶ ἑαυτοῦ δὲ καὶ τῶν παραπλησίων, ἰσοῤῥόπων τε καὶ ἰσοσθενῶν, γράφων φησὶν, Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς Ἀρχὰς καὶ τὰς Ἐξουσίας, καὶ τοὺς Κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. μονονουχὶ τοῦτο λέγων, Ἡμῖν τοῖς ὑπεραναβεβηκόσιν, οὐκέτι πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, τοῦτ' ἔστιν ἀνθρώπινα, ἡ πάλη, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὑπεραναβεβηκότα τάγματα τῶν ἀντιπάλων. εἰσὶν δὲ ταῦτα εἴδη λογικῶν, πονηρῶν γενομένων προαιρετικῶς. μηδεὶς δὲ ὑπολάβῃ, ὅτι εἴδη λογικῶν πονηρῶν εἰρηκότες, οὐσίαν πονηρὰν λέγομεν. ἔστιν γὰρ εἴδη καὶ γένη καὶ τῶν προαιρετικῶν ὑπαρχόντων· λέγομεν γοῦν εἴδη σπουδαίου εἶναι· δίκαιον, σώφρονα, φρόνιμον. ἐπεὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ γένος, εἰς εἴδη μεριζομένη, εἰς δικαιοσύνην, σωφροσύνην καὶ τὰ λοιπὰ, ἀνάγ-

C

D

κη τὸ τοῦ γένους μετέχοντα· σπουδαῖον ὄντα, A ὡσπερεὶ γένος εἶναι τῶν μετεχόντων τῶν κατ' εἶδος ἀρετῶν. ὡσαύτως δὲ τῆς ἐπιστήμης γένους οὔσης, γραμματικῆς, μουσικῆς καὶ τῶν λοιπῶν, τὸν παρονομαζόμενον ἀπὸ τοῦ γένους ἐπιστήμονα, γένος εἶναι τῶν παρονομαζομένων ἀπὸ τῶν τῆς ἐπιστήμης εἰδῶν φαμέν. κἂν τοίνυν πονηρῶν λογικῶν εἴδη λέγομεν, προαιρετικῶς πάντας τοὺς ὑπὸ τὰ εἴδη ταῦτα λέγομεν εἶναι τοιούτους. ἀμέλει γοῦν τὰ ὀνόματα τὰ προειρημένα πονηρὰ, οὐκ οὐσιῶν, ἀλλὰ προαιρετικῶν ἐστιν ἐμφαντικά. τὸ γὰρ διάβολος ὄνομα, οὐκ οὐσίαν, ἀλλὰ προαίρεσιν δηλοῖ. αὐτίκα γοῦν καὶ τὸν Ἰούδαν ἄνθρωπον ὄντα διάβολον ὁ Κύριος, οὐ διὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ὠνόμασεν, λέγων πρὸς πάντας ἅμα τοὺς Μαθητὰς, συναριθμῶν καὶ τὸν Ἰούδαν ἐν αὐτοῖς, B Οὐχὶ τοὺς δώδεκα ὑμᾶς ἐξελεξάμην, καὶ εἷς ἐξ ὑμῶν διάβολός ἐστιν; ᾧ ἐπιφέρει συγγραφεύς. Τοῦτο δὲ εἶπεν περὶ Ἰούδα, τοῦ μέλλοντος παραδιδόναι αὐτόν. εἰ γὰρ διὰ τὴν μέλλουσαν προδοσίαν διάβολος εἴρηται, οὐ τότε διάβολος ἦν, ὅτε ἅμα πᾶσιν ἐκλογῆς ἔτυχεν. ἐκλεκτὸς μὲν γὰρ ἅμα πᾶσιν γέγονεν, διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τότε ἀρετήν· διάβολος δὲ τότε ἐχρημάτισεν, ὅτε τὰ τῆς προδοσίας εἰργάσατο. εἰ τοίνυν ἐπὶ τοῦ Ἰούδα τὸ διάβολος ὄνομα πράξεως προαιρετικῆς δηλωτικόν ἐστιν, οὕτως κἂν ἐπ' ἄλλου τινὸς ἡ φωνὴ λέγοιτο, προαιρετικόν τι σημαίνει. οἶδεν δὲ καὶ ἡ συνήθεια τὴν χρῆσιν τοῦ ὀνόματος τούτου. διαβόλους γοῦν καλοῦμεν τοὺς κατηγοροῦντας τοὺς δὲ τοῖς δὲ, κἀκείνους τούτοις. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ διάβολος Θεὸν ἀνθρώ- C ποις διαβάλλει, καὶ ἀνθρώπους Θεῷ, καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους ἀλλήλοις, ταύτης ἔτυχεν τῆς ὀνομασίας. εἰ δὲ καὶ τὸ σατανᾶς ὄνομα κατηγορεῖτο αὐτοῦ τοῦ διαβόλου, ἴστωσαν ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο προαιρετικοῦ τινὸς ἐστι δηλωτικόν. Εβραϊκὴ γὰρ οὖσα ἡ φωνὴ, οὐχ ἕτερόν τι σημαίνει καθ' Ἑλλάδα φωνὴν, ἢ τὸ ἀντικείμενον· τὸ δὲ ἀντικείμενον ἐπ' ἀνθρώπου λαμβανόμενον, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐχθρὸς βλαβερός. ὡς οὖν ὁ ἐχθρὸς προαιρέσει ἐστὶ τοιοῦτος, οὕτως καὶ ὁ ἀντικείμενος. ὥσπερ καὶ τὰ τούτων ἐναντία· τὸ γὰρ φίλος καὶ εὔνοων καὶ ὁμονοῶν καὶ ὁμοφρονῶν, ὀνόματα προαιρέσεών ἐστι δηλωτικά. λέγεται γὰρ αὐτὸς οὗτος φίλος καὶ εὔνοων, ὥσπερ διάβολος καὶ σατανᾶς καὶ D πονηρός. ὡς ἐν Εὐαγγελίῳ ὁ Σωτὴρ πρὸς ἑτέροις καὶ τοῦτο λέγειν διδάσκει ἐν τῇ εὐχῇ τοὺς μαθητὰς, Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. καὶ γὰρ καὶ τὸ τοῦ πονηροῦ ὄνομα προαιρέσεώς ἐστι δηλωτικόν.

Εἰ τοίνυν διὰ πάντων ὧν σημαίνει ὁ ἀρχέκακος καὶ πρῶτος ἀποστάτης τῆς ἀρετῆς προαιρετικῶς ἐστι τοιοῦτος, οὐ δύναται καθ' οὐσίαν εἶναι κακός. εἰ δὲ λέγοιεν τοῦτο, ὅτι τῇ οὐσίᾳ κακὸς ὢν ἔτυχεν, καὶ τὰ προαιρετικὰ, δι' ἃ οὕτως ὠνόμασται. ἴστωσαν, ὅτι ἐν τοῖς οὐσιώδεσιν, οὐ παραλαμβάνε-

tiam, Temperantiam, ac reliquas; neceſſe eſt, eum qui genus participat; qui videlicet ſtudioſus exiſtat, ac virtute fulgeat, velut genus eſſe eorum, qui ſpecies virtutum participant. Similiter, cùm ſcientia genus ſit, Grammaticæ, Muſicæ, & aliarum; eum qui ducto à ſcientia nomine, ſciens dicitur, genus eſſe dicimus, eorum, qui à tali talique ſcientia (ſcientiæ ſcilicet ſpeciebus) nuncupantur. Quanquam igitur pravorum Animorum ſpecies dicimus, omnes ſubter has ſpecies poſitos, voluntate pravos eſſe dicimus. Quæ itaque dicta ſunt prava nomina, non eſſentias ſignificant, ſed qui libera præditi voluntate exiſtant. Quod enim Diabolus dicitur, non eſſentiam declarat, ſed voluntatem. Statim enim etiam Iudam, homo, cùm eſſet, diabolum Dominus nominavit, non propter ſubſtantiam, ſed propter voluntatem, cùm ad omnes ſimul Diſcipulos ait, in eis quoque Iudam connumerans; *Nonne duodecim elegi vos, & unus ex vobis diabolus eſt?* Subjungitque Evangeliſta, *Hoc autem dixit de Iuda, qui eum erat traditurus.* Etſi enim propter futuram proditionem diabolus vocatus eſt, non jam tunc diabolus erat, cùm pariter cum omnibus electus eſt, ob eam, qua tūc præſtabat, virtutem. Tunc autem diabolus appellatus eſt, cùm ea molitus eſt, ac fecit, quæ proditionis erant. Si ergo in Iuda nomen diaboli, actionem ex liberæ nutu voluntatis indicat; ſimiliter etiam de quovis alio dicatur, aliquid ad liberam voluntatem ſpectans ſignificat. At nec conſuetudinis ejus vocis uſus ignotus eſt. Diabolos certe Græca voce vocamus, qui apud alios aliis detrahunt, accuſantque & calumniantur. Vnde etiam quia diabolus Deum accuſat apud homines, & homines apud Deum ipſoſque alios apud alios homines, hoc nomen ſortitus eſt. Quod ſi etiam Satanæ nomen de Diabolo dicitur, ſciant hoc ipſum nomen ſignificare quod eſt liberę voluntatis. Nam cùm Satanas vox Hebraica ſit, nihil aliud ſignificat quàm *adverſarium*, ſi ipſam Latinè interpreteris. Adverſarius verò cum de homine dicitur, idem eſt quod inimicus nocens. Sicut igitur inimicus voluntate eſt inimicus, ſic & adverſarius. Vti etiam horum contraria. Amicus enim & benevolus & concors & idem ſentiens nomina ſunt, quod eſt liberæ voluntatis ſignificantia. Dicitur enim hic idem amicus & benevolus, ſicut dicitur diabolus & ſatanas & malus. Quemadmodum Salvator in Evangelio præter cetera hoc quoque Diſcipulos in Oratione docet, *Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à Malo.* Nam & Mali nomen, liberam denotat voluntatem.

Diabolus, voluntatis nomen eiuſque pravitatis.

Iudas diabolus. Ioan. 11. 9.

Iudas, bonus electus factus voluntate malus & diabolus.

Diabolus, accuſator & calumniator.

Satanas adverſarius.

Matt. 6. 13. Luc. 11. 4.

Si igitur, quibus omnibus nominibus inſignitur mali auctor primuſque virtutis deſertor, voluntatis arbitrio talis eſt, per eſſentiam malus eſſe non poteſt. Quod ſi dixerint, Cùm eſſet ſubſtantia malus atque natura, acceſſiſſe & quæ erant voluntatis, ob quæ ſic nominatus eſt. Sciant iſti, In iis quæ ad eſſentiam ſpectant ac ſubſtantiæ ſunt, non aſſumi ea quæ ſunt liberæ voluntatis. Nullus enim di-

Mali nomen, ut Diaboli & Satanæ, voluntatis.

cit, Libera voluntate animal eſſe aut lapidem. Hæc enim ſubſtantialia ſunt: hincque eſt, ut nihil hîc liberæ ſit voluntatis. In his enim ſunt, quæ ad liberam voluntatem ſpectant, in quibus libera ipſa voluntas eſt.

Sed fortaſſe dicent, Vt quid verò eum, qui damnoſus futurus erat & peſtis ac labes, bonus Deus in rerum naturam produxit? Atqui ſciant qui hoc dicunt, Non ſolum nobis adverſari, ſed & omnibus qui providentiam ponunt. Multi enim etiam alii, cùm providentiam ponant, Animantia omnia ratione utentia ex Deo eſſe dicunt; in quibus etiam malitia ac vitium oritur. Si igitur hæc de Diabolo dicunt, neceſſe eſt, ut & de omnibus dicant ratione præditis atque Animis. Nos enimvero, qui illos minimè ſequamur, dicimus, Non eſſe mali auctorem, qui eum produxit ac fecit, qui ſua ipſe proclivi voluntate nutuque in malum vergere poteſt, eique obnoxius eſſe: Dum enim Animal condidit rationis particeps, voluit ſua ipſum voluntate ac arbitrio bonum fore, ea facultate præditum, qua liceret ad utrumlibet vergere. Volebat enim ipſum bonum eſſe, eligendo ſponte quod bonum eſt. Nullus enim in iis, quæ condita ſunt, invitus bonus eſſe poteſt; ſed omnes qui boni ſunt, ſponte tales ſunt. Quare oportebat, ut qui voluntate ſua futurus eſſet bonus, poteſtatem haberet, qua idoneus & aptus eſſet ad bonum capeſſendum ac quod honeſtum eſſet. Sequebatur autem, ut quod bonum capere poſſet, poſſet & malum. Sic fabricata rationali ſubſtantia, ut ad virtutem vitiumque facultatem haberet, datum ei mandatum eſt, ut virtutem in actu, vitium vero ſolum aptitudine haberet. Creatoris namque Lex hortatur, facitque animos atque adjuvat ad virtutem, avocans naturam à vitio. Quamvis igitur inſit vitii facultas in utente ratione; non propter facultatem malus eſt, qui ea præditus eſt: ad utrum libet namque (virtutem ſcilicet atque vitium) ſe habent facultates atque liberæ voluntates. Liberè enim habere virtutis facultatem volumus, ut & in actu ejus compotes effici valeamus: vitii quoque facultatem habere liberè volumus. Tunc enim eam habemus, cùm virtutem in actu ipſamque exercitam habuerimus. Neque hæc noſtra duntaxat opinio eſt, ſed & omnium, qui de Animis atque ratione præditis rectè ſunt philoſophati.

Diabolus creatus liber, ut eſſet ſponte bonus.

Non bene Turrianus *hominem*, cùm præcipue ſermo ſit de diabolo.

Licet igitur Deus ſubſtantiam condidit, quæ Diabolus nuncupatur, non tamen ipſum diabolum condidit, ſed virtutis capacem, ut illam nanciſceretur; & vitii capacem, ut ab ipſo ſeſe abſtineret. Quia enim virtus cum vitio ſimul exiſtere non poteſt, eſt autem amica Deo virtus, utriuſque facultate indita utenti ratione, propterea indidit, ut altera quidem ad actum capeſſendum præditi eſſemus, ab alterius autē, à fine facultatis, qui eſt operatio actuſq; abſtineremus. Itaque omnes Animi creati ſunt, ut eſſent probi, non mali. Si qui igitur in eis, contraria Auctori ſuo ac providentiâ regenti via cucurrerunt, non

Omnes Animi, boni creati & ad bonum.

A ται προαίρεσις. οὐδεὶς γὰρ λέγει προαιρετικὰς ζῶον εἶναι ἢ λίθον. ταῦτα γὰρ οὐσιώδη. ὅθεν οὐδὲ προαιρετικόν τι. ἐν ἐκείνοις γὰρ τὰ προαιρετικὰ, ἐν οἷς καὶ ἡ προαίρεσις.

Ἀλλ' ἴσως ἐροῦσιν, Διὰ τί τὸν οὕτω μέλλοντα ἔσεσθαι βλαβερὸν ἢ λυμεῶνα εἰς τὸ εἶναι ἤγαγεν ὁ ἀγαθὸς Θεός. ἴστωσαν δὲ τοῦτο λέγοντες, ὅτι οὐχ ἡμῖν μόνοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν τοῖς τιθεμένοις πρόνοιαν ἀντιπίπτουσιν. πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι τιθέμενοι πρόνοιαν, ἐκ Θεοῦ λέγουσιν εἶναι πάντα τὰ λογικὰ ζῶα, ἐν οἷς φύεται καὶ ἡ κακία. εἰ οὖν περὶ τοῦ διαβόλου ταῦτα λέγουσιν, καὶ περὶ πάντων τῶν λογικῶν. εἰ οὖν περὶ τοῦ διαβόλου ταῦ-
B τα λέγουσιν, καὶ περὶ πάντων τῶν λογικῶν ἀναγκάζονται εἰπεῖν τοῦτο. ὅμως δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐκείνοις μιμούμενοι, φαμὲν, Οὐ κακίας αἴτιος ὁ ποιήσας τὸ δυνάμενον ἐξ ἰδίας ῥοπῆς εἰς κακίαν ἐλθεῖν. λογικὸν γὰρ κατεσκεύασεν ζῶον, ὃ ἐβούλετο εἶναι ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως ἀγαθὸν, ἔχον εἰς ἑκάτερα ῥέπειν τὸ αὐτεξούσιον. ἀγαθὸν γὰρ αὐτὸν ἐβούλετο εἶναι, ἑκουσίως αἱρούμενον τὸ ἀγαθόν. οὐδεὶς γὰρ γενητῶν ἄκων ἀγαθὸς εἶναι δύναται· ἀλλὰ πάντες οἱ ὄντες ἀγαθοὶ, ἑκουσίως εἰσὶν τοιοῦτοι. ἔδει τοίνυν τὸν προαιρέσει τῇ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν ἐσόμενον, δύναμιν ἔχειν τὴν αὐτὴν τῇ ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀνάληψιν τοῦ ἀγαθοῦ. εἵπετο δὲ τὸ δεκτικὸν τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ κα-
C κοῦ δεκτικὸν εἶναι· οὕτω κατεσκευασμένῳ τῷ λογικῷ, πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν δύναμιν ἔχειν, ἐντολὴ δέδοται ὅπως τὴν μὲν ἀρετὴν κατ' ἐνέργειαν, τὴν δὲ κακίαν κατ' ἐπιτηδειότητα μόνην ἔχει. ὁ γὰρ τοῦ Δημιουργήσαντος νόμος προτρέπει, καὶ ἀλείφει καὶ συνεργεῖ πρὸς ἀρετὴν, ἀποτρέπων τὴν φύσιν τῆς κακίας. κἂν τοίνυν ἐνυπάρχῃ δύναμις κακίας ἐν τῷ λογικῷ, οὐ διὰ τὴν δύναμιν φαῦλον τοῦτο. ἀμφοτέρων γὰρ, ἀρετῆς καὶ κακίας λέγω, αἱ δυνάμεις καὶ προαιρέσεις. αἱρούμεθα γὰρ ἀρετῆς ἔχειν δύναμιν, ἵνα καὶ ἀναλαβεῖν κατ' ἐνέργειαν δυνώμεθα· αἱρούμεθα καὶ κακίας ἔχειν δύναμιν. τότε γὰρ αὐτὴν ἔχομεν, ὅταν ἐν ἐνεργείᾳ τὴν ἀρετὴν ἔχωμεν. καὶ οὐκ ἡμῶν μόνων ἡ δόξα αὕτη, ἀλλὰ καὶ πάντων ὀρθῶς περὶ τῶν λογικῶν ζώων φιλοσοφη-
D σάντων.

Κἂν τοίνυν τὴν οὐσίαν τοῦ καλουμένου διάβολον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, οὐχὶ διάβολον αὐτὴν ἐδημιούργησεν, ἀλλὰ δεκτικὴν ἀρετῆς, ἵνα ταύτην ἔχῃ· καὶ δεκτικὴν κακίας, ἵνα ταύτης ἀπέχηται. ἐπεὶ γὰρ * ἀσυναρπακτος ἡ ἀρετὴ τῇ κακίᾳ, φίλη δὲ τῷ Θεῷ ἡ ἀρετὴ, ἀμφοτέρων τὰς δυνάμεις ἐνεὶς τῷ λογικῷ, διὰ τοῦτο ἐνῆκεν αὐτὰς, ἵνα τὴν μὲν εἰς ἐνέργειαν μεταλάβωμεν, τῆς δὲ ἑτέρας δυνάμεως τοῦ τέλους, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἐνέργεια, ἀπεχώμεθα. ὥστε γέγονεν πᾶν λογικὸν ἐπὶ τῷ σπουδαῖον εἶναι, καὶ μὴ φαῦλον. εἴ τινα οὖν τῶν λογικῶν τὴν ἐναντίαν δεδράμηκεν τῷ πεποιηκότι καὶ προνοουμένῳ, οὐ τοῦ ποιή-

* ἀσυνδύ-παςκτοι.

σαντος καὶ νομοθετήσαντος ἡ αἰτία, ἀλλὰ τῶν ἀντιτεινάντων πρὸς τοὺς δοθέντας πρὸς τοὺς προνοουμένους νόμους.

Ὁρῶμεν γοῦν καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς, ἀεὶ ταῦτα γινόμενα, ἃ παιδεύομεν τὰ τέκνα κατ᾽ ἐπιστήμην αὐτὰ ἀνάγειν βουλόμενοι, ἵνα καὶ ταύτην ἐνεργῶσιν· οὐ πάντως δὲ οὕτως ἐνεργοῦσιν, ὡς ἐδιδάχθησαν· ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε ἐναντίως πολλοὶ υἱοὶ παρὰ πατέρων ἰατροὶ ἀναστραφέντες, οὐ δεόντως χρῶνται τῇ ἰατρικῇ, τὰ νοσοποιὰ ἀντὶ τῶν ὑγιεινῶν τοῖς κάμνουσι προσάγοντες· καὶ οὐ δήπου ἡ ἰατρικὴ, ἢ ὁ ταύτην παιδεύσας, αἴτιος. οὐ γὰρ οὕτως ἐδίδαξεν, ἵν᾽ οὕτως ποιεῖ. πράττει γὰρ οὐχ ὡς ἔμαθεν ποιεῖν. πάλιν νόμοις παιδεύομέν τινας, ἵνα συνιστῶνται τῷ δικαίῳ, καὶ τὴν ἀδικίαν παραιτῶνται. ἀλλὰ κακοήθως ἔνιοι αὐτῶν τοῖς νόμοις προσιόντων, τὸ ἀνάπαλιν ποιοῦσιν. καὶ οὔτε τὸν νόμον, οὔτε τὸν νομοθέτην αἰτιώμεθα. εἰ γὰρ αὐτοὶ τῆς ἀδικίας αἴτιοι ἦσαν, οὐκ ἂν ἐκόλαζον τοὺς ἀδίκους. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ βουλήματος αὐτῶν ὑπάρχει, τὸ κολαστέον τὸν ἄδικον εἶναι· καὶ ὁ Θεὸς κολάζει τὸν σατανᾶν, καὶ τοὺς παραβαίνοντας τοὺς ἀπὸ Θεοῦ τεθέντας νόμους· τισὶν γὰρ φαύλοις λέγει, Ὑπάγετε εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Ἴστωσαν τοίνυν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες, μαχόμενα ἑαυτοῖς λέγοντες. εἰ γὰρ κατ᾽ οὐσίαν κακὸς ἦν ὁ διάβολος καὶ ἀλλότριος τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ, δυνάμενος αὐτῷ ἰσοσθενὴς εἶναι, οὐδὲ κόλασιν ἡτοίμαζεν αὐτῷ, οὐδὲ βάλλειν αὐτὸν εἰς τὴν κόλασιν ἠδύνατο· λέγει δὲ ἡτοιμάσθαι πῦρ τῷ διαβόλῳ· καὶ τοῦτο δὲ ῥητέον, Εἰ ἄτρεπτος ὁ ἀγαθὸς Θεός ἐστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστι, καὶ ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὡς μὴ ἄλλοτε ἄλλως ἰσχύειν, καὶ ἄλλοτε ἄλλως· ἔμελλε δὲ μετὰ πολλὴν βλάβην καὶ ἀπώλειαν πολλῶν πυρὶ αἰωνίῳ παραδιδόναι τὸν σατανᾶν, διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίει, ὅτε ἐπανῆλθεν αὐτῷ, καὶ μέρος ἔλαβεν αὐτοῦ. δικαιότερον γὰρ τότε μᾶλλον τιμωρίαν ὥριζεν κατ᾽ αὐτοῦ, ὡς κατὰ μείζονος πλημμεληθέντος· νῦν μὲν γὰρ ἀνθρώπους βλάπτει, τότε κατ᾽ αὐτοὺς αὐτὴν ἔβλαψεν τὴν θεότητα, ὥσπερ καὶ φρονοῦσιν. νόμος δὲ καὶ ἀγανάκτησις δικαία ἐστὶ μᾶλλον ἢ κατὰ τῶν κατὰ Βασιλέως τολμώντων, ἢ τινῶν τῶν ὑπηκόων· εἰ γὰρ ταῦτα οὕτως φρονητέα, ἢ ἄγνοιαν προσάψουσι τῷ Θεῷ τότε, τοῦ πῶς τιμωρήσεται καὶ ἐμποδίσῃ τὸ κακὸν, ἢ ἀδυναμίαν. ἀλλ᾽ οὐδέτερον τούτων περὶ τὸν ἀγαθὸν Θεόν· οὐκ ἄρα ἀγενήτως ἐχθρὸς ἂν Θεοῦ ἐπανέβη κατ᾽ αὐτοῦ. ἀλλὰ γενόμενος ἐπὶ τῷ εἶναι ἀγαθὸς, τὴν μὲν δύναμιν τῆς ἀρετῆς ἀτελῆ ἐφύλαξεν. τὴν δὲ τῆς κακίας ἐπιτηδειότητα εἰς ἐνέργειαν ἤγαγεν, διὸ καὶ κολαστέος, καὶ εἰκότως μετὰ πολὺ τιμωρίᾳ ὑπεβλήθη.

Εἰ δὲ κἀκεῖνο προφέροιντο, τὸ λεχθὲν ὑπὸ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου τοῖς μεθ᾽ ὑποκρίσεως εἰς τὸ βάπτισμα ἐλθοῦσιν, οὕτως ἔχον· Ὄφεις, γεννήμα-

hæc Conditoris culpa ac legiſlatoris, ſed eorum, qui contra leges datas provideque diſpoſitas obnixè obſtiterunt.

Videmus in nobis ipſis hæc ſæpe accidere; qui liberos erudiamus; eo animo, ut ad ſcientiam illos provehamus; quò ipſi perinde diſciplina utantur; cùm tamen omnino ut edocti ſunt, ipſa non utantur: immò contingit aliquando, ut multi filii à parentibus in arte Medica eruditi, non ut oportet ea arte utantur; ſed potius pro ſalubribus, ea ægrotis adhibeant, quæ ipſa morbida qualitate iis exitioſa exiſtant: nec tunc accuſanda Medicina aut vocandus in crimen, qui docuit. Non enim ſic eos docuit, ut ſic iſte faceret. Facit enim, non ut facere doctus eſt. Rurſus Leges quoſdam docemus, ut juſtitiam defendant, & injuſtitiam repellant: nonnulli tamen animi pravitate Leges adeuntes, contra faciunt, ac didicerunt. Neque tamen continuò Legem aut Legiſlatorem criminamur. Si enim hi, injuſtitiæ rei eſſent, haud injuſtos punirent. Nam id quoque eorum arbitratus eſt ac ſententiæ, *Iuſta caſtigandum animadverſione, quod injuſtum eſt.* Deus item Satanam punit, & eos qui divinitus conſtitutas leges tranſgrediuntur. Quibuſdam enim pravis ait; *Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ejus.*

*Artis abuſus ac legum ipſis invitis & innoxiis.*

Matt. 25. 41

Sciant igitur qui his contradicunt, ſibi ipſis pugnantia dicere. Si enim Diabolus ſecundùm ſubſtantiam malus erat & à bono Deo alienus, ac qui pari illi robore certare poſſet, nec illi ſupplicium parare, nec in ipſum eum mittere potuiſſet. Dicit tamen, Eſſe ignem diabolo paratum. Quin hoc dicendum (Si Deus bonus immutabilis eſt (ut quidem eſt) & iiſdem ſemper fretus viribus, neque aliàs aliter, aliàs aliter valet; cùm futurum eſſet ut poſt multam noxam acceptaque ab eo damna, æterno eum igni traderet; quidni hoc à principio fecit, cùm ſe ille in ipſum extulit, & partem ipſius occupavit? Iuſtius enim tunc in eum pœnas decreviſſet, ut qui in majorem deliquiſſet. Nam nunc quidem hominibus nocet; tunc autem illorum ſententia, & ut exiſtimant, ipſi noxam intulit Deitati. Legis verò diſtrictio ac indignatio juſtior eſt, ſi quis in Regem, quàm ſi in ſubditos, injuria procax exiſtat. Si enim ſic illi de his ſentiant, aut dicturi ſunt, neſciviſſe tunc Deum, quomodo ulturus eſſet & malum impediturus, aut non potuiſſe. At neutrum horum bono Deo tribuendum eſt; non igitur nulla origine Dei inimicus, in eum ſe extulit; ſed qui factus eſſet ut bonus eſſet, facultate capeſſendæ virtutis imperfecta ac manca retenta, quod in vitium pronum erat illique idoneum, ad actum perduxit. Quamobrem dignus ſupplicio eſt, ac merito diu poſt illi eſt mancipatus.

*Inconſona Manichæorum deliria.*

*Peccatum diaboli, non ingenita malitia, ſed ſponte ſonge à creatione aſſumpta.*

Si verò illud objecerint, quod dictum eſt à Ioanne Baptiſta, his qui fictè veniebant ad baptiſmum, in hæc verba: *Serpentes; Proge-*

Math. 3. 7. Luc. 3. 7.

*nies viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ; & ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Potens eſt enim Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam porro ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Audiant iſti, Non poſſe eos objicere, quæ non recipiunt. Non enim recipiunt Ioannem Baptiſtam, qui unus ſit è veteri Teſtamento. Sic tamen illis reſpondendum eſt. Toto Ioannes contextu deſtruit, Eſſe naturâ bonos, & malos naturâ. Ait enim ad illos, *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Atqui pœnitentia ejuſque fructus non cadunt, neque in eum qui per eſſentiam malus ſit, nec qui natura bonus. Quomodo enim eget pœnitentia, qui eſt ſemper probus: aut quomodo, is, qui natura malus eſt, bono pœnitentiæ utetur? Nam qui per eſſentiam malus eſt, à peccato mutari non poteſt: ſed nec ulla utilitas eſt pœnitere de bono. Præterea, ex oſtenſis ab ipſo lapidibus ſuſcitandos ait filios Abrahæ; nempe lapides vocans ſtolidos & vecordes, ac qui adhuc in malitia permanerent. Hi enim ſi pœnituerint ac Deo crediderint, filii Abrahæ erunt; qui propterea *homo Dei* audivit, quod in Deum crediderit; adeo ut fides reputata ſit ei ad juſtitiam.

Pœnitentia eorum quibus malum à voluntate eſt.

Gen. 15. 6. Rom. 4. 3.

Sanè talia aſſerunt in prima Quæſtione. Aiunt enim, *Sed neque tanquam extra diuinam Eſſentiam ſit, eſſe illam exiſtimauimus, ſed qui eſſentialem & naturalem hanc Dei motum eſſe, vt Theologi ſentiunt, ſciamus, ex diuina Eſſentia tanquam ex iugi fonte progredi dicimus ac ſcaturire.* Manifeſtum ergo eſt, tanquam ex immobili diuina Eſſentia, eiuſcemodi motum procedere. Non enim motus quaſi ex motu extiterit. Nam & huius quoque motus quærendus ſit, & ſic in infinitum. Declarat tamen etiam in multis ſuarum lucubrationum, qui horum primus auctor ac inuentor eſt. In Oratione enim ſeu libro, cui titulum voluit, *Confutationes & abſurda*, ait, *Diuina Eſſentia manente immobili, Deitas hæc naturâ habet vt moueatur ac impartiatur.* Rurſuſque in eodem, *Haud ſanè enim Eliſabeth, Spiritus ſancti Eſſentia impleta eſt; Eſt enim hæc immobilis, & quæ nec tangi nec capi poteſt.*

Non ſolum autem in eum modum penes motum & immobilem diuinam diſcernunt Eſſentiam & Operationem, ſed etiam, vti dictum eſt, penes relationem ſeu habitudinem, & quod abſolutum eſt, peneſque imitationem & quod inimitabile eſt, hæc in omnibus palam aſſerentes, ex iis quæ Dionyſius, de aliis loquens, ipſe ritè ſanéque locutus eſt, *Quantum ſcilicet qui abſolutus ac inimitabilis eſt, imitationes præcellit ac relationes ſeu habitudines.* Abſolutum enim

& inimitabile, de Eſſentia diuina acceperunt; A relationes verò ſeu habitudines & imitationes, de increatis & naturalibus & eſſentialibus, vt vocant, in eo exiſtentibus, Dei Operationibus.

Clarius quoque etiam in quarta Quæſtione de his diſſerunt. *Mota enim*, inquiunt, *hinc etiam à ſancta Synodo quæſtione, Num quis Sanctorum increatam Deitatis gratiam dixerit; ac num etiam relatio ſeu habitudo & imitatio ſeu ſimulacrum, tum verè exiſtant, tum de increatis dicantur, allata ſunt Sanctorum auctoritates, declarantes, hæc non ſemper dici de iis, quæ creata ſunt.* Pauciſque interiectis, *Quocirca nec deificum Spiritus ſancti donum, ipſa ſcilicet Deitatis gratia, creata eſt, eo quod relatio eſt ac habitudo erga illos, qui deitate donantur.*

16. Sextus-decimus diſtinctionis modus eſt, B quod Dei Eſſentiam eminere dicunt, ac ſua Operatione ſuperiorem: Operationem verò, inferiorem illa gradum tenere. Vniuerſimque de diſtinctione penes hanc inæqualitatem, quinta dictarum Quæſtionum, quæ in Tomo habentur, aiunt, *Poſteaquam verò liquidò conſtitit, diuinam Operationem Deitatem vocari, quæſiuimus demonſtrari à Theologis, Num Deus eſſentialiter diuinę Operationi, atque his quæ eſſentialiter circa eam conſiderantur, emineat; Viſumque eſt, iſtud etiam vno Sanctorum omnium calculo prædicari.* Peculiariter autem etiam Palamas in ſua aduerſus Acindynum Epiſtola, hæc ait: *Eſt ergo Deitas, quæ inferior eſt, donumque eſt eius quæ ſit ſuperior, & quæ illa eminentior eſt: nec ſolum Deitas, ſed quæ increata Deitas ſit; ſupraque illam* C *Deitatem Deus exiſtit.* Idemque in libro aduerſus Symeonem Legum cuſtodem ac præſidem, *Niſi enim ſubmiſſa aut ſubiecta vel inferior, ſiue quid eiuſmodi Operatio dicta fuerit, non verè magnus Dionyſius, aliique eius generis Patres, eminere docent Dei Eſſentiam, ac illa ſuperiorem eſſe. Non enim eminere eſt, niſi vbi quid eminenti inferius eſt.* Quamobrem, ſi iuxta ſententiam Synodi, viſum eſt diuinam Operationem eſſe Deitatem: Hocque oſtenſo, quæſitum abundè eſt; Num Deus eſſentialiter illi emineat ſitque ea ſuperior; quod & vno omnium calculo, aiunt, prædicari; quomodo non perſpicuè, tum ex iis quæ communi conſenſu, tum quæ ſeorſim, ab eo qui iſtarum dogmatum auctor fuit, ſcripta ſunt, ipſa Deitas dicatur inferior ac minor, Deuſque eſſentialiter D eminens ac illa ſuperior? Hoc enim etiam illi quaſi liberalius admittunt, ſic abſolutè concludentes, *Siquidem Deus eſſentialiter ſua Deitate ſuperior eſt*; vt liqueat per eas auctoritates, quibus in hac parte calumnioſè vtuntur, cur diſtinctionem penes excellentiam ac ſubmiſſionem vndique commenti ſint. Hoc enim illis moribus comparatum, ne à ſeipſis loqui videantur, in quibus palam eſt eos blaſphemare; ſed cuiuſdam vetuſtiorum per calumniam adducta ſententia, eandem ipſam nudam ſubiiciunt; ea ſcilicet quæ dicta ab eis ſunt in ſuum detorquentes ſcopum, vt ſuam inde nequitiam aſtruant. Idque hîc etiam præſtare omnino conuincuntur.

A ἀμίμητον, ἐπὶ τῆς θείας Οὐσίας ἐξέλαβον· τὰς δὲ σχέσεις καὶ τὰς μιμήσεις, ἐπὶ τῶν ἀκτίστων καὶ φυσικῶν καὶ οὐσιωδῶν, ὥς φασιν, Ενεργειῶν τοῦ Θεοῦ, αὐτῷ ἐνυπαρχόντων.

Καὶ μέντοι λαμπρότερον καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν ζητημάτων περὶ τούτων διεξίασι. Ζητηθέντος γὰρ φασὶ καὶ τούτου παρὰ τῆς θείας Συνόδου, Εἴπερ εἶπέ τις τῶν Αγίων ἄκτιστον εἶναι τὴν Θέωσιν· καὶ εἴπερ ἡ σχέσις καὶ τὸ μίμημα καὶ ὑφέστη, καὶ ἐπὶ τῶν ἀκτίστων λέγεται, προσεκόμισαν ῥήσεις τῶν Αγίων, οὐκ ἀεὶ ἐπὶ τῶν κτιστῶν δηλούσας ταῦτα λέγεσθαι. καὶ μετ' ὀλίγα, Ωστε οὐδὲ ἡ θεοποιὸς δωρεὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος αὐτὴ ἡ Θέωσις, ἐστὶ κτιστὴ, διότι σχέσις ἐστὶ πρὸς τὰ θεοποιούμενα.

B Εξκαιδέκατος τρόπος διαφορᾶς ἐστὶν, ὅτι τὴν μὲν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, ὑπερκεῖσθαι φασὶ τῆς ἑαυτοῦ Ενεργείας· τὴν δὲ Ενέργειαν αὐτοῦ ὑφεῖσθαι τῆς Οὐσίας αὐτοῦ. καὶ δῆτα καθόλου περὶ τῆς κατὰ τὴν ἀνισότητα ταύτην διαφορᾶς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ῥηθέντων ζητημάτων τοῦ Τόμου φασί. Μετὰ δὲ τὸ φανῆναι τὴν θείαν Ενέργειαν Θεότητα ὀνομαζομένην, ἐζητήσαμεν ἀποδειχθῆναι παρὰ τῶν Θεολόγων, εἰ τῆς θείας Ενεργείας ταύτης, καὶ τῶν περὶ αὐτὴν οὐσιωδῶς θεωρουμένων, ὑπέρκειται κατ' οὐσίαν ὁ Θεός. καὶ ἀνεφάνη καὶ τοῦτο παρὰ πάντων κηρυττόμενον τῶν Αγίων. ἰδίως δὲ καὶ ὁ Παλαμᾶς ἐν τῇ πρὸς τὸν Ακίνδυνον αὐτοῦ Επιστολῇ, τάδε φασὶν, Εστιν ἄρα Θεότης ὑφειμένη, δῶρον οὖσα τῆς ὑπερκειμένης· καὶ οὐ Θεότης μόνον, C ἀλλὰ καὶ ἄκτιστος Θεότης· καὶ ὑπὲρ ταύτην τὴν Θεότητα ἔστιν ὁ Θεός. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸς τὸν Νομοφύλακα Συμεὼνην λόγῳ, Εἰ μὴ γὰρ ὑφειμένη ἢ ὑποκειμένη ἢ ὑποβεβηκυῖα, ἤ τι τοιοῦτον ἡ Ενέργεια λεχθείη, οὐκ ἀληθῶς ὁ μέγας Διονύσιος, καὶ ὅσοι κατ' αὐτὸν, ὑπερκειμένην εἶναι διδάσκουσι τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ· οὐ γάρ ἐστιν ὑπερκεῖσθαι, μὴ ὄντος τοῦ ὑποβεβηκότος. Ωστε εἰ κατὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς Συνόδου, Θεότης μὲν ἀνεφάνη ἡ θεία Ενέργεια. μετὰ δὲ τὸ τοῦτο δειχθῆναι, ἐζητήθη προσαποδειχθῆναι, εἰ ὑπέρκειται ταύτῃ κατ' οὐσίαν ὁ Θεός. ὃ καὶ ἀνεφάνη παρὰ πάντων, ὥς φασι, κηρυττόμενον, πῶς οὐ περιφανῶς ἔκ τε τῶν κοινῇ καὶ τῶν ἰδίως τῷ πατρὶ τῶν δογμάτων τούτων, συγγεγραμμένων, αὐτὴ μὲν D ὑφειμένη Θεότης ἂν λέγοιτο, ὑπερκείμενος δὲ ταύτης κατ' οὐσίαν ὁ Θεός. τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ προσεπιδαψιλεύονται συμπεραίνοντες οὕτως ἁπλῶς, Εἰ ὑπέρκειται κατ' οὐσίαν ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ Θεότητος, ἀναφανέντος, δι' ὧν συκοφαντοῦσιν ἐν τούτῳ τῷ μέρει ῥητῶν, τοῦ χάριν πανταχόθεν τὴν καθ' ὑπεροχὴν καὶ ἐλάττωσιν ἐμυθεύσαντο διαφοράν. ἔθος γὰρ αὐτοῖς, μὴ δι' ἑαυτῶν δοκεῖν λέγειν, ἐν οἷς ἐπίδηλοι φαίνονται βλασφημοῦντες· ἀλλά τινος τῶν παλαιτέρων συκοφαντήσαντες ῥῆσιν, αὐτὴν ταύτην ἐπιφέρειν γυμνὴν, τὰ ὑπ' ἄλλων εἰρημένα πρὸς τὸν σκοπὸν αὐτῶν βιαζόμενοι, εἰς παράστασιν τῆς ἑαυτῶν ἀνομίας. ὃ κἀνταῦθα ποιοῦντες ἐλέγχονται. ις

τὴν γὰρ τοῦ ὅτι ὑπέρκειται ὁ Θεὸς κατ' οὐσίαν τῆς ἑαυτοῦ Ἐνεργείας, Θεότητος ὀνομαζομένης κατασκευὴν γὰρ παράγοντες, ὁσαχῶς ὑπέρκειται δι' ὧν παρήγαγον δεδηλώκασι. καὶ τὸ μὲν, τάξει φασὶ, τὸ δ' ἀκολουθήσει κατ' ἀνάγκην συμβαινούσῃ, τὸ δὲ θέσει, τὸ δὲ ποσότητι.

ιζ' Καὶ γοῦν ἑπτακαιδέκατος τρόπος διαφορᾶς αὐτοῖς ἐπινενόηται περὶ τὴν τάξιν, κατὰ τὸ πρότερον καὶ τὸ δεύτερον· ὃν δὴ τρόπον διαφορᾶς, ἀπό τε τοῦ μεγάλου Βασιλείου κατασκευάζουσιν, εἰρηκότος ἐν τοῖς Ἀντιρρητικοῖς περὶ τῆς ἐν τοῖς θείοις προσώποις διακρίσεως, ἀλλ' οὐ περὶ τῆς, ὡς αὐτοί φασιν, Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας διακρίσεως, Ὅτι ἔστι τι τάξεως εἶδος, καὶ ἐπαγαγόντος, Ἐν τοῖς τοιούτοις γὰρ, πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν, δεύτερον τὸ αἰτιατόν. ἀπό τε τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, φήσαντος, Τὸ, Θεὸς, ὄνομα, δεύτερον ἐστὶ τῆς φύσεως. ἐπεὶ τοίνυν αἰτία μὲν ἐστὶν ἡ θεία Οὐσία· αἰτιατὴ δὲ, ἡ θεία Ἐνέργεια, συνάγουσιν ὅτι πρότερον μὲν ἡ θεία Οὐσία· δεύτερον δὲ, ἡ θεία Ἐνέργεια.

ιη' Ὀκτωκαιδέκατος τρόπος διαφορᾶς αὐτοῖς ἐπινενόηται, κατ' ἀναγκαίαν ἀκολούθησιν· ὅτι ἡ μὲν Θεία Οὐσία προηγεῖται, ὡς τὸ παρὰ φύσιν· ἡ δὲ θεία ἕπεται Ἐνέργεια, ὡς τὸ παρὰ γνώμην. ὅπερ ἀπὸ τῶν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου προφέρονται δεικνύναι, εἰρηκότος, κατ' ἄλλην ἔννοιαν κατὰ τῶν Ἀρειανῶν οὑτωσὶ, Εἰ τὸ βούλεσθαι περὶ τῶν μὴ ὄντων διδόασι τῷ Θεῷ, διατί τὸ ὑπερκείμενον τῆς βουλήσεως οὐκ ἐπιγινώσκουσι τοῦ Θεοῦ. καὶ πάλιν λέγοντος, Ὥσπερ ἀντίκειται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην, οὕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βούλεσθαι τὸ κατὰ φύσιν. ἐκ τούτων γὰρ τὴν ἀκολούθησιν ἀναγκαίαν εἰσάγουσιν, ὡς ἐπεὶ τῆς βουλήσεως ὑπέρκειται τὸ κατὰ φύσιν· ἡ δὲ θεία βούλησις τοῦ Θεοῦ ἐστὶν ἐνέργεια, ὑπέρκειται ἄρα καὶ τῆς θείας Ἐνεργείας τὸ κατὰ φύσιν. ἀλλ' οὕτω φησὶν ὁ Διδάσκαλος, Ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βούλεσθαι τὸ κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἀντίκειται τῇ βουλήσει τὸ παρὰ γνώμην· ὡς ἄρα λοιπὸν, τὸ κατὰ φύσιν πρὸς τὸ παρὰ γνώμην κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολούθησιν ἕψεται, καὶ ἡ θεία Ἐνέργεια τῇ θείᾳ οὐσίᾳ.

ιθ' Ἐννεακαιδέκατος τρόπος διαφορᾶς αὐτοῖς ἐφεύρηται, κατὰ θέσιν. ἡ μὲν θεία Οὐσία ἀνωτέρω τυγχάνει· ἡ δὲ θεία Ἐνέργεια, κατωτέρω. καὶ τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ μεγάλου Βασιλείου συκοφαντοῦντες βούλονται παριστᾶν, λέγοντος, Ὥστε εἴ τι νοήσεις τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, καὶ τοῦτό ἐστι τοῦ Πνεύματος κατωτέρω. ἐξ οὗ συμπεραίνοντες φασὶν, Τίνα οἰητέον εἶναι τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, ἢ δῆλον ὅτι τὰ προαιώνια. τὰ δὲ πρὸ τῶν αἰώνων, ἄκτιστα πάντα, ὧν ἀνωτέρω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ὁ θεῖος ἀνὴρ εἴρηκεν.

κ' Εἰκοστὸς τρόπος διαφορᾶς αὐτοῖς μεμυθολόγηται κατὰ ποσότητα· ὅτι ἡ μὲν θεία Οὐσία ἀπειράκις ἀπείρως ὑπέρκειται· ἡ δὲ θεία Ἐνέργεια ἀπειρά-

Deum enim eſſentialiter ſua Operatione (quæ ipſa Deitas nuncupatur) majorem illique eminere, adducta auctoritate probantes, per ea quæ adduxerunt, quot modis emineat declararunt. Atque aliud quidem, ordine vocant, aliud neceſſaria conſequentia, aliud ſitu, aliud quantitate, aliud qualitate.

Ac ſanè decimusſeptimus illis adinventus eſt diſtinctionis modus penes ordinem, ratione prioris ac poſterioris; quem utique diſtinctionis modum tum ex magno Baſilio aſtruunt, dicente in ſuis Confutationum libris, de diſcretione quæ occurrit in divinis Perſonis, non de Eſſentiæ & Operationis, ut illi exiſtimant, ipſa diſtinctione, *Aliud quoddam eſt ordinis genus*, ac ſubjungente, *In ejuſmodi enim prius, cauſam dicimus: poſterius, quod eſt ex cauſa*; tum ex magno Athanaſio, dicente, *Nomen*, D[e]us, *naturâ poſterius eſt*; Quia igitur divina quidem Eſſentia cauſa eſt; divina verò Operatio ex cauſa eſt; colligunt priorem eſſe divinam Eſſentiam; poſteriorem verò, divinam Operationem. 17.

Decimusoctavus illis adinventus eſt diſtinctionis modus, penes neceſſariam conſecutionem; quod divina quidem Eſſentia præeat, ut id quod ad naturam ſpectat; divina autem Operatio ſequatur, ut id quod ad voluntatis ſententiam. Ac probare nituntur ex verbis magni Athanaſii, dicentis (alio tamen ſenſu) adverſus Arianos, in hunc modum, *Siquidem Deo tribuunt velle, quod attinet non entia, quidni agnoſcunt & quod Dei* (divinarum ſcilicet rationum) *eſt voluntate ſuperius*? Ac rurſus dicentis, *Quemadmodum voluntati opponitur, quod eſt præter voluntatis ſententiam; ita eminet, præitque voluntati, quod ex natura eſt.* Ex his enim neceſſariam inferunt conſecutionem; Quandoquidem quod ex natura eſt, voluntati eminet, illaque ſuperius eſt; divina autem voluntas eſt Dei Operatio; fit ergo ut quod ex natura eſt etiam divinæ Operationi emineat, illaque ſuperius exiſtat. Verùm ſic ait Athanaſius, *Eminet, præitque voluntati quod ex natura eſt; haud ſecus ac voluntati opponitur, quod eſt præter voluntatis ſententiam.* Iam itaque ſecundùm eandem conſecutionem, quod eſt ex natura, ſequetur ad id quod eſt præter voluntatis ſententiam, & divina Operatio divinam Eſſentiam. 18.

Decimusnonus illis adinventus eſt diſtinctionis modus, penes ſitum. Eſſentia enim divina ſuperior eſt; divina autem Operatio, inferior. Id verò etiam ex magno Baſilio per calumniam nituntur aſtruere, dicente, *Quamobrem ſi quid ſæculis ulterius mente conceperis, illud quoque Spiritu inferius eſt.* Quo ex dicto concludentes aiunt, *Quænam verò exiſtimandum eſſe ſæculis ulteriora, præter ſcilicet anteſæcularia? Quæ autem ſæculis priora ſunt, omnia increata ſunt, quibus divinus Vir dixit Spiritum ſanctum ſuperiorem eſſe.* 19.

Vigeſimum diſtinctionis modum commenti ſunt penes quantitatem; Quod divina Eſſentia infinities infinitè ſupereemineat; divina autem Operatio infinities infinitè ſub- 20.

ſidet ac inferior exiſtat. Idque ut aſtruant A fucum faciunt, divum Maximum adducentes per calumniam, qui apertiſſime comparationem ejuſmodi de Deo ac rebus ab eo creatis protulerit; nempe Deum, infinities infinitè eminere, iis omnibus quæ participant ac participantur; quod illi, de increata, ut vocant, naturali & eſſentiali Dei Operatione acceperunt: Hincque adeò colligunt, *Siquidem divina Operatio ex illis videtur quæ participantur, quidni & ei Deus infinitè eminet?*

21. Hinc & illis quaſi corollarii loco vigeſimus primus diſtinctionis modus quæſitus eſt, penes qualitatis (ut ſic dicam) ſuperlationes & ſubmiſſiones. Quod nimirum B Dei quidem Eſſentia, ut quæ ſunt Sancta, ſuperexcedat; Operatio verò, ut quæ non ſunt Sancta, ſuperexcedatur: Quas utique qualitatis ratione excellentias ac ſubmiſſiones, ex duplici maximè magni Dionyſii ſententia ſe exiſtimant probare, omnino tamen contra Viri ſancti mentem. Atque unus locus eſt, quo Caii dubitationem ſoluit, qua ab eo quæſierat, *Quinam fiat, ut qui eſt ſuper omnia, etiam ſuper divinitatis ac bonitatis principium exiſtat?* oſtendit, quod deitatis ac bonitatis principium dicitur, ipſam eſſe, quæ ex nobis ad Deum habitudo eſt ac imitatio; quòd & nos Deum imitemur, non ille nos; quæ & illorum quæ deificantur & bonificantur, divinitatis ac bonitatis principium eſt, quatenus divinitate ac bonitate donantur. Ac velut concludens, ſubdit, *Qui eſt omnis principii ſupra quàm principium, etiam ſic dicta divinitate ac bonitate, haud ſecus ac divinitatis & bonitatis principio, ſuperior exiſtit: in quantum inimitabilis, incomprehenſuſque & abſolutus, imitationibus habitudinibuſque antecellit, iiſque quæ imitantur ac impartiuntur.* Alter locus eſt, quo explanat quonam modo dicatur *Sanctus ſanctorum, & Deus deorum, & Dominus dominorum, & Rex regum;* declaratque hæc dicendo, eam deſignari excellentiam, *ut quantum præſtant ſancta, vel dominantia, vel divina, vel regia, iis quæ non ſunt, ipſiſque participantibus ipſæ per ſe participationes, tantum omnibus ſublimior ſit, qui eſt ſuper omnia, omnibuſque participantibus & participationibus, auctor ipſe imparticipabilis, præcellat.*

Epiſt. 2. ad Caium.

De Divin. nom. c. 12.

Hinc manifeſtiſſimè inveniri dicunt ſubmiſſam divinitatem, eandemque ipſam participationem nuncupari & imitationem & habitudinem. Explanant verò omnia hæc in Fidei ſuæ Formula, ut hoc probent: Poſtquam nimirum viſum eſt, divinam Operationem divinitatem dictam increatam eſſe, quæſiiſſe demonſtrari, Num Deus eſſentialiter illa ſuperior ſit; viſumque eſſe etiam hoc, communi omnium calculo prædicari; illa omnino omnibus confirmantes, quæ dogmatum auctor in ſuo Dialogo, cui titulus *Barlaamites & Orthodoxus*, privatim conſcripſerat. Ait itaque, *Divinitate (præeterna ſcilicet videndi facultate ac Operatione) ejus, qui cuncta novit, Deus, priuſquam fiant, quam magnus Baſilius Spiritu inferiorem dixit; naturâ ve-* C D

κις ἀπείρως ὑφεῖται. καὶ τοῦτο παρ' ἑαυτῶν ἐθέλοντες, ἐπηρεάζουσι, τὸν θεῖον συκοφαντοῦντες Μάξιμον, περιφανέστατα τὴν τοιαύτην παράθεσιν ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων εἰρηκότα, ὅτι πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μεθεκτῶν, ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξήρηται. ὅπερ αὐτοὶ ἐπὶ τῆς, ὡς εἶπον, ἀκτίστου φυσικῆς καὶ οὐσιώδους Ενεργείας τοῦ Θεοῦ ἐξέλαβον. κἀντεῦθεν ἐκ τούτου συνάγουσιν, ὅτι ἐπεὶ ἡ θεία Ενέργεια τῶν μεθεκτῶν οὖσα φαίνεται, πῶς οὐ καὶ ταύτης ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξήρηται.

Εντεῦθεν καὶ ὁ εἰκοστὸς πρῶτος τῆς διαφορᾶς αὐτοῖς προσεπεποίηται, περὶ τὰς κατὰ ποιότητα ὑπερθέσεις καὶ ὑφέσεις, ὅτι ἡ μὲν Οὐσία τοῦ Θεοῦ, ὡς τὰ ὄντα ἅγια ὑπερέχει· ἡ δὲ Ενέργεια, ὡς τὰ οὐκ ὄντα ἅγια ὑπερέχεται· ἃς ὑπερθέσεις καὶ ὑφέσεις κατὰ ποιότητα, ἀπὸ δύο τινῶν μάλιστα κατασκευάζειν νομίζουσι τοῦ μεγάλου Διονυσίου ῥητῶν, καὶ τοῦτο πάντη παρὰ τὸν τοῦ ἁγίου τούτου σκοπόν. ἑνὸς μὲν ῥητοῦ, τοῦ Γαΐῳ τὴν ἀπορίαν ἐπιλύοντος, ζητοῦντι παρὰ τοῦ Διδασκάλου τούτου, Πῶς ὁ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν ἐστὶ, καὶ δεικνύντος, ἀγαθαρχίαν καὶ θεαρχίαν λέγεσθαι, τὴν ἀφ' ἡμῶν πρὸς τὸν Θεὸν σχέσιν καὶ μίμησιν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς μιμούμεθα Θεὸν, οὐχ ἡμᾶς ἐκεῖνος, ἥ τις καὶ ἀρχὴ ἐστὶ τοῦ θεοῦσθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι, τὰ θεούμενα καὶ ἀγαθυνόμενα, καθ' ὃ θεοῦνται καὶ ἀγαθύνονται· καὶ ἐπιφέροντος συμπερασματικῶς, Ο πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος, καὶ τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος καὶ ἀγαθότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ἐστὶν ἐπέκεινα, καθόσον, ὁ ἀμίμητος καὶ ἄσχετος, ὑπερέχει τῶν μιμήσεων καὶ τῶν σχέσεων, καὶ τῶν μιμουμένων καὶ τῶν μετεχόντων. ἑτέρου δὲ ῥητοῦ, διασαφοῦντος, πῶς Αγιος ἁγίων λέγεται, καὶ Θεὸς θεῶν, καὶ Κύριος κυρίων, καὶ Βασιλεὺς βασιλέων· καὶ τὴν ὑπεροχὴν ἐν τῷ ταῦτα λέγειν δηλοῦντος, ὅτι καθόσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων, τὰ ὄντα ἅγια, ἢ κύρια, ἢ θεῖα, ἢ βασιλικὰ, καὶ αὐτῶν μετεχόντων αἱ αὐτομετοχαὶ, κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυται πάντων τῶν ὄντων, ὁ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μετοχῶν, ὁ ἀμέθεκτος αἴτιος.

Εκ τούτων σαφέστατον ὑφειμένην λέγουσιν δείκνυσθαι θεότητα, καὶ μετοχὴν τὴν αὐτὴν καὶ μίμησιν καὶ σχέσιν ὀνομάζεσθαι. κατασρωννύουσι δὲ ταῦτα πάντα, ἐν τῇ τῆς ἑαυτῶν πίστεως ὁμολογίᾳ, εἰς κατασκευὴν τοῦ, ὅτι μετὰ τὸ φανῆναι τὴν θείαν Ενέργειαν θεότητα ὀνομαζομένην ἄκτιστον, ἐζήτησαν ἀποδειχθῆναι, εἰ ὑπέρκειται ταύτης κατ' οὐσίαν ὁ Θεός· καὶ ἀνεφάνη καὶ τοῦτο παρὰ πάντων κηρυττόμενον· ἐκεῖνα πάντως διὰ πάντων ἐπικυροῦντες, ἅπερ ὁ τῶν δογμάτων πατὴρ ἐν τῷ κατὰ Βαρλααμίτην καὶ Ορθόδοξον διαλόγῳ αὐτοῦ ἰδίᾳ συνεγεγράφει. λέγει γοῦν, Τῆς οὖν θεότητος, δηλαδὴ τῆς προαιωνίου θεατικῆς δυνάμεως καὶ Ενεργείας, τοῦ τὰ πάντα εἰδότος Θεοῦ πρὸ γενέσεως, ἣν κατωτέρω μὲν τοῦ Πνεύματος, ὁ μέγας εἴρηκε Βασίλειος· δευτέραν δὲ τῆς φύσεως

καί.

ὁ μέγας Ἀθανάσιος, τῆς κυρίως θεότητος προσαγορευομένης, τῆς περὶ τὴν θείαν φύσιν, οὔσης, ὡς ὁ Νύσσης ἀπεφήνατο Γρηγόριος. ταύτης οὖν ἡ Οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἡ ὑπερώνυμος, ἡ ἀνεκφώνητος, περὶ ἣν αἱ προαιώνιοι δυνάμεις εἰσὶ καὶ ἐνέργειαι, Θεότης ἀπὸ τῆς οἰκείας αὐτῆς Ἐνεργείας ὀνομαζομένη, πῶς οὐκ ἂν ὑπερκειμένη εἴη. δεῖ δὲ καὶ τὸν μέγαν Διονύσιον παραγαγεῖν· οὗτος γὰρ ἐμφανέστερον λέγει τοῦ Θεοῦ Θεότητα, καὶ τὴν μίαν ὑπερκειμένην τῆς ἑτέρας. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, Πάντως δὲ τῶν δυνάμεων τούτων οὐσῶν ὑπὲρ τὰ ὄντα· πάντων γὰρ τῶν μετεχόντων ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἐχόντων τὰ μεθεκτά· ταὐτὸ δ' εἰπεῖν αἱ μετοχαὶ καὶ δυνάμεις αὗται, οὐδέ ποτε ἤρξαντο κατὰ τὸν θεῖον Μάξιμον· καίτοι κατὰ τὸν αὐτὸν, καὶ τῶν μεθεκτῶν πάντων, ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξῄρηται. καὶ πάλιν ἐν τῷ πρὸς Ἀκίνδυνον τετάρτῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Ὑποψιθυρίσας τοίνυν, Ἀλλαχοῦ δὲ σαφέστερον ὁ θεῖος Διονύσιος, αὐτὰς μὲν τὰς δυνάμεις καὶ τὰς μετοχάς, ὑπὲρ τὰ μετέχοντα φησί. ταὐτὸν δ' εἰπεῖν, ὑπὲρ τὰ κτίσματα. πᾶν γὰρ κτιστὸν, μετοχῇ τὸ εἶναι ἔχει· τὸν δὲ Θεὸν, ὑπὲρ ταύτας τὰς δυνάμεις καὶ τὰς μετοχὰς φησὶ, γράφων, Καθόσον ὑπερέχουσι· καὶ τὰ ἑξῆς. οὐκοῦν δῆλος ἐκ τούτων ἡ πᾶσα κατασκευὴ τῆς ὑπεροχῆς τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ὑφέσεως τῆς Ἐνεργείας αὐτοῦ· ἀναφαίνεται δὲ μάλιστα καὶ ἐκτός τις τρόπος τῆς ὑπεροχῆς. (ort. [illegible]ντος.) Ὅσῳ γὰρ τὰ κτίσματα ὑφεῖται ὧν μετέχουσι μετοχῶν, τοσούτῳ καὶ αἱ μετοχαὶ αὗται τῆς Οὐσίας ὑφεῖνται τοῦ Θεοῦ. δῆλον γὰρ ἀπό τε τοῦ ῥητοῦ τῆς κατασκευῆς τούτων δογμάτων Πατρός· τοῦτο δὲ μετὰ τῆς ἀσεβείας, πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει.

κβ' Εἰκοστὸς δεύτερος τρόπος αὐτοῖς προσεξεύρηται, τῇ πρὸς τὴν κτίσιν ἀποβλέψει, Ὅτι ἡ μὲν θεία Ἐνέργεια, ἀπεργαστικὴ τῶν ἐκτὸς ἐστίν· ἡ δὲ θεία Οὐσία, οὐδενὸς ἀπεργαστικὴ τῶν ἐκτός. ὡς γὰρ ἔοικε, βουλόμενοι καθάπαξ τὴν τρισυπόστατον ἐκείνην καὶ μακαρίαν φύσιν τῶν καθ' ἡμᾶς ἐκτοπίσαι, μὴ μόνον διοικήσεων, ἀλλὰ καὶ δημιουργίας· καὶ ἀντεισάξαι τὸ φῶς ἐκεῖνο, ὅπερ οὗτοι φαντασθέντες, ὡς εἴρηται, καὶ μίαν τῶν πολλῶν Ἐνεργειῶν αὐτὸ θέμενοι, οὐ μὲν οὖν εἶναι τοῦτο τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἔφασαν, ἀλλὰ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐνέργειαν, ἀφθονώτερον καὶ ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν κτίσιν δράσεως τὰς διαφορὰς ἐπιλογίζοντες τῆς θείας Οὐσίας καὶ τῆς θείας Ἐνεργείας· καὶ τὴν μὲν Ἐνέργειαν (ἴσον δ' εἰπεῖν ἐκεῖνο τὸ φῶς) δημιουργὸν αἰτίαν καὶ ποιητικὴν πάσης δογματίζουσι κτίσεως· τὴν δὲ θείαν Οὐσίαν, οὐκοῦν δι' ἑαυτῆς οὐτινοσοῦν αἰτίαν τῶν ἐν τῇ κτίσει πιστεύουσι. καὶ φασὶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ζητημάτων, Τὸ μὲν ἐκ Θεοῦ, κἀπὶ τῶν κτισμάτων εἴρηται· τὸ δ' ἐκ τῆς Οὐσίας, ἐπ' οὐδενὸς εἴρηται πώποτε τῶν κτισμάτων· μᾶλλον μὲν οὖν ἀπείρηται τοῦτο παντελῶς τοῖς Ἁγίοις. ὁ δὲ τῶν αἱρέσεων πατὴρ, ἐν τῷ κατὰ Θεοφάνην καὶ Θεότιμον Διαλόγῳ, Οὐ μὲν οὖν φησὶν ἀπεργαστικὴν τινὸς τῶν

*rò poſteriorem magnus Athanaſius ; eâ quæ verè divinitas appellatur, quæ circa divinam naturam eſt, ut Gregorius Nyſſenus aſſeruit ; hac nimirum Dei Eſſentia, quæ omne nomen ſuperat, quæ nulla proferri voce poteſt, circa quam præaternæ ſemper Virtutes ſunt ac Operationes, quæ ipſa Divinitas à propria ſua Operatione nominetur, quomodo non ſuperior exiſtat ? Sed & magnus Dionyſius in medium adducendus eſt. Hic enim apertius Dei Divinitatem dicit, unam alteri præcellentem. Rurſuſque in eodem Dialogo, Omnino verò cum hæ virtutes ſint rebus ſuperiores (omnia enim quæ participant, ex illis quæ participabilia ſunt, ortus ſui habent originem) idemque eſt ac ſi dicamus, hæ participationes atque virtutes, nunquam cœperunt, ut auctor eſt D. Maximus ; tametſi juxta eundem, Deus, etiam iis omnibus quæ participabilia ſunt, infinities infinitè emineat.* Rurſuſque libro quarto adverſus Acindynum, cujus initium eſt, *Suſurrans igitur, Alio autem loco clarius D. Dionyſius, ipſas quidem virtutes ac participationes, illis quæ participant ſuperiores dicit : Idem verò eſt ac ſi dicat rebus creatis. Quicquid enim creatum eſt, participatione (ac quaſi precariò) eſſe habet: Deum verò, hiſce virtutibus ac participationibus ſuperiorem dicit, dum ita ſcribit*, Quantum præcellunt, &c. Ex his igitur liquidò patet ſtrues omnis ac probatio excellentiæ Eſſentiæ divinæ, ac demiſſionis illius Operationis ; elucetque maximè exterior quidam præcellentiæ modus. Quantum enim creata inferiora ſunt iis participationibus, quas participant, tantum quoque hæ participationes inferiores ſunt Dei Eſſentia. Liquet enim ex illa auctoritate, qua eſt uſus ad probandum horum dogmatum Auctor. Hoc verò præter impietatem, ingentis plenum dementiæ eſt.

Præter hos verò, vigeſimus ſecundus illis modus adinventus eſt, per reſpectum ad creaturam ; Quod nimirum divina Operatio, eorum quæ extra ſunt, effectrix ſit ; divina autem Eſſentia nullius eorum quæ ſunt extra, ſit effectrix. Nam ut videtur, cùm omnino illis conſtitutum eſſet, ut trinè ſubſiſtentem ac beatam illam naturam, nedum ab humanarum rerum gubernatione, ſed & à creatione, proſcriberent ; ejuſque loco Lucem illam, quam ipſi commenti ſunt, uti dictum eſt, inducerent, ac cùm illam, unam è multis illis Operationibus ſtatuerent ; noluerunt eam Dei Eſſentiam dicere ; ſed Dei Operationem ; uberius quoque ex efficacia erga creaturas, diſtinctionum momenta divinæ Eſſentiæ divinæque Operationis, concludentes. Ac quidem Operationem (perinde autem dicatur Lucem illam) effectricem cauſam ac creatricem omnium creatorum docent ; divinam verò Eſſentiam, nullius prorſus eorum quæ ſunt in creatura, ipſam per ſe auctorem eſſe credunt. Aiuntque in prima Quæſtione, *Ex Deo quidem de creatis quoque dictum eſt ; de Eſſentia autem, de nulla unquam dictum eſt creatura : quinimmo id prorſus à Sanctis vetitum eſt.* Hæreſeωn verò Auctor ac Parens in ſuo, *Theophanes & Theotimus*, Dialogo, *Non verò*, inquit, *ullius rei extra effectricem divinam Eſſentiam.* Hæc verò 22

dum dicunt, quicquid fabuloſum ac portentoſum fingi animo poteſt, excelſerunt. Quam enim tantis à divina Eſſentia differre dixerunt, uti oſtenſum eſt, divinam Operationem, hanc ipſam unamque rurſus rerum hanc univerſitatem priùs condidiſſe, ac poſtea conſervare, aſſeverant. Conſentaneè igitur huic argumento, etiam ſequentes diſtinctionis modos contexunt.

23 Vnde vigeſimus tertius modus eſt, Quod
Operatio quidem, creatis rebus propinquat;
24 divina verò Eſſentia inacceſſa eſt. Vigeſimus
quartus, quod divina quidem Operatio, ſi
accipiatur, hæc incolumia præſtat; divina ve-
25 rò Eſſentia, priuſquam accepta fuerit, eadem
conſumit. Vigeſimus quintus, quod Opera-
tio illis commixta, non confunditur; Eſſen-
26 tia verò ſi commercium ullum ineat, confu-
ſionem patietur. Vigeſimus ſextus, quod
Operatio quidem inferius ad creaturam ve-
nit, ab eaque participatur & impartitur, &
ſanctificat ac illuminat, inſidetque, & eos
qui ſunt digni, deificat; Eſſentia verò ejuſ-
modi eſt quæ non prodeat, ac incommuni-
cabilis manet, nec prorſus in creatis habitat,
27 aut illuminat, vel inſidet, aut illa ſanctificat.
Decimus ſeptimus, quod Operatio quidem eſt
propriè Deitas, & vita & ſapientia & virtus;
Eſſentia verò ipſa per ſeipſam non eſt deitas,
28 neque vita neque ſapientia neque virtus. Vig.
oct. quod Operatio omnium hæreditas eſt, fi-
niſque deſiderabilium; Eſſentia verò, nec cu-
juſcûque hæreditas eſt, nec beatitudinis finis.

In hunc modum inacceſſam omni creaturæ dicunt divinam Eſſentiam, & intactam & incomprehenſam, & quæ non prodeat ſitque incommunicabilis, non ut inde ejus excellentiæ magnitudinem efferant (bene enim eſſet hæc illi magnificè exque decoro tribuere, iuxta ſanctorum Doctorum de Deo doctrinam) ſed hoc enitentes, ut eo prætextu, ut videtur, quàm procul ab humanis eam rebus proſcribant. Majorique temeritate ac audacia, ſi à nobis participetur, duorum alterum neceſſariò illi eventurum aſſerunt. *Aut enim*, aiunt, *naturam conſumet priuſquam accipiatur; vel ſi illius hæc particeps facta fuerit, confuſionem utique patiatur.* Sic cultis illis ac magnificis verbis inſtructo adverſus Eſſentiam divinam mendacio, obque excellentem ejus terrorem ac majeſtatem ab humanis eam rebus ſubmoventes, palam jam ac fiducia Lumen illud inducunt, illudque ipſum divinam Operationem eſſe aſſerunt, atque eam ponunt quæ inferius ad creaturam veniat, & ab omnibus participetur placidè ſimul ac benignè, eoſque qui ſunt digni, deificet ac ſanctificet, inſideatque atque conſervet; quæ videlicet omnia fiat, ut ſalutem & incolumitatem univerſis præſtet.

Cæterum, quod divinam Eſſentiam, ejuſmodi ſentiant, quæ nec adiri poſſit, ac ea quæ adeant, conſumat, ſequentia confirmant. Poſt Quæſtiones enim circa finem Confeſſionis ſuæ, volentes hoc crimen ſubtegere, ſic aiunt, *Dei quoque Eſſentiam, idcirco quod Sancti inacceſſam eam dicant & imparticipabilem,*

A ἐκτὸς τὴν θείαν τυγχάνειν Οὐσίαν. ταῦτα δὲ λέγοντες, πᾶσαν δραματουργίαν παρεληλύθασιν. ἣν γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ διαφέρειν ἔφασαν, ὡς δεδήλωται, θείαν Ἐνέργειαν, ταύτην καὶ μόνην αὖθις διατείνονται, δημιουργήσασαν τὸ πᾶν πρότερον, καὶ συνέχουσαν ὕστερον. ἐκεῖνοι ἀκολούθως τῇ ὑποθέσει ταύτῃ, καὶ τοὺς ἐφεξῆς συμπλέκουσι τῆς διαφορᾶς τρόπους.

Ὅθεν εἰκοστὸς τρίτος ἐστὶν, Ὅτι ἡ μὲν Ἐνέργεια κγ′
προσπελάζει τοῖς κτίσμασιν· ἡ δὲ θεία Οὐσία,
ἀπροσπέλαστός ἐστιν. εἰκοστὸς τέταρτος, Ὅτι ἡ κδ′
μὲν θεία Ἐνέργεια σώζει ταῦτα, λαμβανομένη·
ἡ δὲ θεία Οὐσία, ἐξαναλίσκει ταῦτα, πρὶν
ληφθῇ. εἰκοστὸς πέμπτος, Ὅτι ἡ μὲν ἀναμιγνυ-
μένη τούτοις, οὐ φύρεται· ἡ δ᾽ εἰ μεταληφθείη, κε′
φυρμὸν πείσεται. εἰκοστὸς ἕκτος, Ὅτι ἡ μὲν φοι- κϛ′
B τᾷ κάτω πρὸς τὴν κτίσιν, καὶ μετέχεται ὑπ᾽ αὐ-
τῆς καὶ μεταδίδοται καὶ ἁγιάζει καὶ φωτίζει καὶ
ἐνιδρύεται καὶ θεοῖ τοὺς ἀξίους· ἡ δ᾽ ἀνεκφοίτητος
καὶ ἀμετάδοτος μένει, μηδόλως κατοικοῦσα ἐν
τοῖς κτίσμασι, μὴ δὲ φωτίζουσα, μὴ δὲ ἐνιδρύ-
ουσα, μὴ δὲ θεοῦσα ταῦτα. εἰκοστὸς ἕβδομος,
Ὅτι ἡ μὲν Ἐνέργεια κυρίως ἐστὶ θεότης καὶ ζωὴ κζ′
καὶ σοφία καὶ δύναμις· ἡ δ᾽ Οὐσία, οὐκ ἔστι δι᾽ ἑαυ-
τῆς θεότης, οὐδὲ ζωὴ οὐδὲ σοφία οὐδὲ δύναμις.
εἰκοστὸς ὄγδοος, Ὅτι ἡ μὲν Ἐνέργεια ἐστὶν ἡ πάν- κη′
των κληρονομία, καὶ τὸ τέλος τῶν ἐφετῶν. ἡ δὲ
Οὐσία οὔτε κληρονομία ἐστὶν οὑτινοσοῦν, οὔτε
μακαριότητος τέλος.

Οὕτως ἀπροσπέλαστον ἁπάσῃ τῇ κτίσει τὴν θείαν Οὐσίαν φασὶ, καὶ ἀναφῆ καὶ ἀχώρητον καὶ ἀνεκφοίτητον καὶ ἀμετάδοτον, οὐ τὸ μέγα τῆς C ὑπεροχῆς ἐντεῦθεν αὐτῇ καταγγέλλοντες· καλῶς γὰρ ἂν εἶχεν αὐτῇ ταῦτα σεμνῶς ἀποδιδόμενα, κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν Διδασκάλων θεολογίαν, ἀλλὰ τῇ προφάσει ταύτῃ, ὡς ἔοικε, τῶν δὲ μακρότερον αὐτὴν ἀπελαύνειν φιλοτιμούμενοι. θαῤῥαλεώτερον δὲ καὶ δυοῖν θάτερον, εἰ μεταληφθείη παρ᾽ ἡμῶν, πείσεσθαι προσαναγκάζουσιν· Ἢ γὰρ φασὶν ἐξαναλώσει τὴν φύσιν, πρὶν ἂν ληφθῇ, ἢ φυρμὸν ἂν, ταύτης μετασχοῦσα, πάθοι. οὕτω διὰ τῶν σεμνῶν τούτων τῆς θείας Οὐσίας καταψευσάμενοι, καὶ δι᾽ ὑπερβολὴν δῆθεν τοῦ τ᾽ αὐτὴν φοβερὰν εἶναι, τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἀποστήσαντες, μετὰ παῤῥησίας τὸ φῶς ἐκεῖνο παρεισάγουσι, τὴν δὲ θείαν Ἐνέργειαν τοῦ τ᾽ αὐτὸ τυγ- D χάνειν καλέσαντες, καὶ ταύτην εἶναι τιθέντες τὴν φοιτῶσαν κάτω πρὸς τὴν κτίσιν, καὶ μετεχομένην ὑπὸ πάντων, ἡμέρως ὁμοῦ καὶ φιλανθρώπως· καὶ θεοῦσαν τοὺς ἀξίους, καὶ ἁγιάζουσαν καὶ ἐνιδρύουσαν καὶ συνέχουσαν, τὰ πάντα γινομένην, διὰ τὴν πάντων σωτηρίαν.

Ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπροσπέλαστον καὶ ἀναλωτικὴν εἶναι νομίζειν αὐτὴν τὴν θείαν Οὐσίαν, τὰ ἑπόμενα παριστᾷ. μετὰ γὰρ τὰ ζητήματα, πρὸς τῷ τέλει τῆς ἑαυτῶν πίστεως, τὸ ἔγκλημα τοῦτο δῆθεν συσκιάσαι βουλόμενοι, φασί. Καὶ τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ παρὰ τῶν Ἁγίων εἰρῆσθαι

ταύτην ἀπερατέλαστον καὶ ἀμέθεκτον, φθαρτικὴν εἶναι νομίζειν, τοὺς οὕτω περὶ ταύτης φρονοῦντας, ὢ τόλμης, ἀσεβεῖς ἀπεφήναντο· καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ πρὸς Μωσῆν εἰρηκότος, Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου καὶ ζήσεται. ἐκεῖνοι δὲ ὧν δοκοῦσιν ἀποσείεσθαι τὸ φθαρτικὴν εἶναι νομίζειν τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, διὰ τῶν αὐτῶν τούτων λανθάνουσι, τὸ φθαρτικὸν αὐτὴν εἶναι νομίζειν, κατασκευάζοντες. τί γὰρ ἕτερον αὐτοῖς ἡ ἐργασία βούλεται αὕτη, καὶ ταῦτα τοῦ Θεοῦ πρὸς Μωσῆν εἰρηκότος, Οὐδεὶς ὄψεται τὸ πρόσωπόν μου, καὶ ζήσεται. εἰ γὰρ ἀληθῶς τὸ φθαρτικὴν εἶναι ταύτην ἀπεσείοντο, ῥητοῦ τινὸς ἂν ἐμέμνηντο, τοῦ ζωοποιεῖν καὶ συνιστᾶν τὰ καθ᾽ ἡμᾶς μαρτυροῦντος τὸν Θεὸν, καὶ οὐχὶ τοῦ δοκοῦντος ἐναντίον. σαφέστερον δὲ ὅμως τὴν τοιαύτην δεδήλωκεν ἔννοιαν ὁ ταῦτα τὴν ἀρχὴν ἀνευρηκώς. ἐν γὰρ τῷ πρὸς Ακίνδυνον πέμπτῳ λόγῳ αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Αλλὰ τίς ἂν δύναιτο μεταπεῖσαι. Αὕτη τοίνυν φησὶ καθ᾽ αὐτὴν ἡ θεία μετεχομένη φύσις, ἢ φυρμὸν πείσεται, ἢ τὴν παθητὴν ἐξαναλώσασα φθάσει φύσιν πρὶν ἂν ληφθῇ. τὸ δὲ ἐξαναλίσκειν τὴν ἐπίκηρον ταύτην φύσιν φάσκειν, τίνος ἑτέρου ἢ τοῦ φθείροντος θετέον. εἰ καὶ πῦρ καταναλίσκον ὁ Θεὸς γέγραπται, ἀλλὰ πᾶσαν μοχθηρίαν, καὶ οὐχὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν. μᾶλλον μὲν οὖν, διὰ τὸ σώζειν αἱρεῖσθαι ταύτην, τὴν κακίαν φθείρειν πιστεύεται.

Εκ δὲ τούτων πολλά τε ἄλλα, καὶ δὴ καὶ οὐ μικρὸν ἄτοπον περὶ τὴν σάρκωσιν τοῦ Θεοῦ Λόγου συνάγεται. ἐπεὶ γὰρ ἡ μακαρία καὶ ἀειπάρθενος Θεοτόκος ἐκ τῶν ἑαυτῆς πανάγνων καὶ παρθενικῶν αἱμάτων δανεισαμένη τῷ Θεῷ Λόγῳ σάρκα, καὶ συλλαβοῦσα καὶ βαστάσασα καὶ τεξαμένη αὐτὸν τὸν Θεάνθρωπον Λόγον, οὐκ ἀνήλωται οὐδ᾽ ἔφθαρται, ὅσον κατ᾽ αὐτοὺς, οὐκ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τοῦ Θεοῦ συνείληφε Λόγον, ἀλλὰ τὴν ἀνυπόστατον Ενέργειαν. ἔτι δὲ περὶ τῆς ἐκ τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ Σωτῆρος μεταβολῆς, οὐ μικρὰ οὐδ᾽ ὀλίγα τὰ ἄτοπα κατ᾽ αὐτοὺς ἀνακύπτει.

Τῶν δ᾽ ἄλλων ἀντιθέσεων, ὁ τῶν δογμάτων πάτηρ, ἐν τετάρτῳ τῶν πρὸς Ακίνδυνον, οὗ ἡ ἀρχὴ, Υποψιθυρείσας τοίνυν τὴν εἰς τὸ μέγα φῶς βλασφημίαν, μέμνηται, καὶ φησί. Καὶ ὡς ἀμεθέκτου καὶ ἀμεταδότου καὶ ἀνεκφοιτήτου μενούσης τῆς θείας Οὐσίας αὐτοῦ, τοῦ φωτὸς δηλαδὴ, μετεχομένου καὶ φοιτῶντος κάτω πρὸς τὴν κτίσιν, τουτέστιν ἐπιφαινομένου τοῖς ἀξίοις, καὶ θεοῦντος αὐτούς. Ο δ᾽ εἰς Πατριάρχην τελέσας αὐτοῖς τρίτον, Φιλόθεος ἐστὶ, ὃν καὶ τῷ καταλόγῳ τῶν Αγίων συνέταξαν, διὰ τὸν ὑπὲρ τῶν δογμάτων τούτων ἀγῶνα, τἄλλα πολλῶν θανάτων γενόμενον ἄξιον, ἐν λόγῳ ὃν ἐπιγράφει, Οτι οὐδεμία τῶν θείων Ενεργειῶν κτιστὴ καθάπερ ἐκεῖνοι λέγουσι, φησὶ, Ποῖος βάσκανος δαίμων τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τολμηρῶς ἐπεισήγαγεν, ὅτι αὐτὴ ἡ Οὐσία τοῦ Θεοῦ κατοι-

ρεσχελία

*ejuſmodi exiſtimare quæ corrumpendi vim habeat, eos qui ita ſentiant ( ô audaciam ac temeritatem! ) impios aſſeveravere ; idque adeò cum Deus Moſi locutus ſit*, Nemo videbit faciem meam, & vivet. Proinde quibus videntur depellere, ne Dei Eſſentia exiſtimetur, corruptionem ac interitum afferre, iiſdem ipſis imprudentes, hanc illius vim prorſus æſtimandam probant. Quid enim aliud hæc eis vult ludificatio, *Idque adeò cùm Deus Moſi locutus ſit*, Nemo videbit faciem meam, & vivet. Si enimverò hoc amoliebantur, eſſe eam quæ corruptionem ac interitum afferat, alicujus loci meminiſſent, quo Deus quæ noſtra ſunt vivificare ac conſtare perhibetur, non ejus quo oppoſitum confici videatur. Clarius verò qui à principio hæc adinvenit. Quinto enim libro adverſus Acyndynum, cujus initium eſt, *Verùm quis poſſit contrariam mentem ſuadere. Hæc igitur*, inquit, *divina natura, ipſa ſecundùm ſe ſi participetur, aut confuſionem patietur, ut naturam quæ vim patiendi habet, prius conſumet, quàm fuerit aſſumpta.* Quod autem dicatur, Mortalem hanc naturam conſumere, cuinam alii, quàm ei quod corrumpit ac interitum facit, tribuatur? Quanquam enim *Deus ignis conſumens*, Scripturæ verbis dictus eſt; id tamen quod omnem conſumat pravitatem, non verò quod humanam naturã. Quinimmo, idcirco quod illi propoſitum eſt, ut ſalutem ei præſtet, malitiam credimus vitiumque abolere ac corrumpere.

Exod. 33. 20.

Deut. 4. 24

Ex his verò, cùm alia multa, tum etiam non leve abſurdum colligitur, quod attinet ad Dei verbi Incarnationem. Quia enim beata ſemperque virgo Dei Genitrix, ex caſtiſſimis ac virginalibus ſui ſanguinis rivulis Deo Verbo carnem commodavit, concepitque & geſtavit, ac enixa eſt ipſum Deum-hominem Verbum, nec inde conſumpta aut corrupta eſt; in eorum ſententia, non ipſummet Dei Verbum concepit, ſed quæ ipſa non verè exiſtit, aut ſubſtantiam habet, Operationem ſuſtulit. Præterea verò, ex tranſmutatione panis & vini in Salvatoris Corpus & Sanguinem, emergunt adverſus illos abſurda, nec ipſa exigua nec pauca.

Abſurdum ex Palamitarum opinione, Verbum non verè incarnatum eſſe.

Alias oppoſitiones refert ipſe dogmatum auctor ac parens, libro quarto adverſus Acindynum, cujus principium eſt, *Suſurrans igitur, quæ eſt in magnum illud Lumen, blaſphemiam*, aitque, *Velut quæ imparticipabilis ac incommunicabilis, nec ipſa à ſe excedens maneat, divina ejus Eſſentia, cùm nimirum Lumen participetur, & ad creaturam inferius exeat; hoc eſt, iis qui digni ſunt, ſe conſpicuum faciat eoſque deitate imbuat.* Qui verò tertius retrò illis Patriarcha Philotheus ille fuit ( quem & in Sanctorum album adſcripſerunt, eo ſcilicet nomine quod eam ſtrenuè doctrinam propugnaſſet, ſceleratum aliàs caput multiſque mortibus dignum ) in libro quem hoc titulo prænotavit, *Nullam divinarum Operationum creatam eſſe, quemadmodum illi aiunt*, inquit, *Quiſnam invidus dæmon procaci audacia Eccleſiæ Dei invexit, ipſam Dei Eſſentiam in hominibus inhabitantem, ex-*

Philotheus Patriarcha ſuis inter Sanctos latus, homo ſceleratus.

*piandos expiare; atque eos qui illuminantur, illuſtrare; eos denique qui profano aliquo æſtu ab honeſti rectique tramite deflexerint, reducere; prorſuſque in rebus creatis inhabitantem hoc operari, quod à vobis audimus (ac utinam ne eſſet quidem!) tenebroſum verè dæmonum inventum?*

Cùm itaque omnia tribuant Operationi, conſequenter etiam verè eam ac propriè divinitatem vocant, vitamque & ſapientiam ac reliqua abſolutè: illiuſque ratione, divinam quoque Eſſentiam hæc eſſe ac nuncupari, exiſtimant. Nam in Tomo poſt Quæſtiones ait Synodus, *Quomodo igitur æquum eſt, naturalem & communem Deitatis trinè ſubſiſtentis Virtutem perimere, ob quam ipſe Filius ac Spiritus à Theologis Virtus laudati ſunt?* Is quoque qui illorum primus Patriarcha fuit, nempe Iſidorus, ait, *Tuam verè ac propriè Deitatem, Operationem dicimus; haud rarò verò deſiderio atque amore, etiam naturam. Quod igitur illæ tibi communes ſunt, uniuſque Deitatis Trias eſt, increatum Te canimus, utramvis aliquis dicat.* Hoc verò Eccleſiæ Canticis ſeu modulis, divinus hic Vir coaptavit. Non ſolum enim quibus crediderunt, hæc ſe ſentire ſcripto conſignarunt; ſed & quibus in Eccleſia Canticis celebrandum ſanxerunt. Ante hunc verò, horum anteſignanus ac parens, in Libro, cujus initium eſt, *Spiritu afflante dictatas ſecuti Patrum ſententias*, ait, *Deitas, etiam Dei natura nuncupatur: verius autem magiſque propriè, Operatio.*

Hoc ex principio, multarum quoque Divinitatum ac Operationum turbam liberaliter admittunt; partim quidem, ex iis quæ ante Quæſtiones, quaſi nimirum objectis ſatisfaciendo, affirmarunt. Nam cùm dixiſſent, *Sed & quibus accuſabant Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, velut qui multas Deitates dicat*, non adjecerunt, ipſum non dicere; ſed potius ut dicere aſtruerent, verbis ſequentibus uſi ſunt, dicentes, *Idcirco nimirum, quod divinas omnes ac communes trium Hypoſtaſeωn (ſeu Perſonarum) Virtutes & Operationes aſſerit increatas eſſe.* Quamobrem, non hoc ſuſtulerunt, Dicere illum plures deitates; ſed magis eſſe illas increatas, hiſce probaverunt. Partim verò, ex iis quæ ſeorſim talium dogmatum magiſter ac anteſignanus, in ſuo *Barlaamites & Orthodoxus Dialogo*, conſcripſit. Nam cùm dixiſſet, *Vna eſt trium Perſonarum divinitas, id eſt, Natura & Eſſentia, eſſentia omni ſuperior, ſimplex, inviſibilis, imparticipabilis, nulla mentis vi ullo modo cogitabilis*, ſubjunxit, *Quas verò Sancti alias dicunt Deitates, ſive unam, ſive duas, ſive plures*, aliaque adſtruens; ad declarandum eſſe plures Deitates, Quod ſi, *Non de vocibus illi ſermo eſt*, uti dixit, *ſed de dogmatis deque rebus certamen habet*, quomodo non & has Deitates res exiſtere, rectè quis dicat? Nam & illi, per ea quæ fatentur, iſtud affirmant. In Epiſtola autem ad Epiſcopum Cyzicenum, cujus initium eſt, *Scire Te volo*, ait, quòd *Multiplicationem Deus non patitur, tametſi quis per eum modum duas aut plures Deitates dicat.* Sexentaque alia

κοῦσα ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τοὺς καθαιρομένους καθαίρει, καὶ τοὺς φωτιζομένους λαμπρύνει, καὶ τοὺς κατά τινα στάλον ἀνίερον τοῦ καλοῦ παρατραπέντας, ἐπανάγει· καὶ τοῖς κτίσμασιν ὅλως ἐνοικοῦσα ἐργάζεται, τοῦθ᾽ ὅπερ παρ᾽ ὑμῶν ἀκούομεν· ὡς μὴ ὤφελε, δαιμόνων ὡς ἀληθῶς εὕρεμα σκοτεινόν.

Αὐτῇ τοίνυν τῇ Ἐνεργείᾳ τὸ πᾶν ἀπονέμοντες, ἀκολούθως καὶ θεότητα κυρίως ἀποκαλοῦσι, καὶ ζωὴν καὶ σοφίαν, καὶ τ᾽ ἄλλα ἀπολελυμένως· καὶ δι᾽ αὐτὴν καὶ τὴν θείαν Οὐσίαν ταῦτα εἶναι καὶ λέγεσθαι, πιστεύουσιν. ἐν γὰρ τῷ Τόμῳ μετὰ τὰ ζητήματα φασὶν ἡ Σύνοδος. Πῶς οὖν δίκαιον ἀναιρεῖν τὴν φυσικὴν καὶ κοινὴν τῆς τρισυποστάτου Θεότητος Δύναμιν, δι᾽ ἣν καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα Δύναμις παρὰ τῶν Θεολόγων ὑμνεῖται. καὶ ὁ πρῶτος τούτοις εἰς πατριαρχὴν τελέσας, Ἰσίδωρος οὗτος, Τὴν, φησί, Φαμέν σου Θεότητα κυρίως, τὴν Ἐνέργειαν· πόθῳ δὲ πολλάκις, καὶ τὴν φύσιν. αὗται οὖν ἐπεί σοι κοιναὶ τυγχάνουσι, καὶ μιᾶς Θεότητος Τριάς, ᾄδομεν ἄκτιστόν σε, ὁποτέραν ἂν εἴποι τις. τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ᾄσμασι συνήρμοσεν, ὁ θεοείκελος οὗτος ἀνήρ. οὐ γὰρ μόνον οἷς ἐπίστευσαν, ταῦτα φρονεῖν συνεγράψαντο, ἀλλὰ καὶ οἷς ἐπ᾽ Ἐκκλησίας ᾄδειν ἐνομοθέτησαν. περὶ τούτου δὲ ὁ τούτων πατήρ, ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Ταῖς πνευματοκινήτοις τῶν Πατέρων ἑπόμενοι ψήφοις, φησί, Θεότης, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ Φύσις ὀνομάζεται· κυριωτέρως δέ, ἡ Ἐνέργεια.

Αὐτόθεν ὡρμημένοι, καὶ τὸ πλῆθος ἐπιδαψιλεύονται τῶν πολλῶν Θεοτήτων καὶ Ἐνεργειῶν. τοῦτο μὲν ἀφ᾽ ὧν περὶ τῶν ζητημάτων εἰς ἀπολογίαν δῆθεν συνεστήσαντο. εἰπόντες γάρ, Ἀλλὰ καὶ δι᾽ ὧν κατηγόρουν τοῦ Θεσσαλονίκης, ὡς πολλὰς λέγοντος Θεότητας, οὐκ ἐπήγαγον, Ὅτι οὐ λέγει· ἀλλ᾽ εἰς κατασκευὴν μᾶλλον τοῦ λέγειν, τῷ ἑξῆς ἐχρήσαντο, λέγοντες, Ἐπειδήπερ πάσας τὰς θείας καὶ κοινὰς τῶν τριῶν Ὑποστάσεων Δυνάμεις τε καὶ Ἐνεργείας ἀκτίστους εἶναι διατείνεται. ὥστε οὐ τὸ πολλὰς Θεότητας λέγειν, ἀνεῖλον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀκτίστους εἶναι ταύτας διὰ τούτων κατεσκεύασαν. τοῦτο δέ, ἀφ᾽ ὧν ἰδίᾳ ὁ τῶν τοιούτων δογμάτων καθηγητὴς ἐν τῷ κατὰ Βαρλααμίτην καὶ Ὀρθόδοξον Διαλόγῳ συνεγέγραφε. εἰρηκὼς γάρ, Μία τῶν τριῶν ἐστὶν Ὑποστάσεων θεότης, ἤτοι φύσις καὶ Οὐσία ὑπερούσιος, ἁπλῆ, ἀόρατος, ἀμέθεκτος, παντάπασιν ἀπερινόητος, ἐπήγαγεν, Αἱ δ᾽ ἄλλαι παρὰ τῶν ἁγίων λεγόμεναι Θεότητες, εἴτε μία, εἴτε δύο, εἴτε πλείους, καὶ τ᾽ ἄλλα πρὸς σαφήνειαν κατασκευαζόμενος, τοῦ πολλὰς εἶναι Θεότητας. εἰ δ᾽ οὐ περὶ λέξεων ὁ λόγος αὐτῷ, ὡς εἴρηκεν, περὶ δὲ δογμάτων καὶ πραγμάτων τὸν ἀγῶνα ποιεῖται, πῶς οὐ καὶ πράγματα τὰς Θεότητας ταύτας τυγχάνειν ὀρθῶς ἄν τις εἴποι· τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοί, δι᾽ ὧν ὁμολογοῦσι, παριστῶσιν. ἐν δὲ τῇ πρὸς τὸν Κυζίκου ἐπιστολῇ, ἧς ἡ ἀρχή, Εἰδέναι σε βούλομαι, φησί, Πολλαπλασιασμὸν ὁ Θεὸς οὐ πάσχει, κἂν δύο

Iſidorus Palamitarum primus Patriarcha CPli.

ἢ πλείους λέγῃ τις οὕτω Θεότητας. καὶ μυρία δ᾽ ἄν τις τοιαῦτα λάβοι ἀπὸ τῶν ἑαυτῶν συγγραμμάτων, ταύτην οὕτω περὶ τοῦ πλήθους τῶν θεοτήτων, μαρτυροῦντα δόξαν.

A deſumere liceat ex eorum libris ac ſcriptis, unde ſic eam ipſorum de multitudine turbaque Deitatum, opinionem eſſe liqueat.

Δοκοῦσιν δὲ ἐπὶ ταύτην ἐλάσαι τὴν θρησκείαν, ἀπὸ τοῦ μὴ νομίζειν, κατὰ μίαν Δύναμιν, τὸν Θεὸν αὐτὸν δι᾽ ἑαυτοῦ τὰ πάντα δύνασθαι παράγειν, καὶ τῇ αὐτῇ διοικεῖν καὶ σώζειν, δι᾽ ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν, ἀλλὰ ταύτῃ μὲν, τόδε, καὶ δι᾽ ἄλλης ἄλλο, καὶ δι᾽ ἐξ ἐκείνης ἐκεῖνο. ὁ γὰρ εἰς Πατριάρχην αὐτοῖς τελέσας, ὡς εἴρηται, τρίτος, ἐν οἷς ἐξέθετο κεφαλαίοις, ἐν ὀγδόῳ τούτων φησὶ, Τὰ ὀνόματα τὰ ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενα καὶ γραφόμενα, εἰσὶν ὀνόματα τῶν θείων Ενεργειῶν αὐτοῦ· ἤγουν, ἔχει ὁ Θεὸς Δύναμιν καὶ Ενέργειαν ἐνεργοῦσαν ἐν πᾶσι τοῖς ζῶσιν, εἴτε τὴν ἀνθρωπίνην λέγοις ζωὴν, εἴτε τὴν θείαν, καὶ λέγεται ἐκείνη ἡ Ενέργεια, Θεοῦ Ζωή. ἔχει Δύναμιν καὶ Ενέργειαν ἐν τοῖς φωτιζομένοις, τὸ φῶς· καὶ λέγεται ἐκείνη ἡ Ενέργεια, Φῶς. περὶ δὲ τούτων, ὁμοίως ἔχει Δύναμιν καὶ Ενέργειαν ἐνεργοῦσαν ἐν τοῖς θεουμένοις τὴν θέωσιν· καὶ λέγεται ἐκείνη ἡ Ενέργεια, Θεότης. ταύτας οὖν ὁπηνίκα μὲν διακεκριμένας ἀπ᾽ ἀλλήλων φασὶ, πληθυντικῶς αὐτὰς θείας Ενεργείας καὶ Θεότητας προσονομάζουσιν· ὅτε δὲ ἡνωμένως, καθάπερ καὶ ἕνα κόσμον τὸ πᾶν εἰώθαμεν λέγειν, ὡς ἐπὶ μιᾶς Ενεργείας τὸν λόγον ποιοῦνται. διὸ καὶ ζητοῦσιν ἐν τῷ τῶν ζητημάτων αὐτῶν τετάρτῳ, εἴτε ἡ φωνὴ τῆς Θεότητος οὐκ ἐπὶ τῆς Οὐσίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς Ενεργείας ὑμνῆται. ἀφ᾽ ὧν δ᾽ ἐκεῖνος εἴρηκεν, Ἔχειν τὸν Θεὸν Ενέργειαν ἐνεργοῦσαν ἐν πᾶσι τοῖς ζῶσιν, εἴτε τὴν ἀνθρωπίνην λέγοις ζωὴν, εἴτε τὴν θείαν, δῆλοι γίνονται, ὅτι τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ δοξάζουσιν Ενεργείᾳ ἐνεργεῖσθαι καὶ τὴν ζωὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ζωήν. καὶ τῇ αὐτῇ καὶ μιᾷ σοφίᾳ σοφίζεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ σοφίαν, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν, καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. καὶ γὰρ τοῦτο βούλεται αὐτοῖς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ τοῦ Τόμου, Ὅτι καὶ τὸ ἐνεργεῖν καὶ τὸ ἐνεργεῖσθαι οὐ μόνον ἐπὶ κτιστῶν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἀϊδίων καὶ ἀκτίστων δύναται λέγεσθαι.

Videntur autem in hanc evaſiſſe ſuperſtitionem, eò quòd non exiſtiment, Deum ipſum per ſe una Virtute poſſe omnia producere, eademque gubernare ac incolumia præſtare (ob ſummam nimirum ejus perfectionem & ſimplicitatem & unionem) ſed hac quidem, iſtud; illa, illud, atque alia, aliud. Qui enim tertius, uti dictum eſt, eorum Patriarcha fuit, in illis Capitulis quæ edidit, capite octavo, ait, *Quæ de Deo dicuntur ac ſcribuntur, nomina, divinarum eius Operationum nomina ſunt. Nimirum, habet Deus Virtutem & Operationem operantem in omnibus quæ vita prædita* B *ſunt, ſive humanam vitam dixeris, ſive divinam; vocaturque illa Dei Operatio, Vita. Habet in illis qui illuminantur Virtutem & Operationem, lumen; & vocatur illa Operatio, Lumen ſeu Lux. Præ illis autem pariter Virtutem habet & Operationem, in illis qui deificantur operantem deificationem; diciturque illa Operatio, Divinitas.* Has itaque cùm ſic diſcretè alias ab aliis nominant, pluraliter divinas Operationes ac Deitates appellant; cùm verò unitè (quemadmodum etiam rerum hanc univerſitatem unum mundum ſolemus vocare) tanquam de una Operatione ſermonem habent. Ex eo autem quod ille C dixerit, *Habere Deum Operationem, in omnibus quæ vita prædita ſunt, operantem, ſive humanam vitam dixeris, ſive divinam;* liquet eos exiſtimare, una eademque Operatione præſtari, velutque effici, tum Dei vitam, tum vitam humanam: unaque & eadem ſapientia conſtare Dei ſapientiam, & humanam ſapientiam, aliaque ſimiliter. Hoc namque ſibi vult, quod in ea, quæ in Tomo habetur, Fidei Formula ac Confeſſione, dicunt; nempe, *Tum operatione præſtare, tum præſtari (agere ſcilicet & agi) nedum de creatis, verùm etiam de ſempiternis ac increatis poſſe dici.*

Philotheus.

Ἐκ τούτων οὖν, ὥσπερ ἕνα τινὰ διάκοσμον αὐτὰς ἐπισωρεύοντες, αὐτὴν εἶναι φασὶ τὴν κληρονομίαν ἁπάντων τῶν Δικαίων· φῶς ὅλην ἀναπλάττοντες ἐκεῖνο τὸ ὁρατὸν, καὶ τοῦτο τυγχάνειν τῶν ἐφετῶν τιθέμενοι τὸ ἀκρότατον. ὥσπερ γὰρ ἑκάστην τούτων ἰδίᾳ μετοχὴν ὠνόμαζον, τῶν δὴ σοφῶν δηλαδὴ τὴν σοφίαν, καὶ τῶν ζώντων τὴν ζωὴν, οὕτω καὶ συλληπτικῶς ὁμοῦ πάσας τὴν αὐτομετοχὴν εἶναι καλοῦσι. δεικνύουσι δὲ τοῦτο σχεδὸν μὲν ἐν ὅλῃ τῇ ἑαυτῶν πίστει. τί γὰρ βούλεται αὐτοῖς ἐν τῷ Τόμῳ, ἡ ἐνεργουμένη ἄκτιστος χάρις, ἡ καὶ θέωσις καὶ θεοποιὸς δωρεὰ τοῦ Πνεύματος καλουμένη, καὶ σχέσις ἄκτιστος, καὶ κίνησις ἐξ ἀϊδίου φυσικὴ καὶ οὐσιώδης τῇ Οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ καὶ αὐτή ἐστιν ἡ μετεχομένη παρὰ πάντων, τῆς Οὐσίας παντάπασιν ἀμεθέκτου μενούσης τοῦ Θεοῦ.

Ex his igitur, velut unum quendam mundum atque ornatum acervantes, ſortem eſſe D dicunt ac poſſeſſionem omnium Iuſtorum, totam Lumen illud viſibile confingentes, ipſumque omnium deſiderabilium ſupremum ſtatuentes. Quemadmodum enim harum quamlibet ſeorſim participationem appellabant (ſapientium nimirum ſapientiam & viventium vitam) ſic & omnes collectim, ipſam per ſe participationem vocant. Oſtendunt verò ſe ita ſentire, per totam ferè ipſorum Fidem. Quid enim ſibi vult, quod in Tomo aiunt *Quæ operatione præſtatur increata gratia, quæ & deificatio & deificum Spiritus donum vocatur, & affectio increata ſeu habitus, & motus ab æterno naturalis & eſſentialis Eſſentiæ Dei? Et ipſa eſt quæ participatur ab omnibus, cum Dei Eſſentia maneat prorſus imparticipabilis.*

Apertius tamen, qui hanc primùm Fidem adinvenit, poſteaque, eo quo voluit modo, compoſuit, in libro quem prænotavit, *Redargutiones & abſurda*, oſtendit. *Quid igitur*, inquit, *Dei naturam ac Eſſentiam poſſidebunt? Haudquaquam, ſed vivificam Gratiam, quæ & regnum appellatur: quæ videlicet, tametſi non ſit Dei natura (hæc enim imparticipabilis eſt) eſt tamen naturalis Dei Operatio naturaliter illi comes, & quæ circa illum intelligatur, inſeparabiliter illi hærens. Quamobrem etiam qui illius hæres ac poſſeſſor eſt, Dei dicitur poſſeſſor & hæres.*

Auctoris hoc in libro ſcopus.

Sed & alii plurimi modi, illorum inſerti decretis occurrerunt. Nec enim hic nobis propoſitus finis, ut omnes impræſentiarum repræſentemus; ſed quantum ſufficit, ut eorum impudentiæ audaciam ac temeritatem, novatæque fidei crimen, oſtendamus, quo nimirum, unum perfectiſſimum, ſimpliciſſimumque Deum, in ſexcenta, parvaque & magna, ſicque diverſa, diviſerunt; & ad eorum blaſphemiæ prodendam falſitatem; quòd cùm hæc aliaque ejus generis, damnanda temeritate circa Deum præſumant, poſtea inficiantur, piiſque hac in parte adſcribunt, quorum illi jure rei teneantur; ad erroris item magnitudinem paucis ob oculos ponendam, iis qui ignorantia laborant, ut noverint, quam imprudentes fidem teneant, & in quod periculum animæ præcipites ruant, cujuſmodi eſt & ille diſtinctionis modus, à nobis nihilominus dicendus, ad probandum alios quoque plures iſtiuſmodi apud illos, uti dictum eſt, extare.

Hæreticorum ingenium, ſua obtegendi, pioſque calumniandi.

Nam hoc quoque effutire auſi ſunt, Eſſentiam quidem ſui ratione immortalem eſſe; Operationem verò, ratione quidem eſſentiæ, eſſe immortalem; ſui autem ratione, νέκρωσιν (quaſi dicas, mortificationem ac mortis auctorem) Ait namque Palamas, in Libro *De divina & deifica participatione*, *Sin autem illi per hunc modum & immortaliter vivunt & moriuntur; multique qui ævo hoc vivunt, mortui ſunt, uti oſtendit qui vitæ ac mortis arbiter eſt; ſit ergo ut & Deitas mortificatio ac mortis auctor exiſtat, cùm per naturam immortalis maneat.*

Concluſum itaque eſt, non aliunde, ſed ex eis quæ publicè Synodica cognitione promulgarunt, & ad Fidei Formulam ac confeſſionem conſcripſerunt, ac crediderunt; quinimmò credunt, atque eos qui non ipſis credunt ac morem gerunt, diris publicis ſubjiciunt; Eſſe nimirum in Deo diſtinctionem divinæ Eſſentiæ & diuinæ Operationis, quam per hunc ferè modum explicarunt, Quod in Deo, aliud quidem eſt Dei Eſſentia, aliud autem non eſt Dei Eſſentia; atque aliud quidem eſt trinè ſubſiſtens natura, aliud autem non eſt ſubſiſtentia ſeu perſona; aliud habet; aliud habetur; aliud unum eſt, aliud multitudo; aliud auctor eſt & cauſa, aliud quod ab auctore & cauſa eſt; aliud eſt operans, aliud operatum; aliud quod inſignitur, aliud inſigniens; aliud imparticipabile, aliud quod participari poteſt; aliud indiviſibile, aliud diviſibile; aliud nominis expers, aliud quod nominatur; aliud nullo mentis cogitatu per-

A σαφέστερον δὲ ὅμως ὁ ταύτην τὴν πίστιν τὴν ἀρχὴν αἱρετικῶς, ὕστερον δὲ καὶ συνθεὶς ὃν ἐβούλετο τρόπον, ἐν λόγῳ ὃν ἐπιγράφει, Ἐλέγχους καὶ ἄτοπα, δείκνυσι. Τί οὖν, φησι, τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν καὶ Οὐσίαν κληρονομήσουσιν; οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ τὴν θεοποιὸν Χάριν, τὴν καὶ βασιλείαν· ἥ τις εἰ καὶ μὴ φύσις ἐστὶ τοῦ Θεοῦ· καὶ γὰρ ἀμέθεκτος ἐκείνη, ἀλλὰ φυσικὴ Ἐνέργεια τοῦ Θεοῦ φυσικῶς ἑπομένη αὐτῷ, καὶ ἀχωρίστως περὶ αὐτὸν θεωρουμένη. διὸ καὶ ὁ ταύτης κληρονόμος, κληρονόμος λέγεται τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ἄλλοι δὲ τρόποι πλεῖστοι ἐν τοῖς αὐτῶν ἐκκείμενοι δόγμασιν εὑρέθησαν. οὐ γὰρ ἐκτεθεῖναι πάντας ἐνταῦθα προὐτέθη σκοπὸς, ἀλλ᾽ ὅσον
B τῆς ἀναιδείας αὐτῶν τὴν τόλμαν καὶ τὴν καινοτομίαν ἐνδείξασθαι· καθ᾽ ἣν τὸν ἕνα καὶ τελεώτατον, καὶ ἁπλούστατον Θεὸν, εἰς μυρία, μικρά τε καὶ μεγάλα, καὶ οὕτω διαφέροντα διεῖλον, καὶ πρὸς τὸ τῆς βλασφημίας ἐκκαλύψαι τὸ ψεῦδος· ἐπεὶ ταῦτα καὶ τοιαῦτα περὶ τοῦ Θεοῦ τολμῶντες, ἔπειτα ἀρνοῦνται, κἀκεῖνα τοῖς εὐσεβέσιν ἐν τούτῳ τῷ μέρει ἀνατιθέασιν, οἷς αὐτοὶ δικαίως ἔχονται· καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸ τῆς πλάνης τὸ μέγεθος τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑπ᾽ ὄψιν ἐξ ὀλίγων ἀγαγεῖν, ὡσὰν γνοῖεν οἵαν πίστιν κατέχοντες ἀγνοοῦσι, καὶ εἰς ὅλον κίνδυνον ψυχῆς καταφέρονται, οἷός ἐστι κἀκεῖνος τῆς διαφορᾶς ὁ τρόπος, ὃς οὐδὲν ἧττον ῥηθήσεται, πρὸς ἔνδειξιν, τοῦ, ὅτι καὶ ἄλλοι πλείους ὅμοιοι παρ᾽ αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, εἰσίν.
C
Τετόλμηται γὰρ καὶ τοῦτο, Ὅτι ἡ μὲν Οὐσία ἀθάνατός ἐστι δι᾽ ἑαυτήν· ἡ δ᾽ Ἐνέργεια, διὰ μὲν τὴν Οὐσίαν, ἀθάνατος· δι᾽ ἑαυτὴν δὲ, νέκρωσις. καὶ φησὶ Παλαμᾶς, ἐν τῷ Περὶ θείας καὶ θεοποιοῦ μεθέξεως, Εἰ δ᾽ ἐκεῖνοι τοῦτον τὸν τρόπον καὶ ζῶσιν ἀθάνατα καὶ τεθνήκασι. καὶ πολλοὶ τῶν ἐνταῦθα ζώντων νεκροὶ, καθάπερ ὁ ζωῆς καὶ θανάτου κύριος ἔδειξεν, ἔστιν ἄρα καὶ θεότης νέκρωσις, ἀθάνατος κατὰ φύσιν μένουσα.

Συνῆκται τοίνυν, οὐκ ἄλλοθεν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν δημοσίᾳ συνοδικῶς ἀπεφήναντο, καὶ εἰς ἔκθεσιν καὶ ὁμολογίαν πίστεως ἀνέγραψαν καὶ ἐπίστευσαν· μᾶλλον δὲ πιστεύουσι, καὶ τοὺς μὴ πειθομένους ἀραῖς ὑπάγουσι δημοσίαις, Ὅτι ἔστιν
D ἐπὶ Θεοῦ διαφορὰ θείας Οὐσίας καὶ θείας Ἐνεργείας, τοῦτον προενηνεγμένην τὸν τρόπον. ὅτι ἐπὶ Θεοῦ, τὸ μὲν ἐστὶν ἡ Οὐσία τοῦ Θεοῦ, τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν ἡ Οὐσία τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ μὲν ἐστὶν ἡ τρισυπόστατος φύσις· τὸ δ᾽ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις· καὶ τὸ μὲν ἔχει, τὸ δ᾽ ἔχεται· καὶ τὸ μὲν ἕν, τὸ δὲ πλῆθος· καὶ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δ᾽ αἰτιατόν· καὶ τὸ μὲν ἐνεργοῦν, τὸ δ᾽ ἐνεργούμενον· καὶ τὸ μὲν χαρακτηριζόμενον, τὸ δὲ χαρακτηρίζον· καὶ τὸ μὲν ἀμέθεκτον, τὸ δὲ μεθεκτόν· καὶ τὸ μὲν ἀμέριστον, τὸ δὲ μεριστόν· καὶ τὸ μὲν ἀνώνυμον, τὸ δὲ ὀνομαζόμενον· καὶ τὸ μὲν ἀπερινόητον, τὸ δὲ νοούμενον·

μενον· καὶ τὸ μὲν ἀόρατον, τὸ δὲ ὁρατόν· καὶ τὸ μὲν ἀκίνητον, τὸ δὲ κίνησις· καὶ τὸ μὲν ἄσχετον, τὸ δὲ σχέσις· καὶ τὸ μὲν ἀμίμητον, τὸ δὲ μίμησις· καὶ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ δεύτερον· καὶ τὸ μὲν ἀνώτερον, τὸ δὲ κατώτερον· καὶ τὸ μὲν, ὡς κατὰ φύσιν, προηγεῖται· τὸ δ' ὡς παρὰ φύσιν, ἕπεται· καὶ τὸ μὲν, ὡς ἀμέθεκτον ἀπειράκις ἀπείρως ὑπέρκειται· τὸ δ' ὡς μεθεκτὸν ἀπειράκις ἀπείρως ὑφεῖται· καὶ τὸ μὲν, ὡς τὰ ὄντα ἅγια ὑπερέχει· τὸ δ' ὡς τὰ οὐκ ὄντα ἅγια, ὑπερέχεται.

Αὗται μὲν οὖν αἱ ἀντιθέσεις τὴν τάξιν ταύτην τηροῦσαι, τὸ σεμνὸν δῆθεν ἐπιφημίζουσι τῇ Οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ· καθαιροῦσι δὲ, μεθ' ὑπερβολῆς, ἣν ὑπέθεντο ἄκτιστον Ἐνέργειαν καλεῖσθαι τοῦ Θεοῦ· αἱ δὲ μεθ' αὐτὰς, πᾶν τοὐναντίον, καθαιροῦσι μὲν τὴν θείαν Οὐσίαν, ἀπονέμουσι δὲ πάλιν τὸ κράτος τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐνεργείᾳ. ἡ μὲν γὰρ θεία Ἐνέργεια, ἀπεργαστικὴ τῶν ἐκτὸς ἐστίν· ἡ δὲ θεία Οὐσία, οὐδενὸς ἀπεργαστικὴ τῶν ἐκτός. καὶ ἡ μὲν προσπελάζει τοῖς κτίσμασιν, ἡ δ' ἀπροσπέλαστος ἐστί· καὶ ἡ μὲν σώζει ταῦτα λαμβανομένη, ἡ δὲ ἐξαναλώσει ταῦτα πρὶν ἂν ληφθῇ· καὶ ἡ μὲν ἀναμιγνυμένη τούτοις οὐ φύρεται· ἡ δ' εἰ μεταληφθείη, φυρμὸν πείσεται· καὶ ἡ μὲν φοιτᾷ κάτω πρὸς τὴν κτίσιν, καὶ μετέχεται ὑπ' αὐτῆς, καὶ μεταδίδοται καὶ ἁγιάζει καὶ φωτίζει καὶ ἐνιδρύει, καὶ θεοῖ τοὺς ἀξίους· ἡ δ' ἀνεκφοίτητος καὶ ἀμετάδοτος μένει, μηδόλως κατοικοῦσα ἐν τοῖς κτίσμασι, μὴ δ' ἁγιάζουσα, μὴ δὲ φωτίζουσα, μὴ δὲ ἐνιδρύουσα, μὴ δὲ θεοῦσα ταῦτα· καὶ ἡ μὲν κυρίως ἐστὶ θεότης καὶ ζωὴ καὶ σοφία καὶ δύναμις· ἡ δὲ οὐκ ἔστι δι' ἑαυτὴν θεότης, οὐδὲ ζωὴ οὐδὲ σοφία οὐδὲ δύναμις· καὶ ἡ μὲν ἐστὶν ἡ πάντων κληρονομία, καὶ τὸ τέλος τῶν ἐφετῶν· ἡ δ' οὔτε κληρονομία ἐστὶν οὑτινοσοῦν, οὔτε μακαριότητος τέλος. ἆρα τὰ ἐπὶ τοσοῦτον διαφέροντα, δυνατὸν εἰς ἓν πρᾶγμα μονοειδὲς καὶ ἁπλούστατον καὶ τελειότατον, οἷος ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ μίαν Θεότητα συνελθεῖν; μᾶλλον δὲ μίαν εἶναι Θεότητα, τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς αὐτοὶ ἐτερατεύσαντο οἱ θαυμαστοὶ Θεολόγοι, λέγοντες, ὡς προεκτέθειται, ἐν τοῖς ἀναθεματισμοῖς αὐτῶν, Ὅτι τοῖς φρονοῦσι καὶ λέγουσιν, ἐπὶ τῆς θείας Οὐσίας μόνης τὸ τῆς Θεότητος ὄνομα λέγεσθαι, μὴ ὁμολογοῦσι δὲ, κατὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας εὐσεβὲς φρόνημα, καὶ ἐπὶ τῆς θείας Ἐνεργείας οὐχ ἧττον αὐτὸ τίθεσθαι, καὶ οὕτω πάλιν μίαν Θεότητα πᾶσι τρόποις πρεσβεύουσι, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, ἀνάθεμα, ὡς αὐτοί φασιν. ἆρα ἔστι δυνατόν; ἢ τοῦτο ἀδύνατον, ὥσπερ ἀδύνατον τὸ ὂν καὶ μὴ ὂν, καὶ τὸ ὑφεστὼς καὶ μὴ ὑφεστὼς, καὶ τὸ ἀόρατον καὶ ὁρατόν· καὶ τὸ ἀπειράκις ἀπείρως ὑπερκείμενον, καὶ τὸ τοσαυτάκις καὶ οὕτως ὑφειμένον· καὶ πάντα δὴ λέγω, τὰ ἐπὶ τούτοις τῶν προηριθμημένων τρόπων. τοῦτο μὲν, τοῖς ὁπωσοῦν λογίζεσθαι δυναμένοις εἰ δυνατὸν εἶναι καταλείπεται.

ceptibile, aliud quod intelligatur; aliud inviſibile, aliud viſibile; aliud immobile, aliud motus; aliud abſolutum, aliud affectio ſeu habitus ac habitudo; aliud inimitabile, aliud imitatio; aliud prius, aliud poſterius; aliud ſuperius, aliud inferius; atque aliud quidem, ut ſecundùm naturam, præit; aliud verò, ut præter naturam, ſequitur, ſeu illi comes eſt: ac quidem aliud, ut imparticipabile infinities infinitè ſupereminet; aliud verò, ut quod eſt participabile, infinities infinitè inferius eſt: ac aliud quidem, ut quæ ſancta ſunt, eminet; aliud verò, ut quæ non ſunt ſancta, ſubjacet.

Antitheſeon duplex ea claſſis.

Hæ quidem antitheſes eo ordine diſtributæ, quod utique decorum ac magnificum eſt, tribuunt Dei Eſſentiæ, ſummopere verò deprimunt, quam vocari docuerunt increatam Dei Operationem: quæ autem ſequuntur, ſecùs omnino, divinam quidem Eſſentiam deprimunt, victoriam verò rurſus tribuunt divinæ Operationi. Divina enim Operatio, rerum quæ ſunt extra effectrix eſt; divina verò Eſſentia, nullius eorum quæ ſunt extra, effectrix eſt; atque illa quidem creatis rebus accedit, hæc verò inacceſſa eſt; atque illa quidem percepta, ea incolumia præſtat, hæc verò priuſquam percepta ſit, eadem conſumit. Illa iis commixta, non confunditur: hæc, ſi percepta fuerit, confuſionem patietur: atque Operatio quidem, inferius ad creaturam venit, & ab ea percipitur, & communicatur, & ſanctificat & illuminat & inſidet, & eos qui ſunt digni, deificat; Eſſentia verò à ſe non excedens ac incommunicabilis manet, nullo prorſus modo habitans in creatis, neque ſanctificans, nec illuminans, neque inſidens, nec illa deificans. Ac quidem illa, verè ac propriè deitas eſt, & vita & ſapientia & virtus; hæc autem ſui ipſa ratione non eſt deitas, neque vita neque ſapientia neque virtus. Atque illa quidem omnium hæreditas eſt ac poſſeſſio, finiſque appetibilium; hæc autem neque hæreditas ſeu poſſeſſio ullius cujuſquam eſt, nec beatitudinis finis. Ergone fieri poſſit, ut quæ ſic diverſa ſunt atque diſtincta, in rem unam uniformem & ſimpliciſſimam perfectiſſimamque, qualis eſt Deus, unam denique Deitatem conveniant? ſeu potius una Deitas exiſtant, Pater, Filius & Spiritus ſanctus, ut ipſi (mirabiles ſcilicet Theologi) portento confinxerunt, dicentes, uti ſuperiùs expoſitum eſt, in ſuis Anathematiſmis, *Iis qui ſentiunt ac dicunt, Deitatis nomen de ſola Eſſentia dici, nec juxta pium Eccleſiæ ſenſum nihilominus in divina ipſum Operatione poni, ſicque rurſus unam modis omnibus Deitatem Patris & Filii & Spiritus ſancti docent, Anathema*, ut ipſi aiunt. Ergo poſſibile? aut non impoſſibile, ſicut impoſſibile eſt, quod eſt & non eſt; quodque verè ſubſiſtit, nec verè ſubſiſtens eſt; quoque inviſibile, & quod viſibile eſt; quodque infinities infinitè eminet, & quod toties ſicque inferius eſt; ac quæcunque alia modi ſuperius recenſiti habent. Hoc ſanè, an fieri poſſit cogitandũ relinquitur quibus vel mica judicii ac ſanæ rationis eſt.

Sic igitur, poſteaquam his, quos diximus, aliiſque pluribus diſtinctionis ac oppoſitionis modis, unum Deum in Eſſentiam & Operationem diviſerunt; deinde tanquam eſſentia, & quod eſſentia caret, quodque ſubſiſtit, & quod non verè exiſtens eſt, ac rel qua ſic oppoſita, in unum coëuntia, compoſitionem non facerent (compoſitum enim eſt, quod ex multis atque diſtinctis conſtat, ſive quod multis in idem coëuntibus integrum ac perfectum extat, ut vera ac certa Theologorum doctrina eſt) non fieri compoſitionem affirmant, ex divina Eſſentia, exque iis, quæ illi realiter diſtincta, coexiſtere ipſi exiſtimant, contra omnem rationem, omnemque Sanctorum doctrinam. Non enim ſic omni ſenſu ac judicio deſtituti Patres, ut quod ex diſtinctis ac diverſis conſtat, quorum diſtincta ſit, diverſaque ratio tum re tum ratione, ſimplex eſſe affirmarint, uti ipſi per calumniam illis tribuunt, Iudæorum more ad literam craſſiùs legentes, quæ ab eis conſcripta ſunt, deque aliis dicta, ad alia perperàm referentes, quod ubique erroris illis cauſa fuit; non raro etiam ad literam longè alieniſſimam à Magiſtris viam ineuntes, quod & ipſum ſequentibus liquebit.

Palamitarum inſania, Non eſſe Deum conpoſitū, qui ex rebus reipſa diverſis conſtet.

Denique quod non fiat compoſitio, ait Palamas, in Libro, cujus initium, *Aſſlante Spiritu dictata Patrum, Increatum adjacens, unam & æqualem ſimplicemque, in ea conſpectam diſcretione, deitatem facit. Etenim quicquid increatum eſt, pari etiam gaudet honore ac unitum eſt; nec in iis quæ ſunt increata, in unum coëuntibus, eſſe compoſitionem unquam contigerit.* In alio quoque, cujus initium, *Suſurrans itaque, Neque verò hoc intelligere potuit, qui in his compoſitiones inſipienter animo cogitavit, Ea quæ increata vereque ſimplicia ſunt, ſi in unum conveniant, nullam facere compoſitionem.* Quique Patriarcha fuit Philotheus in nono ſuorum ipſius Capitum, *Nos verò qui ex Sanctorum dictis noverimus, ne hominem quidem, naturales ipſius proprietates facere unquam compoſitum; at neque artium rationes ac ſcientias. Nemo enim unquam hominem compoſitum dixerit, quod naturam habeat & naturalem operationem, vel quod naturam & artem, puta Grammaticam; vel Fabrilem, aut Agriculturam. Cumque ſe ita in hominibus res habeat, quid de Deo dicendum, qui eximia quadam ratione ac ſupra quàm ferat natura, omnia habeat? Sed tunc exiſtit atque dicitur compoſitio, cùm duæ res, quæ ſingulæ propriam ſubſiſtentiam habeant, & quarum qualibet, ipſa per ſe abſque alia eſſe poteſt ac intelligi; cùm, inquam, talia compoſitionem ac unionem inter ſe, in unam hypoſtaſim unumque ſubſiſtens, injerint, velut in homine corpus & anima; vel in domo, lapides & ligna & ferrum. Hæc enim ſingula per ſeipſa cùm ſint ſingulare quoddam, id eſt, hypoſtaſis, cùm inter ſe compoſitionem unionemque injerint, tunc dicitur compoſitio ſive unio, duarum rerum, ſive etiam plurium, per ſe exiſtentium.* Hæc autem quantam viri dementiam arguant, ne dicendum quidem.

Philothei ruditas ac dementia, explicāda compoſitionis ratione.

A Οὕτω τοίνυν, κατὰ τούτους, καὶ ἔτι πλείους τῆς διαφορᾶς καὶ ἀντιθέσεως τρόπους, τὸν ἕνα Θεὸν εἰς Οὐσίαν καὶ Ἐνέργειαν διελόντες, ἔπειτα ὥσπερ ἂν εἰ μὴ ἡ οὐσία καὶ τὸ ἀνούσιον, καὶ τὸ ὑφεστὼς καὶ μὴ ὑφεστὼς, καὶ τὸ ὁρατὸν καὶ ἀόρατον, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀντιθέσεων, εἰς ἓν συνερχόμενα, σύνθεσιν ἐποίουν. σύνθετον γάρ ἐστι, τὸ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον, ἢ τὸ πολλοῖς εἰς ταυτὸ συνιοῦσιν ἀπαρτιζόμενον, κατὰ τὴν τῶν Θεολόγων ἀπλανῆ διδασκαλίαν· διισχυρίζονται μὴ γίνεσθαι σύνθεσιν, ἔκ τε τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ ὧν φρονοῦσιν αὐτοὶ πραγματικῶς διαφόρων συνυπάρχειν αὐτῇ, παρὰ πάντα λόγον, καὶ πᾶσαν διδασκαλίαν τῶν ἱερῶν Διδασκάλων. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἀναίσθητοι, τὸ ἐκ διαφόρων συνεστὼς, B ὧν ὁ λόγος διάφορος καὶ πράγματι καὶ λόγῳ, ἁπλοῦν εἶναι ἀπεφαίνοντο, ὡς αὐτοὶ τούτοις διαβάλλοντες φασὶν, ἰουδαϊκῶς κατὰ τὸ γράμμα τἀκείνων ἀναγινώσκοντες· καὶ τὰ ἐπ' ἄλλων εἰρημένα, ἐπ' ἄλλα παραφέροντες, ὃ πανταχοῦ τῆς πλάνης αὐτοῖς αἴτιον ἐγένετο. πολλάκις δὲ καὶ κατὰ τὸ γράμμα τὴν ἐναντιωτάτην τοῖς Διδασκάλοις φερόμενοι. ὡς καὶ τοῦτο προϊοῦσι φανήσεται.

Καὶ γοῦν καὶ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι σύνθεσιν, φησὶν ὁ Παλαμᾶς, ἐν Λόγῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, Τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν Πατέρων, Ὅτι τὸ ἄκτιστον προσκείμενον, μίαν ἀποδείκνυσι καὶ ἴσην καὶ ἁπλῆν, τὴν ἐν τῇ διακείσῃ ταύτῃ ὁρωμένην Θεότητα. C καὶ γὰρ πᾶν ἄκτιστον, καὶ ὁμότιμον ἐστὶ καὶ ἡνωμένον· καὶ σύνθεσις ἐν τοῖς ἀκτίστοις συναγομένοις εἰς ἓν, οὐ μή ποτ' ἂν γένοιτο. καὶ ἐν ἑτέρῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, Ὑποψιθυρείσας τοίνυν, Καὶ οὐδὲ τοῦτο συνιδεῖν ἴσχυσεν, ὁ ἐν τούτοις τὰς συνθέσεις ἀφρόνως φανταζόμενος, ὡς ἡ τῶν ἀκτίστων καὶ ὄντως ἁπλῶν συνέλευσις εἰς ἓν, σύνθεσιν οὐδεμίαν ἐμποιεῖ. καὶ ὁ εἰς Πατριάρχην τελέσας Φιλόθεος, ἐν θ τῶν ἰδίων κεφαλαίων αὐτοῦ, Ἡμεῖς μαθόντες ἀπὸ τῶν Ἁγίων, ὅτι οὐδὲ τὸν ἄνθρωπον ποιοῦσι ποτὲ σύνθετον τὰ φυσικὰ ἰδιώματα, ἀλλ' οὐδὲ οἱ τεχνικοὶ λόγοι καὶ ἐπιστῆμαι· οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι ποτε τὸν ἄνθρωπον σύνθετον, διότι ἔχει φύσιν καὶ ἐνέργειαν φυσικὴν, ἢ διότι ἔχει φύσιν D καὶ τέχνην γραμματικὴν, ἢ τεκτονικὴν, ἢ γεωργικὴν τυχόν. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων οὕτως, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τί χρὴ λέγειν, τοῦ πάντα ὑπερφυῶς ἔχοντος· ἀλλὰ σύνθεσις γίνεται, καὶ λέγεται τότε, ὅταν δύο πράγματα τὰ ἔχοντα ἰδίαν ὑπόστασιν ἓν ἕκαστον, καὶ δυνάμενον ἕκαστον εἶναι καὶ θεωρεῖσθαι καθ' ἑαυτὸ δίχα τοῦ ἑτέρου· ὅταν τὰ τοιαῦτα συντεθῶσι καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις εἰς μίαν ὑπόστασιν. οἷον ὥσπερ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ψυχὴ καὶ σῶμα· ἢ ἐν τῇ οἰκίᾳ, λίθοι καὶ ξύλα καὶ σίδηρος. ταῦτα γὰρ καθ' ἑαυτὰ ἕκαστα ὑπόστασις ὄντα, ὅταν συντεθῶσι καὶ ἑνωθῶσιν ἀλλήλοις, τότε λέγεται σύνθεσις, ἤτοι ἕνωσις ἐνυποστάτων δύο πραγμάτων, ἢ καὶ πλειόνων. ταῦτα δὲ ὅτι πολλὴν ἄνοιαν μαρτυρεῖ τῷ ἀνδρὶ, οὐδὲ χρὴ λέγειν.

Ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ Τόμῳ κοινῇ πάντες ἀποφαίνονται, Μετὰ τοῦτο ἐξητήσαμεν παρὰ τῶν Ἁγίων εἰ μηδεμίαν ἔχοι τις ἂν ἐπινοεῖν σύνθεσιν ἐπὶ Θεοῦ, διὰ τὴν τῆς θείας Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας διαφοράν. ἀπεδείχθη οὖν παρὰ τῶν Ἁγίων πάντων κηρυττόμενον, ὡς οὐκ ἔστι σύνθεσιν τινὰ παρὰ τούτων νομίζειν ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς Ἀναθεματισμοῖς αὐτῶν, οὕτως ἐκφωνοῦσι, Τοῖς φρονοῦσι καὶ λέγουσι σύνθεσίν τινα ὅλως διὰ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ Θεοῦ, μὴ πειθομένοις δὲ τῇ τῶν Ἁγίων διδασκαλίᾳ, μηδεμίαν σύνθεσιν ἀπὸ τῶν φυσικῶν ἐν τῇ φύσει γίνεσθαι διδασκόντων, ὡς κατ' οὐδὲν πάντως τὴν διαφορὰν ταύτην λυμαινομένην τῇ θείᾳ ἁπλότητι, ἀνάθεμα, ὡς αὐτοὶ βούλονται.

Ἐπεὶ δ' ὡσαύτως εὕρηται παρ' αὐτοῖς καὶ ἕτερα λίαν ἀσεβῆ καὶ παράλογα δόγματα, μὴ ὑποπίπτοντα τοῖς τῶν διαιρέσεων τρόποις, ἀναγκαῖον καὶ ἀπὸ τούτων ἐκθεῖναί τινα ἐνταυθοῖ, πρὸς τὸ παραστῆσαι καὶ πλέον τῆς νέας αὐτῶν πίστεως τὸ ψεῦδος καὶ τὴν ἄνοιαν. τὰς Θεότητας οὖν, ἃς ἐκ νέου συνεστήσαντο, ἔστιν ὅπου καὶ Θεοὺς φασί. λέγει γοῦν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν περὶ τοῦ Φωτὸς λόγων αὐτοῦ, διττὸν εἶναι τὸ θεῖον βουλόμενος δεῖξαι, Οὐ μόνον Θεός ἐστιν ὑπὲρ τὰ ὄντα ὤν, δηλαδὴ ἡ Ἐνέργεια, περὶ ἧς αὐτῷ ἦν λόγος, ἀλλὰ καὶ ὑπέρθεος. καὶ οὐ μόνον ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἐστίν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαίρεσιν, ἡ ὑπεροχή, τοῦ πάντων ἐπέκεινα, καὶ πᾶσαν ὑπεροχὴν ὁπωσοῦν γινομένην ὑπερβέβηκεν. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, Καὶ οὐδ' ἐκεῖνο παρὰ τῆς θεολογίας ἤκουσεν, ὡς ἀντὶ πάντων τότε ἡμῖν ἡ θεία γενήσεται φύσις, ἵν' ἐντεῦθεν γοῦν Θεὸν εἶναι τουτὶ τὸ Φῶς πιστεύσῃ. καὶ ἐν τῷ β' τῶν κατὰ τῶν δευτέρων τοῦ Βαρλαάμ, ὃν ἐπιγράφει, Κατάλογος τῶν ἐκβαινόντων ἀτόπων, Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ εἰσὶ τὰ μετέχοντα τοῦ Θεοῦ, ἡ δὲ ὑπερούσιος Οὐσία τοῦ Θεοῦ παντάπασιν ἀμέθεκτος· ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τῆς ἀμεθέκτου Οὐσίας καὶ τῶν μετεχόντων, δι' οὗ τὰ τοῦ Θεοῦ μετέχουσι. καὶ μετ' ὀλίγα· Δεῖ δὲ ζητεῖν ἡμᾶς Θεὸν ἕτερον, οὐκ ὄντα μόνον αὐτοτελῆ, αὐτενέργητον, αὐτὸν ἑαυτὸν δι' ἑαυτοῦ θεώμενον, ἀλλὰ καὶ ἀγαθόν. καὶ ἁπλῶς δεῖ ἡμᾶς ζητεῖν Θεόν, οὕτω πως μεθεκτόν, οὗ μετέχοντες ἕκαστος οἰκείως ἑαυτῷ κατὰ τὴν τῆς μεθέξεως ἀναλογίαν, ὄντες καὶ ζῶντες, καὶ ἔνθεοι ἐσόμεθα. ἔστιν ἄρα τι μεταξὺ τῶν γενητῶν καὶ τῆς ἀμεθέκτου ὑπερουσιότητος ἐκείνης, οὐχ ἓν μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλά· καὶ τοσαῦτα, ὁπόσα δὴ καὶ τὰ μετέχοντα· ταῦτα, δι' οὗ καθ' ἑαυτά, τὰ μέσα δηλαδὴ ἐκεῖνα· δυνάμεις γὰρ εἰσὶ τῆς ὑπερουσιότητος ἐκείνης, μοναχῶς καὶ ἑνιαίως περιειληφυίας καὶ συνειληφυίας τὴν τῶν μεθεκτῶν ἅπασαν πληθύν. διὰ ταῦτα ἔστιν ὅπου τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἀπηρεύξατο λέγων, Ὅσα κατ' εἶδος τὰ ὄντα, τοσαῦται καὶ αἱ Θεότητες, ἄλλαι ἄλλων ὑπερκείμεναι καὶ ὑφειμέναι. πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή, Οὐκ ἔστιν ὦ ἑταῖρε ἡμῖν, Καὶ ταύτην τοίνυν τὴν θείαν αἴγλην καὶ χάριν καὶ Ἐνέργειαν καὶ δωρεὰν τοῦ παναγίου Πνεύματος, Πνεῦμα ἅγιον αἱ θεῖαι γρα-



A Similiter quoque in Tomo ſimul omnes pronuntiant, *Poſt hæc quæſivimus ex Sanctis, Num liceat aliquam in Deo intelligere compoſitionem? ob divinæ Eſſentiæ & Operationis diſtinctionem. Oſtenſumque eſt omnium Sanctorum communi celebratum præconio, nullam inde in Deo exiſtimandam eſſe compoſitionem.* Sed & in Anathematiſmis ſuis in hæc verba enuntiant, *Iis qui ſentiunt, ac dicunt omnino propterea aliquam in Deo fieri compoſitionem, nec fidem Sanctorum doctrinæ habent, docentium Ex naturalibus nullam in natura extare compoſitionem, ita ut diſtinctio hæc nihil prorſus officiat divinæ ſimplicitati, Anathema,* ut ipſi volunt.

Quia verò pariter alia quoque valde impia ac abſurda dogmata illis adinventa ſunt, quæ non cadunt ſub diviſionum modis, ne- B ceſſarium eſt etiam hîc quædam ex illis exponamus, ut hinc quoque novæ illorum Fidei falſitatem ac dementiam oſtendamus. Quas enim de novo Divinitates conflaverunt, quandoque etiam Deos vocant. Palamas ſanè in quadam ſuarum Orationum de Lumine, duplex ſcilicet Numen volens oſtendere, *Non ſolum Deus eſt, qui ſit ſuper ea quæ ſunt, id eſt, entia* (nempe Operatio, de qua illi ſermo erat) *ſed & ſupra-quàm Deus. Nec ſolum ſupra omne quod affirmatur, eſt; ſed & ſupra id omne quod negando removetur, ejus excellentia qui eſt ſupra omnia, omnemque excellentiam, quæcunque illa ſit, ſuperat.* Rurſuſque in eodem, *Sed neque ex Theologia illud audivit, Tunc omnium loco nobis fore divinam naturam, ut inde tandem perſuadeatur Deum eſſe hoc Lumen.* Item libro ſecundo adverſus Barlaami altera capita, quem prænotat, *Ca-* C *talogus abſurdorum quæ ſequuntur, Enimverò, quandoquidem ſunt quæ Deum participent, Dei autem, quæ omnem eſſentiam ſuperat, Eſſentia, prorſus imparticipabilis eſt; plane aliquid intercedit inter Eſſentiam imparticipabilem & ea quæ participant, per quod ea quæ ſunt Dei participent.* Paucisque interjectis, *Porro alius nobis Deus quærendus eſt, qui nedum ſit ipſe à ſe perfectus, à ſe efficax, ipſe ſeipſum per ſeipſum videns, verum etiam bonus. Omninoque nobis Deus quærendus eſt, in hunc ferè modum participabilis, cujus ſinguli participatione convenienter pro participationis ratione & modo, cùm exiſtentes, tum viventes, tumque divini erimus. Eſt igitur aliquid medium inter creata & illam imparticipabilem (ut ſic dicam) ſupereſſentialitatem* (Eſſentiam ſcilicet vim omnem ac D modum eſſentiæ ſuperantem) *nec unum duntaxat, ſed & plura; totque adeò, quot nimirum etiam hæc participantia, cujus munere per ſe ſunt, media ſcilicet illa. Virtutes enim ſunt ſuperexcellentis illius eſſentiæ, quæ videlicet ſimpliciter ac unitè præhabeat ac contineat participabilium omnem multitudinem.* Idcirco in quibuſdam ſuarum lucubrationum quandoque eructavit, dicens, *Quot ſunt res in ſpecie, tot ſunt & Divinitates, aliæ aliis ſuperexcellentes, aliæ inferiores.* Rurſus idem in Libro, cujus initium eſt, *Non eſt nobis, amice, Et hunc itaque divinum ſplendorem & gratiam & Operationem, & donum ſanctiſſimi Spiritus, Spiritum ſanctum divi-*

Palamæ aliæ blaſphemiæ, Deorum pluralitas.

*næ Scripturæ appellant ; ſed & Deitatem &* A *Deum , & vim deificam , & per ſe bonitatem & bonificam. Rerum quoque univerſitatis auctorem ac conditorem divinæ eædem Scripturæ vocant divinam hanc gratiam , Operationem ac donum , ex ſuperessentiali Trinitate procedens , teſte Dionyſio Areopagita.*

Quique Patriarcha, fuit Iſidorus, in quodam ſuorum Modulorum , ait , *Eſſe Te quidem , non verò quid eſſe ſignificare intelligimus ; Deum autem Operationem.* Ad hæc verò Patriarcha Philotheus ipſe quoque in ſuis Canticis, ſic ait , *Venite noua nunc ſepulchri , pro Luce aſpectabili , ante illuſtrem diem ſuſcitationis regni Lucis, fruamur , eam ut Deum in ſæcula laudantes.*[1] Præterea Palamas in ſuis Orationibus, B quas *Priores & poſteriores* prænotat , hæc dicit , *Lumen tamen ipſum verè exiſtens ſpiritaliter videre dicunt ; quod ſit ipſum , & non ſymbolicum exiſtat. Cùm enim ſemper exiſtat , ſitque immateriale & quod mente poſſit intelligi , id noverunt rei ipſo periculo.* Rurſus quoque in alia ſuarum Lucubrationum , cujus initium eſt, *Suſurrans* , hæc ait , *Itaque Lumen illud tum ſymbolicum eſt , tum lumen verum : nec quovis modo verum , ſed ipſum extitit Lumen verum.* Ac rurſus in eodem Libro , *Quamvis habeat quod Lumen appellatur , ſed & verum vocatur Lumen , quinimmo , ipſum verum Lumen , quod Deus induit*

Pſal. 103.2. *tanquam veſtimentum.* Præterea addit , *Etiam contemperationes quaſdam ac mixtiones ejuſcemodi Luminis fieri , cum his qui vident.* Aitque in quadam earum quæ dicta ſunt , ſuarum de Lu- C mine Orationum , *Vnum eſt , cùm verſatur cum vidente ; quandoque diverſum videtur : Quandoque quidem aſſurgit ſupra corpus , attollitque in altitudinem nullis verbis explicabilem : quandoque rurſus etiam corpus coaptans , proprioque impartiens ſplendore & pace ac dilectione , deiformique voluptate & tranquillitate adimplens , oculis corporeis , ô miraculum ! comprehenſum efficitur. Quandoque radii in morem intelligibilibus circunfuſum , etiam oculis conſpecta illa præſtat , his , qui digni extiterint ; nullam interim ipſum prorſus vocem emittens ac ſonum : quandoque ei qui videt , per arcana verba , & ineffata ( ut ita dicam ) clarè loquitur. Ac primum apertè ita affatur ,* Ego ſum , noli timere. Ego ſum ; *Non enim Deitas à me ſeparatur , qua , per communionem illis deitatem præſto , qui deificantur. Ego ſum qui adſum , & deificationem operor. Num vides omnia in me , & me præ omnibus?* D *Verùm propter te in te fio omnia. Propter te , etiam tibi viſibilis fio.* Rurſúſque in alia , cujus initium , *Convenienter ſanè Scriptura* , hæc ait. *Vnus in contemplatione ſpiritus , cum illis qui per puram orationem interpellant , Lumen efficitur ; quod videatur , & ab eis non dividatur.* Rurſuſque in alia , *Sciunt initiati & aiunt , Non conjugium exiguis quibuſdam partibus atque viribus neceſſitudinem præſtans , ſed velut commixtionem cum anima eſſe , Luminis gratiæ in ea moram & habitationem ; mirabilem ſanè velut arcanam ac penè inauditam.* Rurſus , *Conjugalis ſocietatis unio , majus quid reliquis videtur habere : at neque illa , natu-*

Maſſalianorum iſta omnia furfuris, exque umbilico videntiū Deum.

A φαὶ κατονομάζουσιν. ἀλλὰ δὴ καὶ Θεότητα καὶ Θεὸν, καὶ θεοποιὸν, καὶ αὐτοαγαθότητα καὶ ἀγαθοποιόν. καὶ δημιουργὸν τοῦ παντὸς φασὶν αἱ θεῖαι γραφαὶ, τὴν θείαν ταύτην χάριν, ἐνέργειαν τε καὶ δωρεὰν, τὴν ἐκ τῆς ὑπερουσίου τριάδος προερχομένην, μάρτυς ὁ Ἀρεοπαγίτης Διονύσιος.

Καὶ ὁ χρηματίσας δὲ εἰς Πατριάρχην Ἰσίδωρος, ἔν τινι τῶν Στιχηρῶν αὐτοῦ φησὶ, Εἶναι δὲ τὸ μέν σε οὔτι δὲ εἶναι δηλοῦν νοοῦμεν Θεὸν δ᾽ Ἐνέργειαν. ἔτι δὲ ὁ εἰς Πατριάρχην τελέσας Φιλόθεος, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς Ἄισμασιν αὐτοῦ, οὕτω φησὶ, Δεῦτε τοῦ καινοῦ νῦν τάφου γεννήματος, φωτὸς τοῦ ὁρωμένου πρὸ τῆς δυσήμου ἡμέρας τῆς ἐγέρσεως βασιλείας τοῦ φωτὸς, ἀπολαύσωμεν ὑμνοῦντες αὐτὸ ὡς Θεὸν εἰς τοὺς αἰῶνας. ἔτι ὁ Παλαμᾶς ἐν τοῖς περὶ τοῦ Φωτὸς αὐτοῦ λόγοις, οὓς ἐπιγράφει Προτέρους καὶ δευ- B τέρους τάδε φησὶν, Ὁ μέντοι φῶς ἐν ὑποστάσει φασὶ πνευματικῶς ὁρᾶν ὂν μὲν, καὶ μὴ συμβολικόν. ἀεὶ γὰρ ὂν, ἄϋλόν τε καὶ νῷ θεωρητὸν, τοῦτο διὰ πείρας ἴσασι. καὶ πάλιν ἐφ᾽ ἑτέρου τῶν αὐτοῦ, οὗ ἡ ἀρχὴ Ὑποψιθυρίσας, τάδε φησί· Τοιγαροῦν τὸ φῶς ἐκεῖνο, σύμβολον τ᾽ ἐστὶ, καὶ φῶς ἀληθινόν· καὶ οὐκ ἀληθινὸν ἁπλῶς, ἀλλ᾽ αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ὑπῆρχε Φῶς. καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, Εἰ γὰρ καὶ Φῶς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ καὶ Φῶς ἀληθινὸν καλεῖται. μᾶλλον δὲ, αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν Φῶς, ὃ ὡς ἱμάτιον ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται. ἔτι προστίθησι, Καὶ ἀνακράσεις τινὰς καὶ μίξεις τοῦ τοιούτου Φωτὸς, μετὰ τῶν ὁρώντων ἀποτελεῖσθαι. καὶ φησὶν ἔν τινι τῶν εἰρημένων περὶ Φωτὸς αὐτοῦ λόγων, Ἓν ἐστὶν, ὅτε C μετὰ τοῦ ὁρῶντος γίνεται· ἕτερον ἄλλοτε ὁρᾶται· ποτὲ μὲν τοῦ σώματος ἀπανιστᾷ, καὶ εἰς ὕψος ἀναφέρει ἄρρητον· ἄλλοτ᾽ αὖθις καὶ τὸ σῶμα μεθαρμοσάμενον, καὶ τῆς οἰκείας μεταδεδωκὸς λαμπρότητος, καὶ εἰρήνης καὶ ἀγάπης, θεοειδοῦς τε ἡδονῆς καὶ ἀπαθείας ἔμπλεω ποιήσαν,[2] ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς, ὢ τοῦ θαύματος, γίνεται ληπτόν. ἐνίοτε ὡς ἀκτὶς περιρρέουσα, τοῖς φύσει νοητοῖς, θεατὰ ποιεῖ αὐτὰ τῷ καταξιωμένῳ βλέπειν, αὐτὸ φθογγὴν ὅλως οὐ προϊέμενον· ἄλλοτε τῷ ὁρῶντι τρανῶς διὰ ἀρρήτων, ὡς εἰπεῖν, ῥημάτων ὁμιλεῖ· καὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν λέγει φανερῶς, αὐτῷ, Ἐγώ εἰμι, μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι. οὐ γὰρ χωρίζεταί μου ἡ Θεότης, καθ᾽ ἣν τῇ κοινωνίᾳ θεῶ τοὺς θεωμένους. ἐγώ εἰμι ὁ παρὼν, καὶ ἐνεργῶν τὴν θέωσιν. οὐχ ὁρᾷς τὰ πάντα ἐν ἐμοὶ καὶ ἐμὲ πρὸ πάντων, ἀλλὰ διὰ σὲ τὰ πάντα D γινόμενον ἐν σοί. διὰ σὲ, καὶ ὁρατός σοι γίνομαι. πάλιν ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος, τάδε φησί. Ἓν θεωρίᾳ πνεῦμα τὸ Φῶς, μετὰ τῶν διὰ καθαρᾶς προσευχῆς ἐντυγχανόντων, γίνεται· ὁρώμενον, καὶ μὴ διαιρούμενον ἀπ᾽ αὐτῶν. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, Ἴσασιν, οἱ μεμυημένοι, καὶ λέγουσιν, οὐ συζυγίαν ὀλίγοις τισὶ μέρεσι καὶ δυνάμεσι τὴν ἀλληλουχίαν παρεχομένην· ἀλλ᾽ οἷον ἀνάκρασιν εἶναι πρὸς ψυχὴν, τοῦ φωτὸς τῆς χάριτος τὴν ἐνοίκησιν· θαυμαστὴν, οἷον ἄρρητον, καὶ σχεδὸν ἀνήκουστον. πάλιν, Ἡ δὲ τοῦ γαμηλίου συναλλάγματος, δοκεῖ τι τῶν ἄλλων ἑνώσεως πλέον·[3] ἀλλ᾽ οὐδὲ ἐκεῖνο σύμ-

φύσις οὐδ᾽ ἀνάκρασις ἐστίν· ἀλλ᾽ ὁμιλίᾳ τινὶ, καὶ οἷον προσκολλήσει, ἓν τὰ πλείω γίνονται. Ἔσονται, γάρ φησι, οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· καὶ σάρκα μόνην, ἀλλ᾽ οὐχὶ καὶ πνεῦμα· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἠξιωμένους ἕνωσις, γνώσεως πάντα τρόπον ὑπερβάλλουσα, τῷ παντελὴς ὑπάρχειν, καὶ τοῦ χωροῦντος, κρεῖττον ἢ λόγος, δι᾽ ὅλων τῶν καθαρῶν πνευμάτων Πνεύματος.

Ἔτι δογματίζουσιν, ὅτι κατά τινα τρόπον οὐ διακρίνονται ἀλλήλων τὰ τρία τῆς Θεότητος Πρόσωπα, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις καὶ Ἐνεργείας ἐναλλὰξ ἔχουσι τὰ Πρόσωπα. καὶ φησὶν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῷ πρὸς Παῦλον τὸν Ἀσὰν λόγῳ, Ἡνίκα διαιρεῖται τὸ Θεῖον κατὰ τὰς Ὑποστάσεις, τὸ ἀδιαίρετον ἔχει κατὰ τὰς Ἐνεργείας· ἡνίκα δὲ κατὰ τὰς δυνάμεις καὶ Ἐνεργείας διαιρεῖται, μένει κατὰ τὰς Ὑποστάσεις ἀδιαίρετον. καὶ ἐν ἑτέρῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Εὐλόγως μὲν οὖν ὁ λόγος, Ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὰς Ὑποστάσεις καὶ τὰς Ἐνεργείας διακρίνεται τὸ Θεῖον, ἑτερότης καθ᾽ ἑκατέραν διάκρισιν ὁρᾶται, ἐναλλὰξ ἔχουσαν, τὰ μὲν ἴδια τῶν θείων Ὑποστάσεων ὀνόματα, κοινά ἐστι ταῖς Ἐνεργείαις· τὰ δὲ κοινὰ ταῖς ὑποστάσεσιν, ἴδια τῶν θείων Ἐνεργειῶν ὀνόματα.

Ἔτι δογματίζουσι μὴ ἐξαρκεῖν τῇ τρισυποστάτῳ Θεότητι αὐθύπαρκτον καὶ αὐθυπόστατον δύναμιν καὶ Ἐνέργειαν εἶναι· ἀλλὰ προσδεῖσθαι καὶ ἑτέρας ἀνυποστάτου. καὶ φησὶν ὁ Παλαμᾶς ἔν τινι τῶν Διαλόγων αὐτοῦ, Ὁ μὲν Πατὴρ ἔχει σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ ζωὴν καὶ Ἐνέργειαν, τὸν Υἱὸν, οὐσιώδη καὶ φυσικήν· ὁ δὲ Υἱὸς ἀδύνατος ἔσται, καὶ ἄζωος καὶ ἀνενέργητος, ἢ καὶ ὅλη ἡ Οὐσία τῆς ἁγίας Τριάδος; καὶ ἐν τῷ Τόμῳ συνοδικῶς ἀποφαίνονται, Ἐκ δὴ τούτων ἡ θεία Σύνοδος ἀποδέδεικται φησὶ, ὡς ὁ λέγων μόνον τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀκτίστους Ἐνεργείας εἶναι τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ κοινὴν Ἐνέργειαν δοξάζων φυσικὴν τῶν τριῶν Ὑποστάσεων, τὴν Μαρκέλλου καὶ Φωτεινοῦ καὶ Σωφρονίου αἵρεσιν πάλαι τεθνηκυῖαν καὶ καταργηθεῖσαν, εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τολμᾷ παρεισάγειν Θεοῦ. καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Ἡμῖν δὲ ἄρτιος ὁ λόγος οὐ περὶ ταύτης, ἀλλὰ περὶ τῆς κοινῆς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος, ἥτις οὐχ Ὑπόστασις ἐστὶν, ἀλλὰ φύσει καὶ ὑπερφυῶς πρόσεστιν ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν Ὑποστάσεων. πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ, Πῶς οὖν ἐστὶν εὔλογον ἀρνεῖσθαι τὴν κοινὴν τῆς τρισυποστάτου Θεότητος δύναμιν, δι᾽ ἣν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα δύναμις παρὰ τῶν Θεολόγων ὕμνηται.

Ἔτι δογματίζουσι, Τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς κεκαθαρμένους κατὰ τῶν τοιούτων Ἐνεργειῶν ἀποτελέσματα, ἀκτίστους καὶ ἄκτιστα ἀποτελεῖσθαι. καὶ φησὶν ὁ Παλαμᾶς ἐν τῇ πρὸς Ἀκίνδυνον ἐπιστολῇ, Ὁρᾷς σαφῶς, ὅτι ἄκτιστος ἡ χάρις; οὐ μόνον δὲ ἡ τοιαύτη χάρις ἄκτιστος ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀποτέλεσμα τῆς τοῦ Θεοῦ τοιαύτης Ἐνεργείας ἄκτιστον ἐστί. ταῦτ᾽ ἄρα καὶ ὁ μέγας Παῦλος τὴν χρονικὴν μηκέτι ζῶν ζωὴν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐνοικήσαντος Λόγου θείαν καὶ ἀΐδιον, ἄναρχος γέγονε καὶ ἀτελεύτητος χάριτι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα, Κτιστὸς οὖν ἦν ὁ Παῦλος, μέχρις ἂν ἔζη τὴν προστάγματι Θεοῦ ἐξ οὐκ ὄντων



A *ralis quaſi concretio eſt neque commixtio; ſed quadam ex conſuetudine ac velut adhæſione unum plura fiunt.* Erunt enim, inquit, duo in carnem unam: *ſolumque in carnem, ſed non etiam in ſpiritum. Dei autem, cùm iis qui promerentur, unio, ſcientiæ omnem modum excedit, quod tota ac integra ſit, ejuſque Spiritus, qui ſermone penetrabilius, omnes pervadit mundos Spiritus.* Gen. 2. 24. Hebr. 4.12.

Præterea docent, Tres Deitatis Perſonas, quà perſonæ ſunt, quodam modo inter ſe non diſcerni; ſed contrarie viciſſim ad virtutes atque Operationes, ſe Perſonas habere. Aitque Palamas in Libro ad Paulum Aſſa. *Cùm dirimitur Deitas ſecundum Hypoſtaſes, indiſcreta manet ac indiſtincta, quoad Operationes: cùm verò ſecundum virtutes ac Operationes dirimitur, indiſcreta ac indiſtincta manet, quoad Hypoſtaſes.* In alio quoque, cujus initium, *Convenienter ſanè Scriptura, Quia enim Deitas,* B *quod attinet ad Hypoſtaſes, quodque ad Operationes dirimitur, diverſitas cernitur ſecundum utramque diſcretionem, quæ ſe contrario modo ac viciſſim habeant: Nam divinarum quidem Perſonarum propria nomina, communia ſunt Operationibus; quæ verò Perſonis communia ſunt, propria nomina ſunt divinarum Operationum.*

Ad hæc docent non ſufficere trinæ ſubſiſtenti Deitati, ipſam perſe exiſtentem ac verè ſubſiſtentem virtutem atque Operationem; ſed aliam quoque neceſſariam eſſe, quæ non ſit ipſa ſubſiſtens. Aitque Palamas C in quodam ſuorum Dialogorum, *Habet quidem Pater ſapientiam & virtutem, & vitam & Operationem (nempe Filium) eſſentialem & naturalem: Filius verò num virtutis expers & vitæ & Operationis ſeu efficacitatis, aut etiam tota Eſſentia ſanctæ Trinitatis?* In Tomo quoque Synodicè decernunt ac pronuntiant, *Ex his nimirum, ſancta Synodus oſtendit, eum qui dicat ſolummodo Filium & Spiritum ſanctum increatas eſſe Dei Operationes, tanquam non ſentiat communem trium Perſonarum naturalem Operationem, pridem extinctam ac abolitam Marcelli, Photini & Sophronii hæreſim audere denuo in Eccleſiam Dei inſinuare ac proferre.* Paucíſque interjectis, *Nobis verò plenus ſermo, non de hac, ſed de illa quæ communis eſt trinè ſubſiſtentis Deitatis, quæ ipſa non eſt Hypoſtaſis ſeu perſona, ſed natura, eximiaque ac ſupra naturam cuique divinarum Hypoſtaſeωn ſeu Perſonarum ineſt.* Rurſuſque in eodem, *Quomodo igitur rationi conſentaneum, communem trinè* D *ſubſiſtentis Deitatis inficiari virtutem, cujus ratione Filius & Spiritus ſanctus, Virtus à Theologis laudantur.*

Item docent, Qui apud illos mundati ſint, taliumque Operationum effectus, increatos & ipſos reddi. Aitque Palamas in Epiſtola ad Acindynum, *Vides clarè increatam eſſe Gratiam? Nedum autem talis gratia increata eſt, ſed & effectus talis Dei Operationis increatus eſt. Sic quoque magnus Paulus, non jam amplius temporalem vivens vitam, ſed divinam ac æternam Verbi in ipſo habitantis, æternus ac immortalis effectus eſt.* Pauciſque interjectis, *Itaque creatus erat Paulus, quandiu vitam agebat Dei juſſu ex non entibus factam: cùm verò non jam illam vivebat, ſed*

*eam quæ Dei inhabitatione præſtatur, increatus extitit per gratiam: Quiſquis denique, vivens atque efficax ſolum Dei Verbum in ſe nactus eſt.* Rurſuſque in eodem, *Quonam igitur aliquis modo, vel ſi nullam divinarum Operationum rationem habeat; unum eſſe increatum conceſſerit, non addendonaturâ, cum per gratiam multi ſint increati & dii, ac deitate ejuſmodi, quæ pro eorum ratione illis conveniat, præditi?* Ac rurſus, *Enimvero ſunt quidem hi omnes per gratiæ munus increati, uti ſanè etiam dii: ipſa verò gratia increata eſt, ſicut paulò antè probatum eſt.* Ac rurſus, *Dei Operationes increatæ ſunt, tametſi earum plerique effectus res creatæ ſint.* In Oratione quoque, cujus initium eſt, *Contentioſius quidem, Quinam igitur fiat ut gratia increata non ſit, cujus munere qui ejus fuerint participes, principii expertes & increati, immortaleſque & ſempiterni atque cœleſtes ſecundùm illam, Patrum ſententiâ dicti ſunt?*

Præterea docent eſſe multas Dei Hypoſtaſes. Ait enim Palamas, *Quia verò multas & diſtinctas Hypoſtaſes & virtutes & Operationes habet Deus, niſi una aliqua cauſa (ſeu auctor) in illis ſit, multa & diſtincta erunt divinitatis principia.* Atque id confirmat, ex eo quod iidem præterea ſentiant, doceantque; quod nimirum, multas has Operationes, quas non verè exiſtentes ac ſubſiſtentes dicebant, ipſas jam quoque Eſſentias eſſe dicant. Quamobrem ait Palamas in Oratione ad Ænum, cujus initium, *Sublato verè pudore, Atqui juxta magnificum reipſa divinoque Spiritu afflatum ſanctorum Patrum ſenſum, piè quis etiam Eſſentiam vocet, quamlibet divinarum Operationum.*

Præterea auſi ſunt impudentiſſimi hominum dicere, Certa quadam ratione ac proportione reſpondere, ſicut Legalia myſteria Evangelicorum documentorum traditionibus, ſic has quoque novis Palamæ decretis & opinionibus. Editus enim à Patriarcha Philotheo Tomus, quaſi ex Montis ſancti Monachorum perſona, Palamæ commendatitius, hæc habet. *Quæ plenè vulgata, cunctiſque communiter cognita, ac palam prædicata ſunt per Moſen decreta, Legis fuerunt myſteria, ſolis Prophetis in ſpiritu præviſa; Sanctis autem futuro ævo promiſſa bona, Evangelicæ ſunt diſciplinæ myſteria, his, qui per Spiritum digni habiti ſunt qui conſpicerent, ipſiſque adeò mediocriter in arrhabonis partem conceſſa atque præviſa. Verùm ſicut ſi quis Judæorum, non religioſa pietate Prophetas audiens, dicentes Verbum ac Spiritum Deo coæternos ac præternos eſſe, aures continuiſſet, nempe arbitratus ſe voces audire, quibus illi pietas interdiceret, eique quam pii confiterentur voci contrarias, ei nimirum quæ dicit,* Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt; *Sic & nunc fortè alicui accidat, qui myſteria Spiritus, iis duntaxat cognita qui virtutis cultu purgati ſint, religioſa pietate non audiat. Verùm ſicut rurſus prædictionum eventus, quæ tunc erant myſteria atque arcana, ma-*

Palamitarum Montis ſancti Monachorum inſulſa inſinuatio.

Deut. 6. 4.

γεγονυῖαν ζωήν· ὅτε δὲ μηκέτι ταύτην ἔζη, ἀλλὰ τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ περιγινομένην, ἄκτιστος γέγονε τῇ χάριτι καὶ πᾶς ὁ ζῶντα καὶ ἐνεργοῦντα μόνον τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἐν ἑαυτῷ κτησάμενος. πάλιν ἐν τῇ αὐτῇ, Πῶς οὖν ἄν τις συγχωρήσειε, κἂν τῶν θείων Ενεργειῶν μηδένα ποιήσεται λόγον, ἓν τὸ ἄκτιστον ὑπάρχειν, μὴ τῇ φύσει προσκειμένου, πολλῶν χάριτι ἀκτίστων ὄντων καὶ θεῶν, καὶ κατάλληλον ἑαυτοῖς ἐξ ἀνάγκης θεότητα ἐχόντων. καὶ πάλιν, Αλλὰ γὰρ ἄκτιστοι μὲν οὗτοι πάντες χάριτι, ὥσπερ δὴ καὶ θεοί. αὕτη δ' ἡ χάρις ἄκτιστος, ὡς μικρὸν ἀνωτέρω προαποδέδεικται. καὶ πάλιν, Αἱ τοῦ Θεοῦ Ενέργειαι ἄκτιστοι εἰσὶν, εἰ καὶ τὰ πλείω τῶν ἀποτελεσμάτων τούτων κτίσματα εἰσί. καὶ ἐν λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Φιλονεικοῦσι μὲν, Πῶς οὖν οὐκ ἄκτιστος ἡ χάρις, δι' ἣν καὶ οἱ μετεσχηκότες, αὐτῆς ἄναρχοι καὶ ἄκτιστοι, καὶ ἀτελεύτητοι καὶ ἀΐδιοι. καὶ οὐράνιοι κατ' αὐτὴν παρὰ τῶν Πατέρων προσηγορεύθησαν.

Ετι δογματίζουσι πολλὰς Υποστάσεις εἶναι τοῦ Θεοῦ. καὶ φησὶν ὁ Παλαμᾶς, Αλλ' ἐπεὶ πολλὰς καὶ διαφόρους Υποστάσεις καὶ δυνάμεις καὶ Ενεργείας ὁ Θεὸς ἔχει, εἰ μὴ ἕν τι τὸ αἴτιον ἐν αὐταῖς, πολλαὶ καὶ διάφοροι ἔσονται ἀρχαὶ τῆς Θεότητος. καὶ τοῦτο βεβαιοῖ, ἐκ τοῦ ἔτι δογματίζειν αὐτοὺς, καὶ τὰς πολλὰς ταύτας Ενεργείας, ἃς ἀνυποστάτους ἔλεγον, ταύτας ἤδη καὶ Οὐσίας εἶναι φάσκειν. διὸ φησὶ ὁ Παλαμᾶς, ἐν τῷ πρὸς τὸν Αἶνον λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχὴ, Αἰδοῦς ὄντως οἰχομένης, Καὶ μὴν κατὰ τὸν πολὺν ὄντως καὶ πνευματοκίνητον νοῦν τῶν ἱερῶν Πατέρων, φαίη ἄν τις καὶ Οὐσίαν εὐσεβῶς, ἑκάστην τῶν τοῦ Θεοῦ Ενεργειῶν.

Ετι ἐτόλμησαν οἱ πάντα ἀναιδεῖς, εἰπεῖν, Οτι ἀνάλογοι εἰσιν, ὥσπερ τὰ ἐν τῷ νόμῳ μυστήρια πρὸς τὰς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων παραδόσεις, οὕτως καὶ αὗται, πρὸς τὰ νέα Παλαμιτικὰ δόγματα. φησὶ γὰρ ὁ παρὰ τοῦ πατριαρχεύσαντος Φιλοθέου ἐντεθεὶς, 4 ὡς ἀπὸ τῶν Αγιορειτῶν, Τόμος, συστατικὸς ὢν τοῦ Παλαμᾶ, τάδε. Τὰ μὲν ἀρτίως καθωμιλημένα, καὶ κοινῇ πᾶσιν ἐγνωσμένα, καὶ παῤῥησίᾳ κηρυττόμενα δόγματα διὰ Μωσέως, ὑπῆρχε νόμου μυστήρια, τοῖς Προφήταις μόνοις ἐν πνεύματι προεωραμένα· τὰ δ' ἐπηγγελμένα τοῖς ἁγίοις ἀγαθὰ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα, τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἐστὶ πολιτείας μυστήρια· τοῖς διὰ τοῦ πνεύματος ὁρᾷν ἠξιωμένοις. καὶ τούτοις μετρίως ἐν ἀῤῥαβῶνος μέρει, δεδομένα τε καὶ προεωραμένα. ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις τῶν Ιουδαίων μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν Προφητῶν, λεγόντων Λόγον καὶ Πνεῦμα Θεοῦ συναΐδια τε καὶ προαιώνια, συνέσχεν ἂν τὰ ὦτα, δοκῶν ἀπηγορευμένων ἀκούειν τῇ εὐσεβείᾳ φωνῶν, καὶ τῶν ὡμολογημένης τῆς εὐσεβέσι φωνῆς ἐναντίων, δῆλον ὅτι τῆς λεγούσης Κύριος ὁ Θεὸς σου, Κύριος εἷς ἐστίν· οὕτω καὶ νῦν τάχα ἂν πάθοι τις, μὴ μετ' εὐλαβείας ἀκούων τῶν μόνοις ἐγνωσμένων τοῖς δι' ἀρετὴν κεκαθαρμένοις μυστηρίων τοῦ Πνεύματος. ἀλλ' ὥσπερ αὖθις ἡ τῶν προῤῥήσεων ἐκεί-

νων ἔκβασις σύμφωνα τοῖς φανεροῖς ἀνέδειξε τὰ τότε μυστήρια, καὶ πιστεύομεν νῦν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Θεότητα τρισυπόστατον, φύσει μίαν, οὕτω καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἐν καιροῖς ἰδίοις ἀποκαλυφθέντος, κατὰ τὴν ἄφραστον ἔκφασιν τοῦ ἐν τρισὶ τελείως ὑποστάσεσιν ἑνὸς Θεοῦ σύμφωνα πᾶσιν ἀναφανήσεται τοῖς φανεροῖς τὰ μυστήρια. δεῖ μέντοι κἀκεῖνο σκοπεῖν, ὡς εἰ καὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς ὕστερον ἐξεφάνη τὸ τρισυπόστατον τῆς Θεότητος τῷ λόγῳ τῆς μοναρχίας μηδαμῶς λυμαινόμενον· ἀλλὰ τοῖς μὲν Προφήταις ἐκείνοις, καὶ περὶ τῆς ἐκβάσεως τῶν πραγμάτων ἀκριβῶς ἐγινώσκετο· τοῖς δ' αὐτοῖς τηνικαῦτα πειθομένοις, ἀπαράδεκτον ἦν· τὸν ἴσον ἄρα τρόπον, οὐδὲ νῦν τοὺς λόγους τῆς ὁμολογίας ἀγνοοῦμεν· τῶν δὲ παρρησίᾳ κηρυττομένων καὶ τῶν νῦν μυστικῶς ἐν πνεύματι τοῖς ἀξίοις προφαινομένων.

A *niſeſtis conſentire oſtendit; credimuſque nunc in Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, trine ſubſiſtentem Deitatem, naturâ unam; ſic & futuro ſæculo temporibus ſuis patefacto, ſecundum ineffabilem Dei unius in tribus Perſonis manifeſtationem, myſteria atque arcana manifeſtis conſona cunctis videbuntur. Sed & illud nihilominus obſervandum, quanquam poſtea finibus terræ innotuit, trine ſubſiſtentis Deitatis fidem, nequaquàm officere doctrinæ unius principatus; Prophetæ tamen illa, ante etiam rerum eventum, certò cognoſcebant; his autem qui tunc illis credebant, non ſatis ſuaderi poterat: eodem ergo modo, ne nunc quidem non neſcimus Confeſſionis verba, quæ palam prædicantur, tum ſcilicet eorum, quæ nunc myſticè in ſpiritu dignis prælucent.*

B

Ταῦτα ἐκ τῶν πολλῶν καὶ ἀναριθμήτων παραλόγων καὶ βλασφήμων δογμάτων τοῦ Παλαμᾶ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου, συμφορηθέντα ἡμῖν ἐξετέθη ἐνταῦθα· τὸ πλῆθος φορτικὸν εἶναι ἡγησαμένοις, καὶ διὰ τοῦτο παραιτησαμένοις· οἶμαι δ' ἱκανὰ εἶναι τὴν αὐτῶν παραστῆσαι πίστιν ἔξω παντελῶς τῶν ὅρων οὖσαν τῆς παρὰ τῶν ἁγίων καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς κηρυττομένης πίστεως· καὶ ταῦτα ἐξ αὐτῶν ἐκείνων τῶν ῥημάτων καὶ λόγων καὶ ἀποφάσεων, ἅπερ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ συνεγράψαντο, καὶ συγγραψάμενοι, πιστεύειν παραδεδώκασι, τούς τε μὴ πειθομένους δημοσίαις ἐπ' ἐκκλησίας ἀραῖς καὶ ἀναθέματι ὑποβάλλουσι. τὰ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν τοῦ Παλαμᾶ λόγων καὶ δογμάτων ἐλήφθη, ὃς τῆς πίστεως ταύτης διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἐγένετο· δι' ἣν οὐ ζῶν μόνον τετίμηται, ἆθλον τῆς πίστεως ταύτης τὴν Θεσσαλονίκην ἀπενεγκάμενος· 5 [5] ἀλλὰ καὶ θανὼν, ὕμνοις καὶ θυσίαις ἴσα τοῖς ἐπ' εὐσέβειαν πάλαι ποτὲ διαλάμψασι διδασκάλοις τῆς ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Βασιλείῳ, Χρυσοστόμῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς, κατ' ἔτος πανηγυρίζεται· τὰ δ' ἐκ τῶν ἐν τῷ Τόμῳ διαρρήδην κειμένων, ἐν ᾧ Ἐκκλησία ὅλη καὶ Σύνοδος ὅλη Βασιλέως προκαθεζομένου, τὴν ἐκείνου βεβαιότατα πίστιν ταύτην, ὡς ὅρον εὐσεβείας καὶ στήλην ὀρθοδοξίας, τοῖς ἄλλοις κατέχειν παραδέδωκε, καὶ ὃν ἐπίσης τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις τιμῶσι, καὶ πάντα τρόπον ὑπὲρ τοῦ συνεστάναι τοῦτον καὶ τὸ κῦρος ἔχειν πραγματεύονται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἰδίως ἐν αὐτῷ μνήμην αὐτοῦ ὡς εὐσεβεστάτου, καὶ τῆς ἀληθείας ὑπερμαχήσαντος διὰ πάντων, τὸ συνέδριον ἐκεῖνο τῆς ἐκκλησίας ποιεῖται, καὶ ἅμα τὰ ὁπουδήποτε εἰρημένα αὐτῷ, ὡς ὀρθότατα εἰρημένα καὶ γεγραμμένα κατὰ τὸν κανόνα τῆς εὐσεβείας, ἐπαινοῦσα καὶ νομοθετοῦσα παραδίδωσι.

Hæc ex multis, ac quæ numerum excedere videantur, ex abſurdis blaſphemiſque Palamæ, ejuſque Synodi dogmatis, quantum operæpretium videbatur, hîc loci expoſuimus; multitudinem ipſam moleſtam exiſtimantes, quâ proinde abſtinendum duximus. Puto autem ſatis eſſe quæ allata ſunt, ad probandum eorum fidem, extra fidei Catholicæ ac Apoſtolicæ, quam Sancti prædicant, fines prorſus poſitam eſſe; idque adeò ex ipſis eorum verbis & ſermonibus ac ſententiis, quæ communiter privatimque conſcripſerunt, ac ſcripto credenda tradiderunt, eoſque qui non credunt, publicis in Eccleſia diris ac anathe- C mati ſubjiciunt. Nam pars quidem, ex Palamæ Libris & orationibus dogmatiſque ſumpta eſt, qui ejus fidei magiſter duxque fuit; cujus merito nedum vivens honores conſecutus eſt, quod ita credidit docuitque, Theſſalonicenſis Archiepiſcopus factus; verùm etiam mortuus, hymnis ac hoſtiis, pari munere ac qui olim Eccleſiæ Doctores pietatis laude claruerunt, Athanaſius, Baſilius, Chryſoſtomus, ac reliqui, quotannis feſtivè celebratur; pars verò, ex iis quæ in Tomo diſertè ipſiſque clarè verbis habentur; in quo Eccleſia tota, univerſaque Synodus, præſidente Imperatore, hanc illius firmiſſimè fidem, velut pietatis regulam rectæque fidei columnam, reliquis tenendam tradidit, ac quem perinde ac ſacra Evangelia colunt, nihilque non moliuntur ut ille conſiſtat ac firmitatis obtineat robur: ſed & ſeorſim, velut religioſiſſimi, ac qui in omnibus pro D veritate pugna functus ſit, conventus ille Eccleſiæ, illius in eo memoriam facit, ſimulque ab eo quovis loco dicta, ceu rectiſſimè dicta ſcriptaque ad pietatis normam, laudans ſancienſque tradit.

Palamas erroris mercede Archiepiſcopus ſuis, & Sanctus.

Φασὶ γοῦν ἐν τῷ Τόμῳ μετὰ τὰ ζητήματα περὶ τὸ τέλος ἐγγὺς, Αὐτὸν τὸν μέντοι τὸν πολλάκις ῥηθέντα Θεσσαλονίκης ἱερώτατον Μητροπολίτην, μηδὲν ἀπᾳδόντων θείων λογίων γράφοντά τε καὶ φρονοῦντα· μᾶλλον δὲ καὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν εὐσε-

Aiunt itaque in Tomo poſt Quæſtiones prope illius finem, *Cæterum, quem ſæpius ſacratiſſimum Theſſalonicenſem Metropolitam diximus, qui nihil diſſentaneum divinis eloquiis vel ſcribat vel ſentiat; quin potius, qui etiam pro com-*

Synodi pro Palama ſententia.

*muni noſtra pietate & traditione, pro eo ac honeſti rectique ratio poſtulat, depugnet, nedum per calumniam, illi, ſeu magis Eccleſiæ, objectis nugis, modis omnibus ſuperiorem, ſed & Eccleſiæ ac pietatis tutiſſimum defenſorem & propugnatorem, adiutoremque decernimus ac pronuntiamus. His autem eo eventu peractis, adhuc reliquum erat, nobis hoc ſatagentibus, ut ſcilicet dicam inferre volentium crimen omne dilueremus, nec ea quæ in ſacratiſſimi Theſſalonicenſis Lucubrationibus ac ſcriptis, Eccleſiæ hoſtes erroris nota aſpergerent ac ſugillarent, indiſcuſſa omittere; quanquam ex iis quæ in ſancta Synodo examinata ſunt, hæc etiam omnia merito videri poſſint comprehenſa. Cum itaque potentiſſimus ac ſanctiſſimus Dominus noſter ac Imperator, hæc ſeorſim illius conſcripta manu nactus eſſet, ac nobis ea porrexiſſet; nos ſingula quæque in ſacratiſſimi Theſſalonicenſis codice legimus ſerioque examinavimus, convenientes in magnam Eccleſiam, d'emque in ea communi conventu, non ſemel, ſed bis, terque ac ſæpius tranſigentes, ſacratiſſimumque Theſſalonicenſis Eccleſiæ Metropolitam, in his quoque ſacris Theologis conſentaneum invenimus; ejus vero accuſatores, multis magniſque hæreſibus obnoxios, dictiſque Theologorum palam contradicentes;* tumque hæc illaque ſubjiciunt, compluraque alia nugantur, haud ſecus ac impudicæ mulieres, ſuam ipſorum turpitudinem aliis tribuentes.

Celebrant verò eum, in iis etiam, in quibus non credentes ipſorum blaſphemiis anathemate feriunt. Aiunt itaque, *Gregorii ſanctiſſimi Metropolitæ Theſſalonicenſis, qui Synodicè in majori Eccleſia Barlaamum & Acindynum, Hæreſeωn auctores ac inventores abdicavit*; tumque adjectis, in quibus eos calumniæ non piget, nec mendacii, abundè ſubjiciunt, *Qui pro communi Chriſti Eccleſia veriſque ac certis de Deitate decretis ſapienter admodumque ſtrenuè ſcriptorum monumentis, ſermonibuſque ac diſputationibus depugnavit, unamque Deitatem & Deum unum trine ſubſiſtentem, operationis ac voluntatis facultate præditum, omnipotentem, per omnia increatum, ſecundum Scripturas & Theologos harumque interpretes, prædicavit, quique horum omnium & verbis & factis & conſocius & adſtipulator & conſentiens diligenſque curator ac propugnator enituit, æterna memoria*; ut volunt ipſi. Quomodo autem unum Deum dicat, manifeſtum eſt ex antè dictis; velut nimirum, quod ex multis atque diverſis ſeu diſtinctis unum conflatur. Quomodo verò voluntatis ac operandi vi præditum, velut ſcilicet qui multas atque diverſas ſeu diſtinctas operationes in ſe contineat; atque ut multis ſuorum ſcriptorum locis, omnipotentem eum vocat, Non quia divina eſſentia & infinita, omnemque vincens plenitudinem omnia poteſt, eſtque omnia, & vita & ſapientia & bonitas & virtus ſeu potentia, ac ſi quid aliud abſolutè illi tribuitur; ac ſicut Damaſcenus dicit; *Deus eſt Eſſentia omnium creatrix ob ſummam perfectionem & ſimplicitatem & unitatem*: ſed ita dicit omnipotentem, velut qui

A βείας καὶ παραδόσεως, ὡς προσῆκεν, ὑπερμαχοῦντα, οὐκ ἀνώτερον μόνον πάντα πᾶσι τῶν κατ' αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ τῶν κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἐρεσχελιῶν, ἀλλὰ καὶ ἀσφαλέστατον τῆς ἐκκλησίας καὶ τῆς εὐσεβείας πρόμαχον καὶ προαγωνιστὴν καὶ βοηθὸν ταύτης ἀποφαινόμεθα. τούτων δὲ οὕτως ἐκβάντων, λοιπὸν ἦν ἔτι προθυμουμένοις πᾶσαν αἰτίαν τῶν βουλομένων αἰτιᾶσθαι περιαιρεῖν· μὴ δὲ ἅπερ τῶν ἐν τοῖς τοῦ ἱερωτάτου Θεσσαλονίκης συγγράμμασιν ἐν αἰτίαις ἐποιοῦντο οἱ τῆς ἐκκλησίας πολέμιοι, μὴ δὲ ταῦτα παραδραμεῖν ἀβασάνιστα, εἰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐξετασθέντων ἐν τῇ θείᾳ συνόδῳ, καὶ ταῦτα πάντα περιελήφθησαν. εὑρόντος οὖν ταῦτα τοῦ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν Αὐθέντου καὶ Βασιλέως καταγεγραμμένα κατὰ μέρος παρὰ τῆς ἐκείνου χειρὸς, καὶ πρὸς ἡμᾶς ταῦτα δόντος, ἡμεῖς ἕκαστον τούτων, ἐν τῷ
B ἱερωτάτου Θεσσαλονίκης βιβλίῳ ἀνέγνωμέν τε καὶ ἐξετήσαμεν, συνελθόντες κατὰ τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ συνδημερεύσαντες, οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις, καὶ τὸν μὲν Θεσσαλονίκης ἱερώτατον Μητροπολίτην, καὶ ἐν τούτοις σύμφωνον τοῖς ἱεροῖς Θεολόγοις εὕρομεν· καὶ συνήγορον Χριστοῦ χάριτι τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας· αὐτοὺς δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλαις αἱρέσι περιπίπτοντας, καὶ τοῖς παρὰ τῶν Θεολόγων εἰρημένοις, φανερῶς ἀντιλέγοντας. εἶτα ἐπιφέρουσι τὰ καὶ τά· καὶ ὅσα ἄλλα φλυαροῦσιν, ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν, ἑτέροις τὴν ἑαυτῶν ἀσχημοσύνην ἀνατιθέντες.

Αναγορεύουσι δὲ αὐτὸν, καὶ ἐν οἷς ἀναθεματίζουσι τοὺς μὴ πειθομένους ταῖς αὐτῶν βλασφημίαις. φασὶ γοῦν, Γρηγορίου τοῦ ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης, τοῦ συνοδικῶς ἐπὶ Εκκλησίας
C μεγάλης Βαρλαάμ τε καὶ Ακίνδυνον, τοὺς ἀρχηγοὺς καὶ ἐφευρετὰς τῶν αἱρέσεων καθελόντος, σὺν τῇ περὶ αὐτοὺς πονηρᾷ συμμορίᾳ· εἶτα ἐπάγοντες, ἐν οἷς συκοφαντοῦντες καὶ ψευδόμενοι οὐκ αἰσχύνονται, προσεπάγουσι, τῆς δὲ κοινῆς τοῦ Χριστοῦ Εκκλησίας, καὶ τῶν ἀληθινῶν καὶ ἀπταίστων περὶ Θεότητος δογμάτων σοφῶς καὶ γενναίως ἄγαν προπολεμήσαντος, καὶ συγγράμμασι καὶ λόγοις καὶ διαλέξεσι, καὶ μίαν Θεότητα, καὶ Θεὸν ἕνα τρισυπόστατον, ἐνεργῆ, θελητικὸν, παντοδύναμον, ἄκτιστον διὰ πάντων, κατὰ τὰς γραφὰς καὶ τοὺς Θεολόγους καὶ ἐξηγητὰς τούτων ἀνακηρύξαντος· τοῦ καὶ κοινωνοῦ καὶ συνῳδοῦ, καὶ συμφώνου καὶ σπουδαστοῦ καὶ συναγωνιστοῦ πάντων τούτων ἀναφανέντος, καὶ λόγοις καὶ
D πράγμασιν, αἰωνία ἡ μνήμη, ὡς αὐτοὶ βούλονται. πῶς δὲ ἕνα Θεὸν φησὶ, δῆλον ἐκ τῶν προειρημένων· ὅτι ὡς τὸ ἐκ τῶν πολλῶν καὶ διαφερόντων ἕν. πῶς δὲ θελητικὸν καὶ ἐνεργῆ, ὡς πολλὰς καὶ διαφόρους Ενεργείας ἐν ἑαυτῷ περιέχοντα, καὶ ὡς πολλαχοῦ τῶν ἑαυτοῦ λόγων παντοδύναμον φησὶ, οὐχ ὅτι ἡ θεία οὐσία καὶ ἄπειρος καὶ ὑπερπλήρης ἐκείνη πάντα δύναται, καὶ πάντα ἐστὶ, καὶ ζωὴ καὶ σοφία καὶ ἀγαθότης καὶ δύναμις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἀπολελυμένως ἀποδίδοται αὐτῇ, καὶ καθὼς ὁ Δαμασκηνὸς λέγει. Θεός ἐστιν οὐσία δημιουργικὴ τῶν ὅλων δι' ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν·

σιν. ἀλλ' οὕτω φησὶ παντοδύναμον, ὡς ἐν ἑαυτῷ πολλὰς καὶ πάσας περιέχοντα δυνάμεις, διαφερούσας πρός τε ἑαυτὰς, καὶ πρὸς τὴν θείαν οὐσίαν, τὸν προειρημένον τρόπον. τὸ δὲ ἐστιν, τῇ θείᾳ οὐσίᾳ τῇ τελειοτάτῃ, καὶ ἧς οὐδὲν τελειότερον, τελειότητα προσάπτειν, προστιθέντας αὐτῇ καθάπερ ὀφθαλμοῖς ὁρατικὴν δύναμιν, καὶ τὸ ὁρᾶν. ὅπερ ἐατέον ἐπὶ τῆς θείας φύσεως, μηδεμίας ἐπικουρίας δεομένης.

Ἐπεὶ τοίνυν ὅλη Σύνοδος τῆς Ἐκκλησίας ταύτης ἀποφαίνεται, ἐν τῷ ἐκτεθέντι τῆς ἑαυτῆς πίστεως ὅρῳ, ὅτι τὸν Παλαμᾶν μηδὲν ἀπᾷδον τῶν θείων λογίων γράφοντά τε καὶ φρονοῦντα μετ' ἐξετάσεως κατέλαβε· μᾶλλον δὲ τῆς εὐσεβείας ὡς προσῆκεν ὑπερμαχοῦντα· καὶ ὅτι συνελθόντες πολλάκις κατὰ τὴν μεγάλην Ἐκκλησίαν, ἕκαστον τῶν ἐν τοῖς αὐτοῦ γράμμασιν ἀναγνόντες καὶ ἐξετάσαντες, σύμφωνον καὶ κοινωνὸν καὶ συναγωνιστὴν τοῖς ἱεροῖς Θεολόγοις, καὶ συνήγορον κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας εὗρον, ἐκ τῶν τοιούτων καὶ τῶν ὁμοίων, φανερὸν, ὡς οἱ τῆς Ἐκκλησίας ταύτης περιεχόμενοι, καὶ τὸν Τόμον τοῦτον καθάπερ ὁμολογίαν τῆς καθολικῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως φυλάσσοντες, οὐ δυνήσονται ἀρνεῖσθαι τὰ ὁπουδήποτε τῷ Παλαμᾷ εἰρημένα, μὴ καὶ ἑαυτῶν πίστιν ὁμολογεῖν. καὶ ἴσως μετ' ἐκεῖνον, οἱ τοῖς ἐκείνου συνηγορεῖν βουλόμενοι, τοῦτο μὲν πρὸς τοὺς ἐλέγχους ἀπαγορεύοντες· τοῦτο δὲ, πρὸς τὸ φανερὸν τῶν προφαινομένων ἀτόπων αἰσχυνόμενοι, οὐκ ὀλίγον τῶν τοιούτων ὑφεῖλον. πλὴν καὶ μικρὰ τῶν ἐκείνου, τὴν, ἣν εἶχε περὶ τῶν θείων μαρτυρήσει δόξαν. ὅπουγε εἰ καὶ μηδὲν τῶν αὐτοῦ λόγων προὔκειτο γράμματι, κοινῇ καὶ ὁμολογουμένῃ παραδόσει τῆς πίστεως ἀπᾷδον, αὐτὸς ὁ Τόμος, ἱκανὴν παρεχόμενος περὶ τοῦ ἀνδρὸς καὶ τῆς ἐκείνου πίστεως μαρτυρίαν, καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα τούτῳ ζητήματα, αἵ τε κατασκευαὶ, καὶ αἱ κατὰ μέρος ἀποφάσεις καὶ διαφοραὶ, ἀρκούντως ἂν εἶχε τὴν ὅλην τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ αὐτῶν καινοτομίαν παραστῆσαι. καὶ τοῦτο ἐκ τῶν εἰρημένων, δῆλον.

Ἃ μὲν οὖν περὶ τοῦ ζητήματος τῆς θείας Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας ὅλη Σύνοδος πολλάκις συνελθοῦσα, καὶ συσκεψαμένη διέκρινε καὶ ἀπεφήνατο, καὶ ὅπως περὶ τῆς ἐν τῷ Τόμῳ τούτῳ περιεχομένης τοῦ Παλαμᾶ πίστεως κηρύττει, καὶ ἥτις ἐστὶν αὕτη, ὡς ἐν τύπῳ περιλαβεῖν εἴρηται. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνον μὲν σύμφωνον τοῖς ἱεροῖς Διδασκάλοις ὁ Τόμος τῆς Συνόδου ταύτης φανερῶς καταψεύδεται· τὸ δὲ πρῶτον τῶν προφαινομένων ἀτόπων, καὶ οὗ δοθέντος τ' ἄλλα ἠκολούθησε, τοῦτ' ἐστὶν, ὅτι τὸν Θεὸν εἰς Οὐσίαν καὶ Ἐνέργειαν διεῖλον, ὡς τὸ ὂν καὶ μὴ ὂν, καὶ ὑφεστὼς καὶ μὴ ὑφεστὼς, καὶ τὸ ἀόρατον καὶ ὁρατόν· ἴσον δ' εἰπεῖν τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ζωὴν καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν αὐτοῦ καὶ ἀγαθότητα, καὶ τ' ἄλλα ὁμοίως, καθ' ἣν ἡ Οὐσία τοῦ Θεοῦ, εἴτουν ὁ Θεὸς ζῇ καὶ σοφὸς καὶ δυνατὸς καὶ ἀγαθός ἐστι, καθ' ἑαυτὸν, ἐν αἰωνίῳ καὶ ἀμεταβλήτῳ ταυτότητι κατὰ μίαν ἵδρυσιν



A in ſeipſo multas omneſque complectatur virtutes, ſeu vires, tum ipſas inter ſe, tum ab eſſentia divina, quomodo in ſuperioribus recenſuimus, diſtinctas. Hoc verò eſt, divinæ eſſentiæ, quæ ſit perfectiſſima, ac qua nihil perfectius, perfectionem quaſi adnectere, adjunctis illi dotibus, ac ſi oculis videndi vim, ac quod videant, adjungas; cujus nec meminiſſe decet in divina natura, quæ nullius auxilio egeat.

Quia igitur univerſa ejus Eccleſiæ Synodus, in ea, quam edidit, ſuæ fidei Regula, profitetur, nihil ſe diſſonum ab eloquiis divinis, aut ſcribentem Palamam aut ſen-
B tientem, ejus diſcuſſâ cauſâ deprehendiſſe; quinimmò pietatem, pro officii ratione, propugnantem; quodque ſæpius convenientes in magnam Eccleſiam, ſingulaque in ejus Libris ac ſcriptis contenta, legentes ac examinantes; ſacris Theologis conſentientem, conſociumque ac compugilem, nec non veritatis fidei defenſorem, ipſum invenerunt; ex ejuſmodi hiſque affinibus liquet, qui ejus Eccleſiæ cùm cenſeatur, hunc Tomum velut Catholicæ ac inculpatæ fidei confeſſionem ſervant, negare non poſſe, quæ uſquam gentium dicta Palamæ ſunt, hanc quoque eorum fidem eſſe. Ac fortè qui poſt illum, ipſius dictis patrocinari in animum induxerunt, partim quidem argumentis in contrarium impares, partim verò ſic palam abſurda erubeſcentes, ex ejuſmodi non pauca
C ſuſtulerunt. Verùm ejus ipſa pauca reſidua, illius de divinis opinionem, ut ea habuerit, abundè teſtabuntur. Nam etſi nihil ejus ſermonum extaret literis conſignatum, quod communi ac receptæ fidei traditioni diſſonum videretur, unus ipſe Tomus, ſufficiens de viro ejuſque fidei teſtimonium præbens, atque illo contentæ Quæſtiones, probationeſque ac ſigillatim ſententiæ diſtinctioneſque, abundè eſſent, ut omnem illius horumque fidei novationem repræſentaret. Idque adeò ex iis quæ dicta ſunt, liquet.

Depurgati partim erroribus Palamæ libri è ſequacibus.

Quæ igitur mota Quæſtione de divina Eſſentia & Operatione, univerſa Synodus ſæpius conveniens diſceptanſque decreverit ac pronuntiarit; quomodo item de Palamæ fi-
D de in illo contenta Tomo prædicet, ac quænam illa ſit, quaſi compendio ac rudi minerva dictum eſt. Quod verò hujus Synodi Tomus, conſentire cum ſacris Doctoribus palam mentitur; primumque inter abſurda ipſa conſpicua, ac quo dato ſecuta ſunt reliqua, iſtud eſt, quod penes Eſſentiam & Operationem Deum diviſerunt, tanquam penes ens & non ens, verè exiſtens ſeu ſubſiſtens, & non verè exiſtens aut ſubſiſtens, quod oculis videri non poteſt & quod oculis videri poteſt; perindeque dicas, penes Dei eſſentiam, ejuſque vitam & ſapientiam & virtutem ſeu potentiam & bonitatem, aliaque ſimiliter; qua nimirum Dei Eſſentia, ſive Deus, vivit, & ſapiens & potens & bonus per ſeipſum eſt, in æterna & immobili iden-

titate, una eademque ſtabilitate, conſiſtens; A cuncta ipſe exiſtens eaque omnia quæ ſunt, citra omnem comparationem excedens; Neceſſarium eſt hoc loco, ut ſacrorum Doctorum quædam repræſentemus, in quibus idem in Deo ac indiſtinctum aſſerunt Operationem & Eſſentiam, vitamque & ſapientiam & virtutem, cunctaque omnino quæ abſolutè ei tribuuntur, idem eſſe reipſa, nihilque diſtincta eſſe, ſeu differre ab ejus Eſſentia; ut & Palamæ decreto diſſentanea eſſe & abhorrere à Sanctorum doctrina & traditione eluceat (perindeque dicas, Tomi hujus oſtendatur falſitas) noſque adeò amaram falſamque auditionem (eam ſcilicet, quam modò expoſuimus, blaſphemiam) dulci ſermone ac potabili (vera nimirum Sanctorum doctrina) eluamus.

*Auctoris ſcopus, confutãda Palamæ doctrina.*

Id enimverò ante omnia, velutque in antecesſum, B ſciendum eſt, Operationem (ἐνέργειαν Græci vocant) tribus modis apud Sanctos dici. Vt enim auctor eſt D. Anaſtaſius Ieroſolymitanus, ἐνέργεια (id eſt, Operatio) tripliciter dicitur; tum nimirum virtus ſeu potentia qua Deo comparatum ut operetur; tumque habitudo ab operante ad id quod operatione præſtatur, ac denique qui ex illis effectus conſequitur. Sed & Sanctus Ioannes Damaſcenus, eodem modo. Operatio igitur (id eſt, ἐνέργεια) modò quidem facultatem operandi ſignificat; modò verò, operari; modo autem, quod operatione efficitur, & ἐνέργημα dicunt. Neque igitur diſſidentibus de tertio illo ſeu effectu, ſermo fuit, neque verò de ſecundo (de habitu ſcilicet ſeu habitudine, C quæ à nobis Deum inter operantem, effectuſque illi editos media intercedere intelligitur) Hæc enim ſunt extra Deum. Quæ autem ſunt extra Deum, creaturæ ſunt, quanquam alia aliis dignitatum præſtantia nobiliora ſunt, ut ait magnus Baſilius in Antirrheticis; ſed de virtute & Operatione, per quam habet operari, & ſecundùm quam eſt Operatio ceu actus, & ens & forma & vita & ſapientia & bonitas, vel ſi quid aliud eſt, quod omni ſemper mentis comprehenſione ſuperius invenitur. Hoc enim quod rei cuique eſt ἐνεργείᾳ (quaſi *operatione*, actu ſcilicet) eſſe; quicquid tandem illud ſit, quod velut perfectio & forma, & (ut quidam vocant) ἐντελέχεια, actus nimirum ſubjectæ cujuſque rei conſideratur; in iis quidem quæ creata ſunt, à ſubjecto, in quo eſt, D diſtinguitur, pro rerum creatarum duplicitate & diſtinctione ac compoſitione; velut ſcilicet ens & non ens, perfectum & imperfectum, quod tribuit formam & quod recipit: in Deo autem, qui totus Operatio ſubſiſtens ac perfecta eſt, actuſque, & à quo procul abeſt quod eſt potentia, ac imperfectũ eſt, ob ſummam perfectionem & ſimplicitatem, idem eſt ejus Operatio, ſeu actus, cum Eſſentia, qua eſt. Perindeque dicas, idem eſſe vitam cum ejus eſſentia; ſic ſimiliter in aliis, quæ Eſſentiæ Dei tribuuntur: Alioqui enim, tum ejus vita, expers eſſentiæ eſſet; tum eſſentia, vitæ; quodque alterum altero

*Num Andreas Ieroſol. vel Anaſtaſius Sinaita?*

*Lib. 3.c.26.*

*Baſil. adverſus Eunom.*

*In creatis, diſtinctæ ab ipſis perfectiones, in Deo unum cum illo ac ipſe Deus.*

ἑστηκὼς, πάντα ὢν ὁ αὐτὸς καὶ τῶν ὄντων πάντων ἀσυγκρίτως ὑπερανῳκισμένος· ἀναγκαῖον ἐνταῦθα τῶν ἱερῶν Διδασκάλων ἐκθεῖναί τινα, ἐν οἷς ταυτὸν καὶ ἀδιάφορον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν Ἐνέργειαν τῇ Οὐσίᾳ φασὶ, καὶ τὴν ζωὴν καὶ σοφίαν καὶ δύναμιν, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ ἀπολελυμένως ἀποδιδόμενα αὐτῷ, ταυτὸ εἶναι κατὰ τὸ πρᾶγμα, καὶ μηδὲν διαφέρειν τῆς Οὐσίας αὐτοῦ· ὡς ἂν καὶ τὸ ἀπᾶδον καὶ ἀσύμφωνον τῶν τοῦ Παλαμᾶ δογμάτων πρὸς τὴν τῶν ἁγίων διδασκαλίαν καὶ παράδοσιν ἀναφανῇ· ἴσον δὲ εἰπεῖν, ἡ τοῦ Τόμου ψευδολογία παραδειχθῇ, καὶ ἡμεῖς ἁλμυρὰν ἀκοὴν, τὴν προεκτεθεῖσαν βλασφημίαν, ἀποκλύσωμεν ποτίμῳ λόγῳ τῇ τῶν Ἁγίων ἀληθεῖ διδασκαλίᾳ.

Τοῦτο μέντοι προϋποκείμενον εἰδέναι χρεὼν, ὅτι τριχῶς λέγεται ἡ Ἐνέργεια παρὰ τοῖς Ἁγίοις. κατὰ γὰρ τὸν θεῖον Ἀναστάσιον Ἱεροσολύμων, τριχῶς λέγεται ἡ Ἐνέργεια· ἥ τε δύναμις καθ᾽ ἣν 6
ὁ Θεὸς ἐνεργεῖν πέφυκε· καὶ ἡ σχέσις ἡ ἀπὸ τοῦ ἐνεργοῦντος πρὸς τὸ ἐνεργούμενον, καὶ αὐτὸ τὸ ἀποτελούμενον ἐκ τῶν ἡγουμένων. καὶ δὴ καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, οὕτω. Ἡ οὖν Ἐνέργεια, ποτὲ μὲν σημαίνει τὴν ἐνεργητικὴν δύναμιν· ποτὲ δὲ τὸ ἐνεργεῖν· ποτὲ δὲ, τὸ ἐνέργημα. οὔτε τοίνυν ὁ λόγος τοῖς διαφερομένοις περὶ τοῦ τρίτου, τοῦ ἐνεργήματος, γέγονεν, οὔτε περὶ τοῦ, τῆς ἀφ᾽ ἡμῶν μέσον Θεοῦ τοῦ ἐνεργοῦντος, καὶ τῶν ἐνεργημάτων νοουμένης σχέσεως· ταῦτα γὰρ ἐκτὸς τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ ἔξω τοῦ Θεοῦ, κτίσματα, κἂν ἄλλα ἄλλων διαφοραῖς ἀξιωμάτων προτετιμημένα τυγχάνῃ, ὡς ἐν τοῖς Ἀντιρρητικοῖς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος· ἀλλὰ περὶ τῆς δυνάμεως καὶ Ἐνεργείας, καθ᾽ ἣν ἐνεργεῖν πέφυκε, καὶ καθ᾽ ἣν ἐστὶν ἐνέργεια καὶ ὂν καὶ εἶδος καὶ ζωὴ καὶ σοφία καὶ ἀγαθότης, ἢ ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ πάσης καταληπτικῆς ἐπινοίας ἀνώτερον ἀεὶ θεωρούμενον. αὐτὸ γὰρ τὸ ἐνεργείᾳ εἶναι ἑκάστῳ ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶν, ὅπερ ὡς τελειότης καὶ εἶδος, καὶ ὥς τινες εἶπον, ἐντελέχεια οὑτινοσοῦν ὑποκειμένου πράγματος θεωρεῖται, ἐπὶ μὲν τῶν κτισμάτων, τοῦ ὑποκειμένου ἐν ᾧ ἐστὶ διαφέρει, διὰ τὴν ἐν τοῖς κτιστοῖς διπλόην καὶ διαφορότητα καὶ σύνθεσιν, ὡς τὸ ὂν, τοῦ μὴ ὄντος· καὶ τὸ τέλειον, τοῦ ἀτελοῦς· καὶ τὸ εἰδοποιοῦν τοῦ εἰδοποιουμένου. ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, ὃς ἐστὶν ὅλος ἐνέργεια ὑφεστῶσα καὶ τελεία, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἀτελὲς πόῤῥω ἐπελήλαται, διὰ τὴν ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα, ταυτὸν ἐστὶν ἡ Ἐνέργεια αὐτοῦ, ᾗ ἐστὶ τῇ Οὐσίᾳ αὐτοῦ· ἴσον δὲ εἰπεῖν, ταυτὸν ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ τῇ οὐσίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὡσαύτως τῶν ἀποδιδομένων τῇ Οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ. ἄλλως γὰρ, ἥ τε ζωὴ αὐτοῦ, ἀνούσιος ἂν ἦν· ἥ τε οὐσία, ἄζωος· θατέρου τε θατέρου πρὸς

ὕπαρξιν καὶ τελειότητα δεόμενον, σύνθετον καὶ ἀτελὲς παρείσῃ τὸ πρῶτον καὶ ἄκρον ἀγαθόν. ὥστε οὐ ῥητέον ὅτι ὁ Θεὸς ἔχει ἐνέργειαν ἢ ζωὴν ἢ ἀγαθότητα· τοῦτο γὰρ μερικόν τι καὶ ἀτελὲς δείκνυσι τὸν Θεόν, ἀλλ' ὅλος ἐστὶν ἐνέργεια καθ' ἑαυτὴν ὑφεστῶσα, καὶ ὅλος ζωή, καὶ ὅλος ἀγαθότης, δι' ἄκραν τελειότητα καὶ ἁπλότητα καὶ ἕνωσιν. τὸ γὰρ ἔχον, οὗ ἔχει διαφέρει· ἐκεῖ δέ, οὐδεμία ἐστὶ διαφορὰ πραγματική. ἐπεὶ οὐκ ἂν ἦν ὁ Θεὸς μία οὐσία καὶ ἕν, ὅτι ποτ' ἐστὶν ἐκεῖνο πρᾶγμα· πλὴν τῆς κατὰ τὰ Πρόσωπα ἢ τὰς Ὑποστάσεις διαφορᾶς καὶ διακρίσεως, ἥτις οὐ διαφερόντων πραγμάτων καθ' αὑτὰ ποιεῖ διαφοράν, ἀλλ' ἀριθμὸν διακρίσεως προσωπικῆς κατὰ τὴν Τριάδα εἰσάγει. ἐπεὶ κατὰ τὸν Δαμασκηνόν, ἐν μόναις ταύταις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι Τρεῖς Ὑποστάσεις, Πατρότητι, Υἱότητι καὶ Ἐκπορεύσει. καὶ ὥσπερ γελοῖον ἦν λέγειν, ὅτι ἡ θάλασσα ἔχει ὕδωρ, εἴγε τὸ σύστημα τῆς θαλάσσης ὅλον ὕδωρ ἐστίν, οὕτω γελοιότερον λέγειν, ὅτι ὁ Θεὸς ἔχει οὐσίαν καὶ νόησιν, ἢ ζωὴν ἀλλ' ὅλος ἐστὶν οὐσία· καὶ ὅλος νόησις καὶ ὅλος ζωή. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἁπλῶς καὶ ἀπολελυμένως ἀποδιδομένων τῷ Θεῷ ῥητέον. τοῦτο δὲ δῆλον, ἐκ τῶν ὑποκειμένων. ἡ γὰρ θεολογία τὸ προτεθὲν ἀληθὲς ἀποδείξει.

Καὶ δὴ πρῶτον αὐτὸς ὁ Κύριος λέγει, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ τὸ φῶς. εἰ τοίνυν οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ, ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλ' ἕτερόν τι παρὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον, καὶ οἷον βούλονται εἶναι τὴν ζωὴν καὶ τὴν ἀλήθειαν, καὶ ὅλως τὴν Ἐνέργειαν, οἱ ταύτην τῆς Οὐσίας ἕτερον τιθέμενοι· οἷον καὶ τὸ ἐν τῷ Θαβωρείῳ φανὲν λέγουσιν ἐπὶ τῆς τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως φῶς· οὕτω δὲ ἀναίρεσις ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἕπεται, τοῦ τῆς θείας σαρκώσεως μυστηρίου· ἢ, εἴπερ αὐτὸς ἦν ἀληθῶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, ὁ ταῦτα περὶ ἑαυτοῦ λέγων, ὥσπερ οὖν καὶ ἦν καὶ ἔστιν· ὅλη γὰρ ἡ θεία φύσις ἐν μιᾷ τῶν αὐτῆς ὑποστάσεων σεσάρκωται, κατὰ τὴν τῶν Ἁγίων παράδοσιν, ὁμολογεῖν ἐξ ἀνάγκης ἀκολουθεῖ, τῇ οὐσίᾳ τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν ζωὴν ἐπὶ Θεοῦ ταυτὸν εἶναι.

Ἔπειθ' ὁ μακάριος Παῦλος φησί, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν. εἰ δὲ λέγοι τις δύο σοφίας ἐν τῷ Θεῷ εἶναι, τὴν μὲν ὑφεστῶσαν, τὴν δὲ ἀνούσιον, οὐδὲν λέγει. ἐπεὶ γὰρ ἐντελεστάτη καὶ ὑπερπλήρης ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ἡ ἐνυπόστατος δύναμις, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, περιττὸν καὶ ἑτέραν αὐτῷ προστιθέναι ἀνούσιον, ὡς ἂν τῆς ὑφεστώσης καθ' αὑτὴν ἐλλιπῶς ἐχούσης· καὶ ἅμα τὰ τῆς συνθέσεως καὶ τοῦ ἀτελοῦς ἄτοπα ἀνακύπτει· οὐ γὰρ δύναιτ' ἂν ἐνταῦθα λέγειν μίαν τῷ ἀριθμῷ τὰς δύο σοφίας εἶναι, καθάπερ τὸν Υἱὸν σοφίαν φαμέν, ἐκ σοφίας τοῦ Πατρός, ὥσπερ καὶ ζωὴν ἐκ ζωῆς, καὶ φῶς



A ad exiſtentiam ac perfectionem viciſſim indigeat, primum ſummumque bonum compoſitum atque imperfectum exhibet. Quocirca non eſt dicendum Deum habere operationem aut vitam aut bonitatem (id enim, eſſe Deum quidpiam particulare ac imperfectum deſignat) ſed totum eſſe operationem, & totum vitam, & totum bonitatem per ſe ſubſiſtentem, ob ſummam perfectionem & ſimplicitatem & unitatem. Habens enim, ab eo diſtinguitur, quod habetur. In Deo autem, nulla realis diſtinctio eſt; alioqui non eſſet Deus una eſſentia, unumque, quicquid tandem illud ſit, excepta duntaxat Perſonarum ſeu Hypoſtaſeωn diſtinctio-
B ne ac diſcretione, quæ non rerum per ſe differentiã & diſtinctionem facit ſed numerum diſcretionis perſonalis penès Trinitatem inducit. Nam, ut auctor eſt Damaſcenus, in his duntaxat tribus hypoſtaticis proprietatibus diſtinguntur inter ſe, tres ſanctæ Hypoſtaſes ſeu Perſonæ, Paternitate, Filietate & Proceſſione. (Libr. 1. c. 8.) Ac ſicut ridiculum eſſet dicere, quod mare aquam habeat, quandoquidem maris omnis coalitio aqua eſt; ſic magis ridiculè dicatur, habere Deum eſſentiam & intelligentiam, aut vitam; ſed eſſe totum eſſentiam & totum intelligentiam, & totum vitam. Idemque de reliquis dicendum, quæ ſimpliciter & abſolutè Deo tribuuntur. Ac liquet ex ſubjunctis. Theologia enim propoſitam veritatem probabit.

C Ac ſanè primùm ipſe Dominus ait, *Ego ſum vita & veritas, & lumen.* (Ioann 14. 6. & 8. 12.) Si igitur non erat Filius ac Verbum Dei qui hæc loquebatur; ſed aliud quid præter ejus eſſentiam, eſſentiæ expers nec verè exiſtens aut ſubſiſtens; quale denique volunt eſſe vitam & veritatem, ac prorſus Operationem, qui hæc aliud quid ab Eſſentia eſſe ſtatuunt, cujuſmodi etiam dicunt Lumen, quod in Thaborio, in Dominica Transformatione apparuit. Sic verò, ſi hoc dederimus ac ſupponamus, conſequens eſt actum eſſe de divinæ Incarnationis myſterio; aut, ſiquidem ipſum verè erat Dei Verbum, unus ſcilicet ſanctæ Trinitatis, qui hæc de ſeipſo loquebatur, uti profectò & erat & eſt (tota enim divina natura in una ſuarum Hypoſtaſeωn ſeu Perſonarum, incarnata eſt, uti Sanctorum traditio habet) D ſequitur neceſſariò confitendum, veritatem ac vitam idem in Deo eſſe ac eſſentiam.

Non diſtingui realiter in Deo Eſſentiam ab operatione

Deinde beatus Paulus ait, *Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.* (1. Cor. 1. 24) Quod ſi quis duas in Deo eſſe ſapientias dicat, unam quidem ſubſiſtentem, alteram verò quæ eſſentiæ expers exiſtat, nihil dicit. Cùm enim perfectiſſima ſit, omnemque excedens plenitudinem Dei ſapientia, virtus ipſa ſubſiſtens, Dei Filius, per quem facta ſunt omnia, ſuperfluum eſt aliam quoque eſſentiæ expertem nec verè exiſtentem, ac ſi ipſa per ſe ſubſiſtens non ſufficeret, illi adjungere; ſimulque emergunt compoſitionis Deique imperfecti abſurda. Non enim hîc poſſint dicere unam numero eſſe geminam ſapientiam, quemadmodum Filium ſapientiam ex Patre ſapientia dicimus;

velut etiam vitam ex vita, & lumen de lumine; unam tamen numero ſapientiam confitemur & vitam, unamque rem. Haud tamen hoc loco id dici queat. Quid ita? Quod nimirum has dicant inter ſe realiter diſtingui; ita nimirum, ut altera eſſentia ſit, altera eſſentiæ expers. Quorum autem tanta diſtinctio eſt, nunquam contingat unà conſiſtere, remque unam numero fore.

Nempe, non diſtingui ab abſolutis; non inter ſe.

Patrem vero & Filium dicimus nihil prorſus realiter ullove modo diſtingui juxta fidei aſſertionem. Sed & qui hæc dicat, reprehendit Athanaſius in ſuis adverſus Arianos libris, hiſce verbis.

Orat. 3. p. 409.

*Vbi enim prorſus invenerunt in divina Scriptura dictum, vel ab ullo omnino audierunt, tanquam alius ſit Verbum, præter hunc Filium, ut & talia ipſi comminiſcantur? Quomodo verò non hæc quoque portentoſa eorum ludificatio, quòd dicant Sapientiam quidem Patri coexiſtere, eam tamen Chriſtum non eſſe?* Et rurſus, *Non enim vita in vita vivit; nam alioqui vita non fuerit.*

De Incarn. p. 596.

Præterea quoque in libro de ipſius Verbi in carne Diſpenſatione, *Si enim ipſe Vita eſt, quomodo Vita vitam accipit?*

Hebr. 1. 3.

Ad hæc Apoſtolus de Filio Dei dicit, *Cùm ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus.* Quamobrem idem ſunt hoc loco, figura & ſplendor, ſubſtantiaque & gloria idem ac eſſentia. Omneſque adeo Chriſti Eccleſiæ Magiſtri, omnem diverſitatem ac duplicitatem, realemque diſtinctionem in Deo tollunt.

Baſil. contra Eunom.

Magnus Baſilius dum ſcribit adverſus Eunomium, ait, *In Dei forma, in Dei eſſentia eſt: Nec enim aliud forma eſt, aliudque eſſentia, ne ſit compoſitus. Omnis imago, aut eſſentiæ aut formæ, aut figuræ, aut ſpeciei, aut coloris imago eſt: Deus autem in nullo horum, ſed in eſſentia ſolummodo eſt.*

Dialect. c. 30.

Beatus quoque Ioannes Damaſcenus ait, *Eſſentia & forma & natura, idem ſunt in Deo.*

Libr. 1. c. 9.

Et rurſus, *Deus ſimplex eſt omniſque expers compoſitionis:* Quod autem ex multis atque diſtinctis conflatum eſt, compoſitum eſt. Si igitur increatum, immortale, principii expers, eſſe creatorem, æternum, habere providentiam, eſſentiales in Deo differentias dixerimus, ex tam multis cōflatum, ipſum compoſitum, non ſimplex erit, quod extremæ impietatis eſt.

Libr. 1. c. 9.

Idem, *Non debet in Deo dici qualitas, ne eum compoſitum dicamus ex eſſentia & qualitate.*

S. Maxim.

Vnius Dei propriè ſimplicitas

Sanctus Maximus Capitibus ſuis ad Elpidium, *Omnis intellectio, ſicut in ſubſtantia omnino exiſtentiam habet velut qualitas, ſic & circa ſubſtantiam qualitatibus imbutam motum habet. Non enim aliquid abſolutum ac ſimplex, per ſeipſum ſubſiſtens, poteſt eam recipere, quod nec ipſa abſoluta ac ſimplex eſt. Deus autem utroque modo omnino ſimplex exiſtit; ac tum ſubſtantia eſt ſine ſubjecto, tum intellectio, omni prorſus carens ſubjecto.* Idem in iiſdem Capitibus. *Deus, ſive ſubſtantiam dicamus, non habet potentiam intelligendi (ut ſic dicam) paſſivè, quæ ei naturaliter cointelligatur, ne inde compoſitus exiſtat; ſive dicamus intellectionem, non habet naturaliter ſibi ſubjectam ſubſtantiam, in qua recipiatur; ſed ipſum ſecundum eſſentiam Deus intellectio eſt, totuſque ac ſolum intellectio, ipſumque ſecundū intellec-*

A ἐκ φωτός· μίαν μέντοι εἶναι τῷ ἀριθμῷ ὁμολογοῦμεν σοφίαν καὶ ζωὴν, καὶ ἓν πρᾶγμα. οὐκοῦν τοῦτο δυνατὸν ἐνταῦθα λέγεσθαι. διατί· ὅτι ταύτας μὲν ἀλλήλων πραγματικῶς φασὶ διαφέρειν· ὡς τὴν μὲν, οὐσίαν εἶναι· τὴν δὲ, ἀνούσιον· καὶ τὰ ἐπὶ τοσοῦτον διαφέροντα, οὐδέποτ᾽ ἂν δυνηθῆναι συστῆναι καὶ ἓν τῷ ἀριθμῷ γενέσθαι πρᾶγμα.[7] τὸν δὲ Πατέρα καὶ Υἱὸν, μηδὲν μηδαμῇ 7
πραγματικῶς καὶ ὁπωσοῦν διαφέρειν κατὰ τὴν τῆς πίστεως θέσιν φαμέν. ἀλλὰ καὶ τὸν ταῦτα λέγοντα, ἐν τοῖς κατὰ Ἀρειανῶν ὁ Ἀθανάσιος ἐξελέγχει, λέγων οὑτωσί. Ποῦ γὰρ ὅλως εὗρον παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ λεγόμενον, ἢ παρά τινος ὅλως ἤκουσαν, ὡς ὄντος ἄλλου Λόγου παρὰ τοῦτον τὸν Υἱὸν, ἵνα καὶ τοιαῦτα ἑαυτοῖς ἀναπλάσωνται· πῶς δὲ οὐ τερατολογία αὐτῶν καὶ ταῦτα, λέγειν μὲν σοφίαν συνυπάρχουσαν τῷ Πατρὶ, μὴ εἶναι δὲ ταύτην τὸν Χριστόν. B καὶ πάλιν, Οὐ γὰρ ἡ ζωὴ ἐν ζωῇ, ζῇ, ἐπεὶ οὐκ
ἂν εἴη ζωή. καὶ ἔτι ἐν τῷ[8] περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκο- 8
νομίας αὐτοῦ Λόγῳ, Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ἡ ζωὴ, ζωὴν πῶς ἡ ζωὴ λαμβάνει; ἔτι ὁ ἀπόστολος περὶ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ φησὶν, Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ὥστε ταυτόν ἐστιν ἐνταῦθα, χαρακτὴρ καὶ ἀπαύγασμα, καὶ ὑπόστασις καὶ δόξα, ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ. καὶ πάντες δὲ οἱ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας Διδάσκαλοι, πᾶσαν ἑτερότητα καὶ διπλόην, καὶ πραγματικὴν διαφορὰν ἐπὶ Θεοῦ ἀφαιροῦντες. ὁ μὲν μέγας Βασίλειος, C κατ᾽ Εὐνομίου γράφων, φησὶ, τὸ Ἐν μορφῇ Θεοῦ, οὐσία ἐστὶ Θεοῦ. οὐδὲ γὰρ ἄλλο μορφὴ, καὶ ἄλλο οὐσία, ἵνα μὴ σύνθετος ᾖ. πάλιν ὁ αὐτὸς, Πᾶσα εἰκὼν, ἢ μορφῆς, ἢ σχήματος ἢ εἴδους, ἢ χρώματος ἐστὶν εἰκών· Θεὸς δὲ ἐν οὐδενὶ τούτων, ἐν δὲ οὐσίᾳ μόνῃ. καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης Δαμασκηνός φησι, Οὐσία καὶ μορφὴ καὶ φύσις ἐπὶ Θεοῦ, ταυτόν ἐστι. καὶ πάλιν, Τὸ θεῖον ἁπλοῦν ἐστὶ καὶ ἀσύνθετον· τὸ δὲ ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων συγκείμενον σύνθετον. εἰ οὖν τὸ ἄκτιστον καὶ ἀθάνατον καὶ ἄναρχον καὶ δημιουργικὸν καὶ αἰώνιον, καὶ προνοητικὸν οὐσιώδεις διαφορὰς εἴπομεν ἐπὶ Θεοῦ, τὸ ἐκ τοσούτων συγκείμενον, σύνθετον ἔσται, οὐχ ἁπλοῦν· ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν. Ὁ αὐτὸς, Οὐ χρὴ λέγειν ἐπὶ Θεοῦ ποιότητα, ἵνα μὴ σύνθετον αὐτὸν εἴπωμεν ἐξ οὐσίας καὶ ποιότητος.

Ὁ ἅγιος Μάξιμος[9] ἐν τοῖς πρὸς Ἐλπίδιον Κε- 9
D φαλαίοις, Πᾶσα νόησις, ὥσπερ ἐν οὐσίᾳ πάντως ἔχει τὴν θέσιν ὡς ποιότης, οὕτω καὶ περὶ οὐσίαν πεποιωμένην ἔχει τὴν κίνησιν. οὐ γὰρ ἄφετόν τι καὶ ἁπλοῦν, καθ᾽ αὑτὸ ὑφεστὼς, δυνατὸν αὐτὴν ἐπιδέξασθαι, ὅτι μὴ ἄφετος ἐστὶ καὶ ἁπλῆ· ὁ δὲ Θεὸς κατ᾽ ἄμφω πάμπαν ὑπάρχει ἁπλοῦς, καὶ οὐσία ἐστὶ τῶν ἐν ὑποκειμένου χωρὶς, καὶ νόησις μὴ ἔχουσα καθ᾽ ἅπαξ ὑποκείμενον. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς, Τὸν Θεὸν, εἴτε οὐσίαν εἴπωμεν, οὐκ ἔχει φυσικῶς αὐτῷ συνεπινοουμένην τὴν τοῦ νοεῖσθαι δύναμιν, ἵνα μὴ σύνθετος ᾖ· εἴτε νόησιν, οὐκ ἔχει φυσικῶς δεκτικὴν τῆς νοήσεως ὑποκειμένην οὐσίαν, ἀλλ᾽ αὐτὸ κατ᾽ οὐσίαν, νόησίς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ ὅλος νόησις, καὶ μό-

A νον καὶ αὐτὸ κατὰ τὴν νόησιν οὐσία· καὶ ὅλος οὐσία καὶ μόνον, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν ὅλος, καὶ ὑπὲρ νόησιν ὅλος, διότι μονὰς ἐστὶν ἀδιαίρετος καὶ ἀμερὴς καὶ ἁπλῆ. ὁ αὐτὸς, Μὴ ἕξεις καὶ ἐπιτηδειότητας ζητήσῃς ἐπὶ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπείρου οὐσίας, τῆς ἁγίας Τριάδος, ἵνα μὴ σύνθετον αὐτὴν ποιήσῃς ὥσπερ τὰ κτίσματα. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς εἰς τὸν ἅγιον Διονύσιον Σχολίοις, Μόνος ὁ Θεὸς ἐστὶν ἁπλοῦς κυρίως, καὶ ἑνὰς καὶ μονάς, πάντα δὲ μετὰ Θεὸν, δυάδες εἰσὶ καὶ σύνθετα, εἰ καὶ μὴ ἐπίσης. τὰ μὲν γὰρ νοητὰ, ἔκ τε οὐσίας ὑπάρχουσι, καὶ συστατικῆς διαφορᾶς ἀφοριζούσης ἕκαστον. πᾶν γὰρ τὸ ἔχον συνεπιθεωρούμενόν τι πρὸς δήλωσιν τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, οὐκ ἁπλοῦν κυρίως. τὰ δὲ αἰσθητὰ, ἐξ ὕλης καὶ εἴδους.

B Ἔτι ὁ θεῖος Διονύσιος, Οὐ διαιρετέον φησὶ τὸ καλὸν καὶ κάλλος, ἐπὶ τῆς ἐν ἑνὶ τὰ ὅλα συνειληφυίας αἰτίας. ταῦτα γὰρ, ἐπὶ μὲν τῶν ὄντων ἁπάντων εἰς μετοχὰς καὶ μετέχοντα διαιροῦντες, καλὸν μὲν εἶναι λέγομεν, τὸ κάλλους μετέχον· κάλλος δὲ, τὴν μετοχήν· τὸ δὲ ὑπερούσιον κάλλος, τὸ αὐτὸ καὶ κάλλος καὶ καλὸν λέγεται. καὶ πάλιν, Οὐκ ἄλλο δὲ εἶναι τἀγαθὸν φημὶ, καὶ ἄλλο τὴν ζωήν· οὐδὲ πολλὰ τὰ αἴτια, καὶ ἄλλων ἄλλας παρακτικὰς Θεότητας, ὑπερεχούσας καὶ ὑφειμένας. καὶ πάλιν, Εἰ δ' ἐν τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθὸν ὕπαρξις ἐστὶν, ἔσται ὁ μεταβάλλων ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, ποτὲ μὲν ὢν, ποτὲ δὲ μὴ ὤν. ὁ αὐτὸς Εἶεν οὖν, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τῷ λόγῳ τὴν ἀγαθωνυμίαν χωρῶμεν, ἣν ἐξῃρημένως οἱ Θεολόγοι τῇ ὑπερθέῳ Θεότητι καὶ ἀπὸ πάντων ἀφορίζουσιν, αὐτὴν οἶμαι τὴν θεαρχικὴν ἀγαθότητα, λέγοντες. πάλιν, Τῷ εἶναι τἀγαθὸν

C ὡς οὐσιῶδες ἀγαθὸν, εἰς πάντα τὰ ὄντα διατείνει τὴν ἀγαθότητα.

Ἔτι ἡ κατὰ Μανιχαίων γενομένη Σύνοδος, φησὶ, Τὸ ἀγαθὸν, οὐσία ἐστὶν ἐπὶ Θεοῦ· ἐπὶ δὲ τῶν γεννητῶν, συμβεβηκός. ἔτι ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Ἀγαθὸν τὸ Πνεῦμα ὡς ἀγαθὸς ὁ Πατὴρ, καὶ ἀγαθὸς ὁ ἐκ τοῦ Ἀγαθοῦ γεννηθεὶς, οὐσίαν ἔχων τὴν ἀγαθότητα. πάλιν, Διαφορὰ δὲ ταῖς θείαις Δυνάμεσι πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, αὕτη, ὅτι τῷ μὲν, φύσις ἡ ἁγιωσύνη· τοῖς δὲ, ἐκ μετουσίας ὑπάρχει τὸ ἅγιον. καὶ ταῦτα τοῦ αὐτοῦ, ἐν τῇ πρὸς τοὺς Νεοκαισαρέας ἐπιστολῇ, Εἰ μὴ ἁπλοῦν ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐξ οὐσίας καὶ ἁγιασμοῦ συνέστη. καὶ τίς οὕτως ἀνόητος, ὥστε

D σύνθετον εἰπεῖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον·

Ἔτι ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξηγούμενος τὸ, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, φησὶν, Εἰ οὖν ἄλλο ζωὴ, ἕτερον δὲ τὸ φῶς, ἕτερον δὲ ἡ οὐσία, σύνθετος ἔσται καὶ οὐχ ἁπλοῦς. καὶ πάλιν, ἐξηγούμενος τὸ, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, τοῦτον ἴδοι τις ἂν μικρὸν ὕστερον καὶ φῶς λεγόμενον, καὶ τὸ φῶς πάλιν ὀνομαζόμενον ζωὴν, καὶ τὴν ζωὴν ἀλήθειαν. πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς, Τοῦτο δὲ εἶπε, τὸ, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν δηλονότι, οὐχ ἵνα σύνθεσιν ὑποπτεύσωμεν, ἀλλ' ἵνα κατὰ μικρὸν ἀναχθῶμεν εἰς τὸ τῶν δογμάτων ὕψος. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐνενόησέ τις εὐκόλως τῶν πολλῶν πῶς ἐστιν ἐν-



A *tionem eſſentia, & totus eſſentia & ſolum, & ſuper eſſentiam totus, & ſuper intellectionem totus, eo quod unitas indiviſa & impartibilis & ſimplex exiſtat.* Idem, *Ne habitus & habilitate quæras in ſimplici & infinita ſubſtantia (ſancta nimirum Trinitate) ne illam creatorum more, compoſitam facias.* Idem in Scholiis in ſanctum Dionyſium, *Solus Deus verè ac propriè ſimplex eſt, veréque ac propriè Vnum & Vnitas & Monas: Cuncta verò à Deo ſecunda, dualitates ſunt (ut ſic dicam) & compoſita. Etenim ſpiritalia & quæ mente intelligimus, ex ſubſtantia ſunt & conſtituente differentia, qua res ſingulæ diſcernuntur. Quicquid enim aliquid habet quod unà intelligatur ad ſubſtantiæ ſuæ ſeu eſſentiæ manifeſtationem, non verè ac propriè ſimplex eſt. Quæ verò in ſenſum ca-*

B *dunt, ex materia & forma ſunt compoſita.*

De Divin. nom. c. 4. §. 7.

Præterea D. Dionyſius, *Non dividendum* ait, *pulchrum & pulchritudinem, in auctore & cauſa, quæ univerſa in uno comprehendit. Hæc enim in quovis ente in participationes, & ea quæ participant dividentes, pulchrum dicimus, quod pulchritudinis particeps eſt, pulchritudinem verò, participationem:Upereſſentialis autem pulchritudo, eadem & pulchritudo & pulchrum nuncupatur.* Rurſumque, *Porro non aliud bonum eſſe dico, atque aliud vitam, nec plures auctores ſeu cauſas, aliaſque aliarum effectrices Deitates, quæ ſuperemineant, & quæ inferiores exiſtant.* Et rurſus, *Sin autem in Deo bonum ſubſtantia eſt, is, qui à bono mutatur, quandoque quidem ens, quandoque verò nihil erit.* Idem, *Eſto igitur, ad ipſam jam ſermone procedamus boni nuncupationem, quam ſingulariter Theologi ſupra-quàm-Deo deitati & ex omnibus tribuunt, ipſam puto divinam ſubſtantiam Bonitatem vocantes.* Rurſus, *Quod bonum ſit, tanquam eſſentiale bo-*

C *num, in ea quæ ſunt omnia, bonitatem extendit.*

Synodus contra Manich.

Basil. ad Amphil.

Præterea, Quæ adverſus Manichæos Synodus coacta eſt, ait, *Bonum in Deo eſſentia eſt; in genitis autem ſeu creatis, accidens.* Ad hæc magnus Baſilius in ſuis ad Amphilochium de Spiritu ſancto Capitulis, *Spiritus ſanctus Bonus eſt, ſicut bonus eſt Pater, & bonus qui ex bono natus eſt, eſſentiam habens bonitatem.* Rurſus, *Intereſt autem hoc divinis Poteſtatibus ac Spiritui ſancto, quod huic quidem, natura ſanctitas eſt; illis verò ex commercio ac participatione eſt, quod ſunt ſanctæ.* Hæc quoque ipſius ſunt in Epiſtola ad Neocæſarienſes, *Niſi Spiritus ſanctus ſimplex eſt, ex eſſentia & ſanctitate conſtat. Et quis verò ſic demens, ut Spiritum ſanctum com-*

Ad Neocæſar.

D *poſitum dicat?*

Chryſ. in Ioannem variis locis Ioan. 8. 12. & 1. 1.

Præterea D. Chryſoſtomus exponens illud, *Ego ſum lux mundi*, ait, *Igitur ſi vita aliud eſt; aliud verò lux, aliud autem eſſentia aut ſubſtantia, compoſitus erit & non ſimplex.* Et rurſus exponens illud, *In principio erat Verbum. Iſtud brevi poſt viderit quis etiam lucem dictum; lucemque rurſus vitam nuncupatam, & vitam veritatem.* Rurſus ibidem, *Hoc autem dixit, nempe In ipſo erat, non ut compoſitum opinemur, ſed ut paulatim ad celſa decreta provehamur. Quia enim nemo vulgi facilè in animum inducturus erat, quomodo ejus vita, ipſa per ſe ac verè exiſteret, prius*

Ioan. 5. 26. & 14. 16.

*dixit quod erat humilius, moxque eruditum auditorem, ad id quod ſublimius provehit. Nam qui dixerat*, Dedit ei vitam habere; *hic rurſus ait*, Ego ſum vita. Porro obſerva, quemadmodum Sanctus compoſitionem exiſtimet, ſi quis aliud quid vitam in Deo, aliud lucem; aliudque eſſentiam exiſtimet, uti ſuperius dixit.

Cyrill.

Præterea D. Cyrillus in Actis tertiæ Synodi, ait, *Quemadmodum unitas nunquam dividatur in duas unitates. Quæ enim in hæc dividatur, non unitas fuerit, ſed binitas, ut ſic loquar: ſic & unum, quod ſumma conſertum unione eſt, haud in duo dividi poſſit. Etenim ſimplex erit univerſorum Deus.* Idem in Theſauris, exponens illud,

Ioan. 5. 26.

*Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo*, ait, *Hoc loco, his qui nolunt recte intelligere ingentis blaſphemiæ periculum oritur. Si enim Pater dicitur habere vitam in ſemetipſo, aliud quidpiam eſt, præter vitam quæ in ipſo eſt. Hoc autem ſi dederimus, quædam velut duplicitas ac compoſitio circa illum intelligetur. Atqui id eſt abſurdum.* Idem alibi, *Si enim aliud quidem eſt Deus, aliaque præter ipſum, quæ in eo eſt, ſcientia, erit compoſitus & non ſimplex. Quod verò exploratum ſit eſſe ſimplicem, non aliud quid præter ipſum, quæ in eo ſcientia eſt. Nos autem non ſic, alioqui eſſemus aliquid per eſ-*

1. Ioan. 4. 8.

*ſentiam ab æterno; ſed in eſſentia poſitam habemus bonitatem.* Et rurſus, *Deus charitas eſt, juxta Ioannis vocem; nec ipſe quidem aliud quid, aliud verò quod in ipſo eſt: Eſt enim ſimplex, omnique carens compoſitione.* Rurſus, *Non enim erit natura ſimplex univerſorum Deus; ſed magis compoſitus exque duobus conſtans, ſiquidem quæ in eo vita eſt, alia ab ipſo eſt.*

Nyſſenus adverſus Eunom.

Præterea Nyſſenus in Confutationibus, *Igitur ſi etiam Filius una vita ſincera ac pura eſt, ab omni duplici ratione ac compoſitione remota, nullaque præter ejus vitam res ſubjecta eſt. Quomodo enim in eo qui ſimplex eſt, alienæ rei commixtio ulla exiſtimari poſſit? &c.* Idem in Oratione

Orat. Catech.

Catechetica, *Non enim compoſitione vacat, quod alterum in altero dicatur eſſe. Sed omnino neceſſarium, cùm explorata ſimplicitas ſit, ipſum Verbum vitam eſſe, non vitæ participationem.*

Auguſt. de Trinit.

Præterea ſanctus Auguſtinus, quem Oecumenicæ Synodi præcellentiſſimum doctorem teſtantur, eumque qui ejus ſermones non recipiat, anathemati ſubjiciunt. Is igitur Libro 7. de Trinitate, ait, *In illa ſimplicitate non aliud eſt ſapientem eſſe, quàm eſſe; ſed eadem ibi ſapientia, quæ & eſſentia.* Adhuc in eodem libro: *Nefas eſt dicere, ſubſtare Deum ac ſubjici bonitati ſuæ; & non potius bonitatem ſubſtantiam eſſe; nec bonitatem eſſe Deum, ſed in eo ut in ſubjecto eſſe.*

Athanaſius contra Arian.

Ad hæc magnus Athanaſius Orat. de Filio, *Niſi enim ſubſtantialis ſapientia ac verbum eſſentia præditum & qui ſit verè, Filius eſt, ſed ſimpliciter ſapientia & verbum & Filius in Patre eſt, fuerit ipſe Pater compoſitus ex eſſentia & verbo.* Idem in Oratione Apologe-

Orat. pro Synodo Nicæn.

tica pro Synodo, *Si quis igitur Deum compoſitum eſſe exiſtimat, quaſi accidens in ſubſtantia,*

A πόστατος αὐτοῦ ἡ ζωή, πρότερον ἐκεῖνο εἶπε, τὸ ταπεινότερον, ἔπειτα παιδευθέντα πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἄγει. ὁ γὰρ εἰπὼν, Ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν ἔχειν· οὗτος πάλιν φησὶν, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. καὶ σημείωσαι, πῶς σύνθεσιν ὁ Ἅγιος ἡγεῖται, εἴ τις ἄλλο μὲν τὴν ζωὴν ἐπὶ Θεοῦ λέγοι, ἕτερον δὲ τὸ φῶς, ἕτερον δὲ τὴν οὐσίαν, ὡς ἀνωτέρω εἶπεν.

Ἔτι ὁ θεῖος Κύριλλος ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῆς τρίτης Συνόδου, φησὶν, Ὥσπερ ἡ μονὰς οὐκ ἂν τμηθείη εἰς μονάδας δύο· ἡ γὰρ εἰς ταῦτα διαιρουμένη, οὐκ ἂν εἴη μονὰς, ἀλλὰ δυάς· οὕτω καὶ τὸ ἓν, κατὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν, οὐκ ἂν εἰς δύο διαιρεθείη· καὶ γὰρ ἁπλοῦς ἐστιν ὁ τῶν ὅλων Θεός. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς Θησαυροῖς ἐξηγούμενος, τὸ, Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, φησὶν, Ἐνταῦθα τοῖς ὀρθῶς οὐκ ἐθέλουσι νοεῖν, εἰς πολὺν ὁ λόγος κινδυ-B νεύσει δυσφημίαν. εἰ γὰρ ἔχειν ἐν ἑαυτῷ λέγεται ζωὴν ὁ Πατὴρ, ἕτερόν τι ἐστὶ παρὰ τὴν ἐν αὐτῷ ζωήν. εἰ δὲ τοῦτο, διπλόη τις ὥσπερ καὶ σύνθεσις περὶ αὐτὸν νοηθήσεται. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἄλλοις, Εἰ γὰρ ἕτερον μέν τις ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἑτέρα δὲ παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις, σύνθετος ἔσται, καὶ οὐχ ἁπλοῦς. ἐπεὶ δὲ ἁπλοῦς ὁμολογουμένως, οὐχ ἕτερόν τι παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις. ἡμεῖς δὲ, οὐχ οὕτως· ἐσμὲν γάρ τι κατ' οὐσίαν ἀϊδίως· ἐν δὲ τῇ οὐσίᾳ κειμένην ἔχομεν τὴν γνῶσιν. καὶ πάλιν, Ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, κατὰ τὴν τοῦ Ἰωάννου φωνὴν, καὶ οὐκ ἕτερον μέν τι αὐτὸς, ἕτερον δέ τι τὸ ἐν αὐτῷ· ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀσύνθετος. πάλιν, Οὐ γὰρ ἁπλοῦς ἔσται τὴν φύσιν ὁ τῶν ὅλων Θεός· σύνθετος δὲ μᾶλλον καὶ ἐκ δύο συγκείμενος, εἴπερ ἐστὶν ἑτέρα παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ ζωή.

C Ἔτι ὁ Νύσσης ἐν τοῖς Ἀντιρρητικοῖς, Εἰ οὖν καὶ ὁ Υἱὸς μία ζωή ἐστιν εἰλικρινής, πάσης συνθέσεως καὶ διπλόης κεχωρισμένη, καὶ οὐδὲν ὑπόκειται πρᾶγμα παρὰ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. πῶς γὰρ ἐν τῷ ἁπλῷ μίξις ἀλλοτρίου πράγματος ὑποπτεύοιτ' ἂν, καὶ τὰ ἑξῆς. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ Κατηχητικῷ, Οὐ γὰρ ἂν ἐκτὸς εἴη συνθέσεως, τὸ ἕτερον ἐν ἑτέρῳ λέγειν εἶναι· ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα, τῆς ἁπλότητος ὁμολογουμένης, αὐτὸ ζωὴν εἶναι τὸν Λόγον, οὐ ζωῆς μετουσίαν. 10

Ἔτι 10 ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος, ὃν αἱ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι, Διδάσκαλον τῆς Ἐκκλησίας ἐξοχώτατον μαρτυροῦσι, καὶ τὸν μὴ τοὺς λόγους τούτου καταδεχόμενον ἀναθέματι ὑποβάλλουσιν. οὗτος οὖν ἐν ζʹ· τῷ περὶ Τριάδος φησὶν, Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁ-D πλότητι, οὐκ ἔστιν ἕτερον τὸ σοφὸν εἶναι παρὰ τὸ εἶναι. ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἐκεῖ σοφία, ἥτις καὶ οὐσία. ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ, Ἀθέμιτον δὲ λέγειν ὑφίστασθαι καὶ ὑποκεῖσθαι τὸν Θεὸν τῇ ἀγαθότητι αὐτοῦ· καὶ τὴν ἀγαθότητα μὴ μᾶλλον οὐσίαν εἶναι, μὴ δὲ τὸν Θεὸν εἶναι τὴν ἀγαθότητα αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν αὐτῷ εἶναι ὡς ἐν ὑποκειμένῳ.

Ἔτι ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τοῖς περὶ Υἱοῦ, Εἰ γὰρ μὴ οὐσιώδης ἐστὶ σοφία καὶ ἐνούσιος λόγος καὶ ὢν ὁ Υἱὸς, ἀλλ' ἁπλῶς σοφία καὶ λόγος, καὶ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, εἴη ἂν αὐτὸς ὁ Πατὴρ σύνθετος ἐξ οὐσίας καὶ λόγου. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ὑπὲρ τῆς Συνόδου Ἀπολογητικῷ, Εἰ μὲν οὖν ἡγεῖταί τις τὸν Θεὸν εἶναι σύν-

A θετον, ὡς ἐν τῇ οὐσίᾳ τὸ συμβεβηκός, ἢ ἔξωθέν τινα περιβολὴν ἔχειν καὶ καλύπτεσθαι· ἢ εἶναί τινα τὰ συμπληροῦντα αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, ὥστε λέγοντας ἡμᾶς Θεὸν καὶ ὀνομάζοντας Πατέρα, μὴ αὐτὴν τὴν ἀόρατον αὐτοῦ καὶ ἀκατάληπτον οὐσίαν σημαίνειν, ἀλλά τι περὶ αὐτὸν, μεμφέσθω μὲν τὴν Σύνοδον, γράψασαν ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· κατανοείτωσαν δὲ, ὅτι δύο ταῦτα βλασφημοῦσιν, οὕτω διανοούμενοι· τόν τε γὰρ Θεὸν, σωματικόν τινα εἰσάγουσι· καὶ τὸν Κύριον, οὐκ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν εἶναι Υἱὸν καταψεύδονται. καὶ ταῦτα τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ τοῦ, Ὅτι καλῶς εἴρηται τοῖς ἐν Νικαίᾳ Πατράσιν ἡ λέξις τοῦ Ὁμοουσίου. Διὸ οὐδὲ τὴν κτίσιν αὐτοῦ τοῦ ὄντος Θεοῦ δημιούργημα φήσετε, εἴγε τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Θεὸς, οὐκ αὐτὴν τὴν τοῦ ὄντος
B οὐσίαν σημαίνουσιν, ἀλλ᾽ ἕτερόν τι, ὅπερ ὑμεῖς ἀναπλάττετε. εἰ δὲ τοῦτο ἀπρεπὲς, καὶ λίαν ἀσεβές ἐστι, καὶ μόνον ἐντεθυμεῖσθαι. καὶ μετ᾽ ὀλίγα πάνυ, Κἂν γὰρ ἀδυνάτως ἔχωμεν καταλαβεῖν ὅ, τί ποτ᾽ ἐστιν, ἀλλ᾽ ὅμως ἀκούοντες, τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς, καὶ τὸ Παντοκράτωρ, οὐχ᾽ ἕτερόν τι, ἀλλ᾽ αὐτὴν τὴν μακαρίαν καὶ ἁπλῆν καὶ ἀκατάληπτον τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαινομένην νοοῦμεν. εἰρήκατε δὲ καὶ ὑμεῖς ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν, δῆλον ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ, Ἔδει μὴ γράφειν ὑμᾶς τοὺς Ἀρειανοὺς, δηλονότι ἐκ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, ἀλλὰ τῶν περὶ αὐτὸν, ἵνα φεύγοντες λέγειν ἀληθῶς Πατέρα τὸν Θεὸν, σύνθετον οὕτω τὸν ἁπλοῦν, καὶ σωματικὸν ἐπινοοῦντες, καινοτέρας βλασφημίας ἐφευρεταὶ γενήσεσθε.
C ἐκ δὲ τῶν τοῦ ἁγίου τούτου δῆλον, ὅτι τὸ Θεὸς ὄνομα καὶ τὸ Πατὴρ, καὶ Δημιουργὸς καὶ Παντοκράτωρ, αὐτὴν τὴν μακαρίαν οὐσίαν σημαίνει, εἰ καὶ μηδὲν τῶν ὀνομάτων παρίστησιν, ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐκείνη. καὶ ὅτι οἱ περὶ τὸν Θεὸν εἶναί τινα λέγοντες ἕτερα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, φυσικὰ καὶ οὐσιώδη τοῦ Θεοῦ καὶ ἄκτιστα, εἴτε ζωὴν, εἴτε ἀγαθότητα, εἴτε ὁτιδήποτε ἐξ ὧν ὁ Θεός φασι γινώσκεται, καὶ ὁ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀόρατος ὁρατὸς γίνεται κατ᾽ ἐκεῖνα. τιθέασίν τε εἶναί τινα τὰ συμπληροῦντα αὐτοῦ τὴν οὐσίαν, καὶ τὸν ἁπλοῦν Θεὸν σύνθετον καὶ σωματικὸν ἐπινοοῦντες, καινοτέρας βλασφημίας ἐφευρεταὶ γίνονται· καὶ ἕτερόν τι περὶ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ ἀναπλάττοντες, ἀσεβὲς καὶ μόνον ἐντεθυμεῖσθαι λέγουσιν.

Ἀλλὰ τοῦτο τὸ ἄτοπον ἐκφεύγοντες οἱ Θεολόγοι, τὰ προειρημένα θεολογοῦσιν. καὶ τῷ αὐτῷ
D λόγῳ. καὶ οὓς φαμὲν ἐν τῷ Θεῷ λόγους τῶν ὄντων, οὐδὲν φασὶ διαφέρειν τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ὁ μὲν γὰρ θεῖος Χρυσόστομος ἐξηγούμενος, τὸ, Ἐν ᾧ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως, φησὶν, Ὅρα, εἰ καὶ δοκεῖ τι μέγα εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο συγκαταβατικῶς εἶπε διὰ τοὺς ἀπλουστέρους· αὐτοσοφία γὰρ ἐστὶ, καὶ αὐτογνῶσις. ὁ δὲ ἅγιος Μάξιμος, τὴν τοῦ μεγάλου Διονυσίου ῥῆσιν ἐξηγούμενος, φάσκουσαν, Εἰκόνας τινὰς καὶ ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων, Τῆς ἐχούσης φησὶν παραδείγματα τῶν πάντων αἰτίας, αἱ ἀΐδιοι νοήσεις εἰσὶ τοῦ

*gatur, vel eſſe quædam quæ ejus eſſentiam compleant, ut cùm Deum dicimus, ac Patrem vocamus, non ipſam ejus inviſibilem & incomprehenſam eſſentiam ſignificemus, ſed aliquid circa ipſum, is Synodum reprehendat, quæ ſcripſerit Filium ex Patre eſſe: intelligant tamen, qui ſic opinantur, duo ſe hæc blaſphemare: quod nempe tum Deum, corporeum quendam inducunt, tum Dominum, non ipſius Patris, ſed eorum quæ ſunt circa ipſum, Filium eſſe mentiuntur.* Sunt & iſta ejuſdem Athanaſii, illa Oratione, qua oſtendit Homoouſii vocem ritè poſitam eſſe à Patribus Nicænis. *Proinde nec creaturam ipſius veri Dei opus eſſe dicetis, ſiquidem quod Pater quodque Deus dicitur, non ipſam ejus qui verè eſſe eſſentiam ſignificant, ſed aliud quidpiam, quod vos confingitis. Sin autem hoc valde indecens ac vel cogitatu impium eſt.* Pauciſque admodum interjectis, *Quamvis enim comprehendere non poſſumus quidnam tandem eſt, dum tamen Pater & Filius atque omnium conſervator audimus, non aliud quid, ſed ipſam beatam ſimplicemque & incomprehenſam, ejus qui verè eſt, eſſentiam deſignari intelligimus. Quin vos quoque, cùm Filium ex Deo dixeritis, nimirum ex Patris ſubſtantia illum eſſe dixiſtis.* Idem in eadem Orat. *Decebat vos (Arianos nimirum) non dicere Filium ex Patre eſſe, ſed ex iis quæ ſunt circa ipſum, ut hoc caventes, ne Deum verè Patrem diceretis, ſic compoſitum eum qui ſimplex eſt, & corporeum intelligentes, inſolentioris blaſphemiæ auctores exiſteretis.* Porro ex Sancti hujus dictis liquet, nomen Deus & Pater & Creator, & univerſorum conſervator, ipſam beatam eſſentiam ſignificare; tametſi nulla nomina quid illa ſit repræſentent. eoſque, qui circa Deum alia quædam præter ejus eſſentiam eſſe dicunt, naturalia Deo & eſſentialia ac increata, ſive vitam, ſive bonitatem, ſive quidvis tandem eorum, ex quibus aiunt Deum cognoſci, eumque qui ſecundùm eſſentiam inviſibilis eſt, ſecundùm illa viſibilem fieri, ſtatuuntque eſſe quædam quæ ejus eſſentiam compleant, Deum qui ſimplex ſit, compoſitum corporeumque intelligentes, inſolentioris blaſphemiæ auctores exiſtere, aliudque quidpiam circa ejus eſſentiam fingentes, quod & cogitatu impium ſit, dicere.

Ex Orat. pro defenſione vocis ὁμοουσίου.

At Theologi, ut eo ſe abſurdo expediant, quæ dicta ſunt pro munere docent ac tractant. Eademque ratione, quas in Deo dicimus rerum rationes, nihil ab ejus eſſentia aiunt differre. Sanè quidem D. Chryſoſtomus exponens illud, *In quo ſunt Theſauri ſapientiæ & ſcientiæ*, ait, *Vide, tametſi videtur magnum aliquid dicere, verùm id quoque ſubmiſſius dixit, propter ſimpliciores; nam ipſa verè ſapientia, verè ſcientia eſt.* Sanctus verò Maximus, exponens magni Dionyſii auctoritatem, dicentem, *Imagines quaſdam & ſimulacra divinorum ejus exemplarium, Univerſorum Auctoris*, inquit, *exemplaria, quæ habet, æternæ ſunt Dei cogitationes, per quas, & ex quarum ratione omnia in eo*

Chryſ. in Epiſ. ad Col. 2. 3.

De Divin. nom. S. Maximus.

*erant, cùm alia ab eo non eſſent.* Rurſuſque in iiſdem Scholiis, *Neque Deus in loco eſt, nec quæ ſunt in eo, in ipſo ſunt ut in loco: ſed ea habet, velut qui ſeipſum habeat, & in illis atque illa exiſtat.* Ejuſdem ex iſdem, *Etenim ſi ejus eſſentia alia eſt, quæ verò intelligit alia ſunt ab ipſo, carebit ipſe intelligentia; id eſt, ejus eſſentia. Si quid verò habet, ipſe à ſe, non ab alio habet. Quod ſi à ſeipſo & ex ſeipſo intelligit, ipſe ea eſt quæ intelligit. Igitur, cùm ſit verè mens, novit ea quæ ſunt, ut qui eſt. Ergo ſi ſe ipſe intelligendo, ea quæ ſunt intelligit, ipſe eſt ea quæ exiſtunt.*

Abſurda ex Palamitarum doctrina, Deũ eſſe verè compoſitum.

Atque hæc hactenus, exque multis pauca. Nos verò ea quæ dicta ſunt colligentes, concludendo obſervamus, ex dictis maniſeſtè probatum, fore, primum, Si aliud quidem Dei eſſentia eſt, alia verò quæ ſunt in ipſo; putà, vita & ſapientia & bonitas, & ſi quid ejuſmodi abſolutè Deo tribuitur, quæ ab eſſentia, ipſaque inter ſe realiter diſtinguantur, quo modo in ſuperioribus recenſuimus; ſicque ad eſſentiam comparantur, ut ſine illa, ipſa per ſubſiſtere non poſſint, quemadmodum Tomas ex Palamæ fidei rationibus decrevit ac prædicavit, illa omnino in eſſentia ſint ut in ſubjecto, ipſaque illorum ſit capax; ſitque adeò materia, vel hujuſmodi quod materiæ reſpondeat. Quod enim alteri ſubeſt ut in eo exiſtat, aut eſt materia, aut aliquid materiæ ſimile; ſicque adeo, eſſentiæ quidem, privatio inerit ac vis paſſiva; quæ verò in ea ſunt velut habitus & qualitates & formæ aut operationes, perfectiones erunt iſtius eſſentiæ; quodque multa concurrant, unum conſurget, ac erit compoſitum quod ex illis eſt. Duarum enim minimùm rerum in unum concurſus, quarum una non eſt idem re & ratione cum alia; aut quod alterius ſuſcipiendi capax eſt, in quo illud exiſtentiam habeat, quibus convenientibus conflatur unum, vel quod multis in idem confluentibus perficitur, aut quovis alio modo quis definiendo dixerit, compoſitum eſt. Quod enim cum alio quodam completur, tametſi ab eo inſeparabile eſt, compoſitum eſt.

2. Fore Deum imperfectum.

Alterum, Fore Deum imperfectum. Vnumquodque enim eorum quæ in eſſentia ſunt, vim complendi eſſe habiturum eſt, partiſque rationem ad totum. Omnis enim pars, aut quod parti affine eſt, illique reſpondet, imperfectum eſt. Idcirco communiſſima de Deo notio, omnem ab eo partium excludit rationem. Hincque adeo nec Deum Patrem neque Filium aut Spiritum ſanctum partem dicimus unius & totalis ac ſupra quam plenæ Divinitatis.

3. Fore finitum.

Tertium eſt, Cum eo quod eſt imperfectum eſſe, etiam inducendum in Deo quod eſt finitum. Quod enim ex duabus rebus conſtat, non eſt infinitum. *Binarius enim nec principio caret, nec fine*, inquit beatus Maximus, *qui nimirum utriuſque unitatis finem, alteram nactus ſit.* Vnde nec tres unitates in Deo, ſed ſicut unam eſſentiam, ſic & unam Vnitatem eandem in tribus Perſonis indiviſam, profitetur fides Catholica atque agnoſcit.

Max.

Θεοῦ, δι' ἃς καὶ καθ' ἃς ἅπαντα ἦν ἐν αὐτῷ, οὐχ ἕτερα ὄντα αὐτοῦ. πάλιν ἐν τοῖς αὐτοῖς, Οὔτε ὁ Θεὸς ἐν τόπῳ, οὔτε τὰ ἐν αὐτῷ ὡς ἐν τόπῳ· ἀλλ' ἔχει αὐτὰ ὡς ἑαυτὸν ἔχων, καὶ ἐνὼν αὐτοῖς καὶ ταῦτα. τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν, Καὶ γὰρ, εἰ μὲν οὐσία αὐτοῦ ἄλλη ἐστὶν, ἃ δὲ νοεῖ ἕτερα αὐτοῦ, αὐτὸς ἀνόητος ἔσται, ἤγουν ἡ οὐσία αὐτοῦ. εἴ τι δὲ ἔχει, παρ' ἑαυτοῦ ἔχει, οὐ παρ' ἄλλου. εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ καὶ ἐξ ἑαυτοῦ νοεῖ, αὐτὸς ἐστὶν ἃ νοεῖ. οὐκοῦν νοῦς ὢν ὄντως, νοεῖ τὰ ὄντα ὡς ὤν. εἰ οὖν νοῶν ἑαυτὸν τὰ ὄντα νοεῖ, αὐτὸς ἐστὶ τὰ ὄντα.

Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον, καὶ ἐκ πολλῶν ὀλίγα. ἡμεῖς δὲ ἐπισυνάγοντες τὰ εἰρημένα, συμπερασματικῶς ἐπισημειούμεθα, ὅτι ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον γέγονε, πρῶτον μὲν, ὅτι, εἰ ἄλλο μὲν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, ἄλλα δὲ τὰ ἐν αὐτῷ, οἷον ζωὴ καὶ σοφία καὶ ἀγαθότης, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἀπολελυμένως τῷ Θεῷ ἀποδιδόμενον, τῆς τε οὐσίας καὶ ἀλλήλων διαφέροντα πραγματικῶς, τὸν προειρημένον τρόπον· καὶ οὕτως ἔχοντα πρὸς τὴν οὐσίαν, ὡς αὐτῆς ἄνευ μὴ ἂν ὑποστῆναι δύνασθαι καθ' ἑαυτὰ, ὡς ὁ Τόμος κατὰ τὴν τοῦ Παλαμᾶ πίστιν διέκρινε καὶ ἐκήρυξεν, ἐκεῖνα πάντως ὡς ἐν ὑποκειμένῳ τῇ οὐσίᾳ ἔσονται, καὶ αὕτη τούτων ἔσται δεκτική· καὶ ἢ ὕλη, ἢ ἀνάλογον τῇ ὕλῃ· τὸ γὰρ ὑποκείμενον ἑτέρῳ πρὸς ὕπαρξιν, ἢ ὕλη ἐστὶν, ἢ ἀνάλογον τῇ ὕλῃ· καὶ οὕτω τῇ μὲν οὐσίᾳ, στέρησις καὶ παθητικὴ δύναμις ὑπάρξει· τὰ δ' ἐν αὐτῇ, οἷον ἕξεις καὶ ποιότητες, καὶ εἴδη ἢ ἐνέργειαι τελειωτικαὶ τῆς οὐσίας ἔσται ταύτης· καὶ τῇ συνδρομῇ τῶν πολλῶν ἓν ἔσται, καὶ τὸ ἐκ τούτων, σύνθετον. ἡ γὰρ ἐκ δύο τοὐλάχιστον πραγμάτων εἰς ἓν συνέλευσις, ὧν τὸ ἓν οὐκ ἔστι τῷ ἑτέρῳ ταυτὸν καὶ πράγματι καὶ λόγῳ, ἢ τὸ δεκτικὸν ἑτέρου παρ' αὐτῷ πρὸς ὕπαρξιν, ὧν ἡ σύνοδος ἓν ἀποτελεῖ, ἢ τὸ πολλοῖς εἰς ταυτὸ συνιοῦσιν ἀπαρτιζόμενον· ἢ ὅπως ἄλλως τις ὁριζόμενος λέγειν ἐνδέχεται, σύνθετον ἐστίν. τὸ γὰρ συμπληρούμενον ἑτέρῳ τινὶ, εἰ καὶ ἀχώριστόν ἐστιν αὐτοῦ, σύνθετον ἐστίν.

Δεύτερον, ὅτι τὸ ἀτελὲς ἐπὶ Θεοῦ χώραν ἕξει. τῶν γὰρ ἐν τῇ οὐσίᾳ, ἕκαστον συμπληρωτικὸν ἔσται τοῦ εἶναι· καὶ μέρους λόγον ἕξει, πρὸς τὸ ὅλον, πᾶν δὲ μέρος, ἢ τὸ ἀνάλογον τῷ μέρει, ἀτελὲς ἐστί. διόπερ ἀμερῆ τὸν Θεὸν, ἡ κοινοτάτη περὶ αὐτοῦ ἔννοια καταγγέλλει. οὐκοῦν οὐδὲ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ ἅγιον Πνεῦμα μέρος φαμὲν τῆς μιᾶς καὶ ὅλης καὶ ὑπερπλήρους Θεότητος.

Τρίτον, ὅτι μετὰ τοῦ ἀτελοῦς, καὶ τὸ πεπερασμένον ἐπὶ Θεοῦ εἰσαχθήσεται. τὸ γὰρ ἐκ δύο πραγμάτων συνεστὼς, ἄπειρον οὐκ ἔστιν. ἡ γὰρ δυὰς, οὔτε ἄναρχος, οὔτε ἀπερίγραπτος ὁ θεῖος ἔφησε Μάξιμος, πέρας ἐχούσης ἑκατέρας μονάδος τὴν ἑτέραν. διόπερ οὐδὲ τρεῖς μονάδες ἐπὶ Θεοῦ, ἀλλ' ὥσπερ μίαν οὐσίαν οὕτω, καὶ μονάδα μίαν, τὴν αὐτὴν ἀδιαίρετον ἐν τρισὶ προσώποις ἡ καθολικὴ πίστις ὁμολογεῖ. Τέταρ-

A Τέταρτον, ὅτι μετὰ τοῦ πεπερασμένου, καὶ τὸ περιγραπτὸν ἐν τῷ Θεῷ χώραν ἕξει. ὁ γὰρ Θεὸς οὐκ ἔσται ὅλος δι᾽ ὅλου ἑαυτοῦ οὐσία καὶ ζωὴ καὶ σοφία, καὶ τ᾽ ἄλλα ὅσα καὶ λέγεται καὶ ἔστιν ὁ Θεός· οὐδὲ ὅλος δι᾽ ὅλου τελειότατος ἔσται, ὥς φησι Διονύσιος ἐν ιγ´ τοῦ περὶ θείων ὀνομάτων· ἀλλὰ τὶ μὲν αὐτοῦ, σοφία, τὶ δὲ ἀγαθότης, τὶ δὲ φῶς, τὶ δὲ οὐσία, καὶ ἕκαστον ὑφ᾽ ἑτέρου περατωθήσεται, πραγματικῶς διαφέρον, καὶ πάντα πρὸς τὴν οὐσίαν ὁμοῦ. καὶ δὲ καὶ ἕκαστον τοῦτον, ἐφ᾽ ὅσον τὸ ἀντικείμενον ἀποτέλεσμα, πρὸς ὃ τέτακται, καὶ οὐ τὸ ἑτέρου· τὴν σοφοποίησιν φέρε εἰπεῖν ἐνεργεῖ, καὶ οὐ τὴν ζώωσιν· ἀλλ᾽ οὐ πάντα τὰ εἰς κτίσματα παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀγαθοδότως παρεχόμενα, πεπερασμένη δύναμις ἔσται. B τὸ δὲ πεπερασμένον, καὶ περιγράφεται δή που. ἀλλὰ ταῦτα σφόδρα ἀπᾴδει τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεοῦ διανοίας. ἁπλοῦς γὰρ καὶ ἀμερὴς καὶ ἀσύνθετος καὶ τέλειος καὶ ἄπειρος, καὶ ἀπερίγραπτος παρὰ τῆς κοινῆς ἐννοίας ὁμολογεῖται.

Καὶ μὴν εἰ ὁ Θεὸς τῇ τῶν διαφερόντων συνδρομῇ ἐστιν ἕν, πρῶτον μὲν ζητητέον, τίς ταῦτα τὰ διάφορα συνῆψεν. ἔπειθ᾽ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς τῇ μετοχῇ τοῦ ἑνὸς ἐστὶν ἕν. οὕτω δὲ, οὐ κυρίως καὶ πρώτως ἕν· ἀλλ᾽ οὕτως ἕν, ὡς τὰ ἐκ διαφόρων πραγμάτων συνεστῶτα.

Ἔτι δὲ ἔσται ἄλλό τι κρεῖττον τοῦ Θεοῦ, καὶ τιμιώτερον. τὸ γὰρ μετεχόμενον, τοῦ μετέχοντος, καὶ τὸ τῶν πολλῶν καὶ διαφερόντων ἑνοποιὸν, πρῶτον καὶ C κρεῖττον καὶ τιμιώτερον εὖ λέγειν. ὅτι καὶ ἡ ζωὴ καὶ ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, καὶ τ᾽ ἄλλ᾽ ὅσα φασὶν ἕτερα τῆς οὐσίας, ὡς πρὸς αὐτὴν ἀντιδιαιρεῖσθαι, καὶ μὴ εἶναι τὴν οὐσίαν ὅπερ τὴν ἀγαθότητα· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως, τιμιώτερα τῆς οὐσίας εἴη γ᾽ ἄν· ἐπείπερ ἐκεῖνο δι᾽ ὃ ἐστι τόδε σοφὸν ἢ ἀγαθὸν ἢ δίκαιον, ὡς εἶδος ὂν τοῦ μετέχοντος, καὶ τελειωτικὴ ἐνέργεια, τιμιώτερον καὶ βελτιώτερον αὐτοῦ ἐστι. καθόλου γὰρ αἱ μετοχαὶ τῶν μετεχόντων βέλτιον. ἐνταῦθα δὲ, ὡς μὲν τελειωτικὴ ἐνέργεια τῆς οὐσίας, αἱ δυνάμεις αὗται, τιμιώτερον καὶ ὑπεροχικώτερον· ὡς δὲ καθ᾽ αὑτὰς ὑφεστάναι μὴ δυνάμεναι, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς οὐσίας ἔχουσαι τὸ εἶναι· καὶ αὗται μὲν, ἀνούσιοι, ἡ δὲ οὐσία, καὶ ὅσα ἄλλα ἀντιδιαιροῦντες οἱ νέοι θεολόγοι φασὶ, τῆς οὐσίας ἔλαττον καὶ ἐπιδεές· ὅλως δὲ, ἑκάτερον ἑκατέρου δεόμενον, ὡς εἴρηται. D

Ἔτι, εἰ εἰσὶν ἐν τῷ Θεῷ ἡ ζωὴ καὶ ἡ σοφία καὶ ἀγαθότης, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ Θεῷ ἕτερα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, πολλῷ μᾶλλον ἔσται ἐν αὐτῷ τ᾽ ἀναντία διακεκριμένως· τουτέστιν οἱ τῶν ἐναντίων λόγοι. ἐπεὶ πάντων μὲν ἐν τῷ Θεῷ οἱ λόγοι· ἐν δὲ τοῖς πᾶσι καὶ τὰ ἐναντία· ἀλλὰ μὲν πάντα ἐν τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία, μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως καὶ ἀσχέτως καὶ συνειλημμένως καὶ ἑνιαίως, κατὰ τὸν θεῖον Διονύσιον ἐν τῷ δ´ περὶ θείων ὀνομάτων, ὥσπερ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἑνοειδῶς ὑφέστηκε, καὶ ἔχει πάντα ἀριθμὸν ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς. καὶ ὥσπερ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυ-



Quartum, cum eo quod eſt finitum eſſe, in Deo locum habebit hoc, quod eſt circunſcriptum. Non enim Deus totus ex toto ſua eſſentia erit & vita & ſapientia, atque alia quæcunque Deus dicitur & eſt; nec totus omnino perfectiſſimus erit, ut ait Dionyſius tertiodecimo cap. de Divin. nom. ſed aliud quidem ejus ſapientia, aliud bonitas aliud lumen, aliud eſſentia; finieturque unumquodque ab altero, à quo realiter diſtinguitur, omniaque ſimul ab eſſentia Sed & horum quodlibet, in quantum contrarium, effectum, ad quem ordinatur, & non alterius (putà ſapientiam, & non vitam) operabitur; non verò quæcunque à Deo in creaturas benigna diffuſione emanant, virtus erit finita. Quod autem finitum eſt, ſanè etiam alicubi circunſcribitur. Hæc autem longè abhorrent à Dei intelligentia. Communi enim notitia, eum ſimplicem, impartibilem, omnis expertem compoſitionis, perfectum, infinitum, incircunſcriptum confitemur. *4. Fore circunſcriptū.*

Denique ſi Deus, eorum quæ diſtincta concurrerunt conflato unum eſt, primò quærendum quis hæc diſtincta copulaverit. Deinde, Deus ipſe, quod ſit unius particeps, unum erit. Sic verò, nec propriè, nec primò Vnum fuerit; ſed ſic unum, velut ea quæ ex diverſis rebus conſtituuntur. *5. Fore non primò unum.*

Præterea, erit aliquid Deo melius & præſtantius: Meritò enim, quod participatur, eo quod participat, ac quod vim habet ut plura diſtinctaque uniat, id primum, meliuſque ac præſtantius audiat Nam & Dei vita & bonitas, & quæcunque alia dicunt ab eſſentia, ita ut contra illam dividantur, nec eſſentia hoc ipſum ſit quod bonitas, ac ſimiliter in aliis, planè præſtantiora extiterint quàm eſſentia. Id enim propter quod aliquid ſapiens aut bonum aut juſtum eſt, ut quod forma ſit ejus quod impartitur, actuſque perficiens, eo præſtantius ac melius eſt. Vniverſim enim quo quid impartitur, ipſo quod impartitur, melius eſt. Hîc verò, virtutes iſtæ, ut quidem actus perficiens eſſentiam, aliquid nobilius ſunt ac præcellens; ut verò ipſæ per ſeipſas non poſſunt ſubſiſtere, ſed ab eſſentia mutuantur eſſe; ſuntque hæ quidem eſſentiæ expertes, illa verò eſſentia eſt; ac quæcunque demum alia contra dividendo afferunt novi Theologi, minus aliquid ſunt ac deficiens; omninoque alterum altero indigens, uti dictum eſt. *6. Non perfectiſſimum.*

Ad hæc, ſi in Deo ſunt vita & ſapientia & bonitas ac eſſentia, potiori longè ratione erunt in eo diſcretè contraria; contrariorum ſcilicet rationes: Omnium enim rationes in Deo ſunt; inter quæ omnia, ſunt & contraria. Omnia tamen, ipſaque adeò contraria, uniformiter, unitè, abſolutè, comprehenſim, ſingulariter in omnium cauſa, uti docet Dionyſ. 4. de Divin nom. velut ſcilicet in Monade uniformiter ſubſiſtit omnis numerus, quæ nimirum ipſa in ſe ſingulariter atque unitè quicquid numerorum eſt, habeat: ac velut in centro omnes circuli lineæ, unà coëxiſtunt copulatione, rectaſque omnes uniformiter uni- *Dion. de Diu. nom.*

tas in ſe ſignum habet; ſic & univerſorum natura omnes cujuſque naturæ rationes, una inconfuſa adunatione in ſe complectitur; nec proinde vita & ſapientia & bonitas, res ſunt in Dei eſſentia, præter eam realiter aliæ ac diſtinctæ. Ex dictis enim manifeſtè, & Scripturis & Sanctorum dictis & auctoritatibus, liquet, illam & Eſſentiam nullius alterius rei præter ipſam eſſe capacem; nulloque alio indigere, ob ſummam perfectionem & ſimplicitatem & coadunationem. Aliter enim opinans, dicta à nobis abſurda non effugiet, ſimulque Scripturis ac Sanctorum doctrinæ adverſa dicet.

Ex iis verò quæ dicta ſunt pariter liquet, nihil in Deo Eſſentiam ac Operationem differre. Quia enim ii, qui re ipſa diſtincta atque diverſa ab ejus eſſentia, in Deo ponunt, vitam & ſapientiam & virtutem & bonitatem, ac reliqua quæ illi tribuuntur, Dei operationes atque operationem vocant, ac velut perficientem operationem (ſeu actum) ei aſſignant, qua vivit, potenſque ac bonus eſt, eſtque operatio ſeu actus, quicquid tandem eſt: Hæc autem probatum eſt non eſſe aliud ab ejus eſſentia; utique manifeſtum eſt, nec ejus operationem, qua efficax eſt, vimque agendi habet, juxta nimirum primò aſſignatam vocis hujus ἐνέργεια ſignificationem, pro eo ac Sancti ſubtiliter arteque digeſſerunt, aliud à Dei eſſentia eſſe. Hoc nihilominus ipſis eorum verbis ex Sanctis declarare ani- eſt.

Maximus. Statim itaque ſanctus Maximus in fine ſecundi capitis primi Centenarii, cujus initium eſt, *Bonum per eſſentiam propriè eſt*, ait, *Deus ex bonitate & operatione, exque providentiæ propriis operibus, non verò ex eſſentia ſua cognoſcitur. Operationem verò* (ἐνέργειαν) *opera dicimus, non operationis virtutem ſeu facultatem; illa enim non eſt aliud quàm Dei eſſentia, ne compoſitio in Deo exiſtimetur.* Idem in ... *Cuique homini qui bonum accepit à Deo, doctrina ipſa à ſe parta eſt. Quamobrem Deus eſſentia eſt eſſentia omni ſuperior, & virtus omnem excedens virtutem, & operatio omni operationi eminens.* Idem in Scholiis in beatum Dionyſium, *Ipſa ſupra-quàm bonitas, quæ mens ſit & tota operatio ſeu actus, in ſeipſam converſa operatio eſt.*

ε' Ὅτι τὰ περιφραστικῶς εἰρημένα, ἐπὶ πραγμάτων διαφερόντων ἐνόησαν. οἷον, ὡς ὅταν ὁ Δαμασκηνὸς λέγει, Τρισοφαῆ Θεότητα, ἑνιαίαν ἐκλάμπουσαν αἴγλην ἐκ μιᾶς τρισυποστάτου φύσεως, Γεννήτορα ἄναρχον, ὁμοφυᾶ τε Λόγον Πατρὸς, καὶ συμβασιλεῦον ὁμοούσιον Πνεῦμα, περιφραστικῶς ταῦτα χαριέντως καταποικίλων. οὐ γὰρ ἄλλο χρὴ νοεῖν, ἄλλο μὲν πρᾶγμα τὴν τρισοφαῆ Θεότητα· ἄλλο δὲ, τὴν ἑνιαίαν ἐκλάμπουσαν αἴγλην· ἄλλο δὲ, τὴν μίαν τρισυπόστατον φύσιν· ἄλλο δὲ, τὸν Γεννήτορα καὶ τὸν Λόγον καὶ τὸ Πνεῦμα. οὐδ' ὅταν ὁ μέγας Ἱερόθεος ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς ὕμνοις, λέγει, Ὅτι μία τις ἐστὶν ἁπλῆ δύναμις ὁ Θεὸς, δηλονότι ἐξ ἑαυτῆς καὶ δι' ἑαυτῆς καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσα, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀεὶ ταυτῶς ἀνελιττομένη, κατὰ τὰς διαφόρους ταύτας προθέσεις, εἰς διάφορα τὸν Θεὸν ἀναγκασθησόμεθα διαιρεῖν. οὐδ' ὅταν λέγεται τῷ θείῳ Διονυσίῳ, ὡς ἄρα ὁ Θεὸς ἐξ ἑαυτοῦ πρόεισιν.

ϛ' Ὅτι τὰ ἐπὶ Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας εἰρημένα τοῖς Ἁγίοις, ἐπὶ τῶν κτισμάτων, ὥσπερ ἂν εἰ ἐπὶ Θεοῦ εἴρητο, καὶ οὕτω καὶ ἐπ' αὐτοῦ ἠξίωσαν ἔχειν. οἷον, ὡς ὅταν ὁ ἅγιος λέγει Διονύσιος, Οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶ φυσικῆς ἐνεργείας χωρίς. καὶ αὖθις, Τὸ μηδεμίαν ἐνέργειαν ἔχον, οὔτε ἔστιν, οὔτε τί ἐστιν, οὐδὲ ἔστιν ὅλως αὐτοῦ θέσις. ταῦτα γὰρ ἐπὶ τῶν ὄντων εἴρηται· Οὐδὲν γὰρ φησὶ τῶν ὄντων. ὁ δὲ Θεὸς, οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν, οὐδ' ὁ-

negantes. Qua utique ratione, ipſum hoc ſecundùm ſe impoſſibile videtur, ut dicatur, Dei Eſſentiam non eſſe ejus Operationem. Eſt enim contradictio, ac ſi quis dicat, Dei Eſſentiam non eſſe ejus Eſſentiam. Dictum eſt enim, Operationem, qua Deus agendi vi præditus ac efficax eſt, ejus Eſſentiam eſſe.

Secundò, Quod cùm Operatio, uti dictum 2
eſt, multipliciter dicatur, quæ ubivis locorum Sancti de Operatione uno ſenſu locuti ſunt, illi alio acceperunt: idemque penè illis accidit, ac ſi qui de cane loquentes, alter quidem de cane terreſtri diſputet, alter de marino aut ſidereo ſermonem inſtruat. Hoc enim alii aliis furere videantur, belloque implacabili pugnare, eo ſcilicet errore qui ex varia ejus vocis acceptione eſt.

Tertiò, Quod quam Sancti ſecundùm 3
rationem diſtinctionem dixerunt, ipſi in Deo ſecundùm rem intellexerunt: inque eum modum, diſtincta ratione, diſtinctas illi res tradiderunt.

Quartò, Quod ea quæ Sanctis dicta ſunt 4
de diſcretione divinarum Perſonarum, velut de diſcretione Eſſentiæ & Operationis in Deo dicta acceperunt; nempe neſcientes duorum alterum neceſſe eſt, ut vel Operationem Perſonam ſubſiſtentem ponant, vel etiam Filium & Spiritum ſanctum non ſubſiſtentes, quod ita opinantur, dicant; & ut per ſe verè actu exiſtere, ut ipſi loquuntur, non exiſtimentur.

Quintò, Quod ea quæ dicta ſunt per cir- 5
cumlocutionem, de diſtinctis rebus intellexerunt. Velut cùm Damaſcenus ait, *Trinæ lucis Deitatem, ſingularem; ex una trinè ſubſiſtente natura effulgentem nitorem; Genitorem principii expertem, ejuſdemque naturæ Verbum Patris, & Spiritum ſanctum corregnantem*, quâ nempe hæc circumloquendo gratè variat. Non enim aliud intelligendum; ita nimirum ut rem aliam velit, Trinæ lucis Deitatem; aliam verò, ſingularem effulgentem nitorem; aliam autem, unam trinè ſubſiſtentem naturam; ac poſtremò aliam; Genitorem, Verbumque & Spiritum. Nec cùm magnus Hierotheus in Amatoriis Canticis, dicit, *Quod Deus una quædam ſimplex virtus eſt, ex ſeipſa & per ſeipſam & in ſeipſa ſe ipſam revolvens, atque in ſeipſam ſemper eodem modo revertens*; penès diverſas has propoſitiones, neceſſe habebimus Deum in diverſa atque diſtincta dividere; ac neque cùm ait beatus Dionyſius, *Deum ex ſeipſo procedere.*

Damaſc.

De Divin. nom. c. 4 §. 17.

De Divin. nom. c. 1. §. 4

Sextò, Quod ea quæ dicta ſunt Sanctis 6
de Eſſentia & Operatione, in rebus creatis, ac ſi dicta in Deo eſſent, ſic & in eo ſe habere voluerunt. Vt cùm ſanctus Dionyſius dicit. *Nihil in rebus eſſe abſque naturali operatione.* Ac rurſus, *Quod nullam habet operationem, neque eſt, neque aliquid eſt, neque ulla prorſus ejus poſitio, ſeu affirmatio eſt.* Hæc enim de rebus (id eſt, iis quæ ſunt) dicta ſunt. *Nihil* enim, inquit, *in rebus.* Deus autem nulla rerum eſt,

Dionyſ.

nec eiuſdem ac illæ ordinis, aut qui rebus connumeretur, ſed ſupra res, ac ea quæ ſunt, incomparabiliter eminens. Cùm item Ioannes Damaſcenus ſic ait, *Aliud eſt operatio, aliudque operativum* (ut ſit dicam) *atque aliud opus, & aliud operans. Eſt enim operatio, efficax ac ſubſtantialis naturæ motus: operativum autem, natura, ex qua operatio procedit: opus verò, operationis effectus: operans denique, qui utitur operatione; id eſt: hypoſtaſis, ipſa ſcilicet ſubſiſtens perſona;* Nam & ipſe ad ea quæ ſunt, ſeu ad res attendens, hoc ita diſtinxit. Quod enim non hæc loquatur de Operatione, qua Deus vi agendi præditus eſt, ſed de illis ſermonem habeat, quæ creatis adnumerantur, primùm liquet, ex eo quod Sanctus hæc loquens, non addiderit, In Deo aliud eſt Operatio, aliud quod vi agendi præditum eſt, & quæ ſequuntur. Vel in Deo ſe hoc dicere; ſed ſic ſimpliciter. Deinde ex eo quod dixit, Operantem uti ſua operatione. Deus enim non utitur aliquo, in eo quod condit ex nihilo, vel quod omnino facit vel creat, ac ſi ipſe non ſibi ſufficeret. Nam quod Deus & Pater per Filium ſuum operetur, nihil doctrinæ officit. *Non enim tanquam per inſtrumentum aut ſervum, ſed tanquam per naturalem virtutem*, ait idem Sanctus: idemque eſt ac ſi dicas, eum per ſeipſum condere, ſeu facere & creare. Ait enim, *Pater meus uſque modò operatur, & ego operor.* Vna enim ſubſtantia eſt, Pater & Filius, unaque virtus & una res; quod illi de Operatione & Eſſentia non dicunt. Magis autem etiam ex eo liquet, quod hanc Operationem motum vocant. Nam in Deo non dicimus motum. Etenim motus ſecundùm ſe imperfectus eſt: fit enim alicujus finis gratia: Deus autem, cùm ſit omnium finis finaliſſimus (ut ſic loquar) aliis quidem auctor eſt ut moveantur; ipſe verò, immobilis eſt. Vnde etiam cap. nono libri de Divinis nominibus ait D. Dionyſius: *Quid verò etiam cum rurſus aiunt Theologi procedere atque moveri, eum, qui immobilis eſt?* Si enim eſt in illo operationis motus, erit communis forma patibilis virtutis rerum, & factricis ejus virtutis. Motus enim, actus eſt & perfectio ac forma utriuſque virtutis ſeu potentiæ, quatenùs potentia eſt; velut ædificatio, ejus quod ædificari habet, & quod vim habet ædificandi. Nulla autem Dei ac rerum eſt communis forma.

Libr. 3. c. 14.

Vti virtute, in Deo non dicitur.

Damaſc.

Ioan. 5 17.

De Divin. nom. c. 9. § 9.

7 Septimò; Quod de ipſa quidem Operatione, qua Deus agendi vi præditus eſt, quandoque Sanctis dicta; ad hæcque de vita & ſapientia & potentia ſeu virtute & bonitate, nempe, potentia ſeu virtus, & vita & ſapientia & bonitas: quinimmò, ipſa per ſe ſapientia, ipſa vita, ipſaque potentia ſeu virtus; quæ videlicet pro humanæ locutionis modo, humaniùs (ut ita dicam) craſſiuſque tradita ſunt, cùm non contingat aliter eam, quàm pro eo ac illi comparatum eſt, conceptus atque nomina proferre; ſic ut dicta ſunt, etiam in Deo ſe propriè habere crediderunt. Vt, verbi gratia, quia dicitur Deum habere vitam, aut virtutem aut ſapientiam aut operationem, Et, *Sicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic*

A μόνοιχος οὐδὲ συναριθμούμενος αὐτοῖς ἐστὶν, ἀλλὰ ὑπὲρ τὰ ὄντα ἀσυγκρίτως ὑπερανῳκημένος. καὶ ὁ Δαμασκόθεν Ἰωάννης οὑτωσὶ λέγει, Ἄλλο ἐνέργεια, καὶ ἄλλο ἐνεργητικὸν, καὶ ἄλλο ἐνέργημα, καὶ ἄλλο ἐνεργοῦν. ἐνέργεια μὲν, ἡ δραστικὴ καὶ οὐσιώδης τῆς φύσεως κίνησις· ἐνεργητικὸν δὲ, ἡ φύσις, ἐξ ἧς ἡ ἐνέργεια πρόεισιν· ἐνέργημα δὲ, τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα· ἐνεργῶν δὲ, ὁ κεχρημένος τῇ ἐνεργείᾳ, ἤτουν ἡ ὑπόστασις· αὐτὸ τὸ ὑφεστῶς πρόσωπον. καὶ τοῦτο γὰρ πρὸς τὰ ὄντα ὁ αὐτὸς ἀποβλέπων διωρίσατο. ὅτι γὰρ οὐ περὶ τῆς Ενεργείας καθ' ἣν ἐστὶν ἐνεργητικὸς ὁ Θεὸς ταῦτα διαλέγεται, περὶ δὲ τῶν τοῖς κτίσμασιν ἀριθμουμένων ποιεῖται τὸν λόγον, πρῶτον μὲν δῆλον, ἀπὸ τοῦ μὴ προσθεῖναι τὸν Ἅγιον ταῦτα λέγοντα, ὅτι ἐπὶ Θεοῦ ἄλλο ἐνέργεια, καὶ ἄλλο B ἐνεργητικὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, ἢ ὅτι ἐπὶ Θεοῦ τοῦτο λέγω, ἀλλ' ἁπλῶς οὑτωσί. ἔπειτα καὶ ἀπὸ τοῦ κεχρῆσθαι τῇ ἑαυτοῦ ἐνεργείᾳ τὸν ἐνεργοῦντα εἰπεῖν· ὁ γὰρ Θεὸς, οὐ χρῆταί τινι, εἰς τὸ δημιουργεῖν ἐξ οὐκ ὄντος, ἢ ποιεῖν ἁπλῶς, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ αὐτὸς ἑαυτῷ ἤρκει. τὸ γὰρ τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα διὰ τοῦ ἰδίου Υἱοῦ δημιουργεῖν, οὐδὲν τῷ λόγῳ λυμαίνεται· οὐ γὰρ ὡς δι' ὀργάνου ἢ δούλου, ἀλλ' ὡς φυσικῆς καὶ ἐνυποστάτου δυνάμεως ὁ αὐτὸς Ἅγιος φησί· καὶ ἴσον ἐστὶ λέγειν αὐτὸν δι' ἑαυτοῦ δημιουργεῖν τε καὶ ποιεῖν. Ὁ γὰρ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι, φησί. μία γὰρ οὐσία ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ μία δύναμις, καὶ ἓν πρᾶγμα· ὅπερ ἐπὶ C τῆς Ενεργείας καὶ τῆς Οὐσίας, οὐ φασὶν αὐτοί. φανερώτερον δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ κίνησιν ταύτην τὴν Ενέργειαν εἰπεῖν. ἐν γὰρ τῷ Θεῷ, κίνησιν οὐ φαμέν. ἡ γὰρ κίνησις καθ' ἑαυτὴν ἀτελής· τοῦ γὰρ τέλους ἕνεκα γίνεται· ὁ δὲ Θεὸς, τέλος ὢν τὸ πάντων τελικώτατον, ἐστὶ μὲν τοῖς ἄλλοις αἴτιος κινήσεως, αὐτὸς δὲ ἀκίνητος. διὸ καὶ ἐν θ' τοῦ περὶ θείων ὀνομάτων φησὶν ὁ θεῖος Διονύσιος· Τί δὲ καὶ ὅταν αὖθις οἱ Θεολόγοι προϊόντα καὶ κινούμενον φασὶ τὸν ἀκίνητον. εἰ γὰρ ἐστὶν ἐπ' ἐκείνου ἡ ἐνεργείας κίνησις, ἔσται κοινὸν εἶδος τῆς παθητικῆς δυνάμεως τῶν ὄντων, καὶ τῆς ποιητικῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ἡ γὰρ κίνησις ἐστὶν ἡ ἐντελέχεια καὶ τὸ εἶδος ἑκατέρας δυνάμεως, καθ' ὃ δύναμις· ὥσπερ ἡ οἰκοδόμησις, D τοῦ τε οἰκοδομητοῦ καὶ οἰκοδομητικοῦ. οὐδὲν δὲ εἶδος τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ὄντων.

ζ' Ὅτι τὰ περὶ αὐτῆς μὲν τῆς Ενεργείας, καθ' ἣν ὁ Θεὸς ἐνεργητικὸς ἐστὶν, ἐνιαχοῦ τοῖς Ἁγίοις εἰρημένα· ἔτι δὲ περὶ τῆς ζωῆς καὶ σοφίας καὶ δυνάμεως καὶ ἀγαθότητος, ἡ δύναμις καὶ ζωὴ καὶ σοφία καὶ ἀγαθότης, μᾶλλον δὲ αὐτοσοφία καὶ αὐτοζωὴ καὶ αὐτοδύναμις· κατὰ δὴ τὸν τρόπον τῆς ἀνθρωπίνης διαλέξεως, ἀνθρωπινώτερον παραδεδομένα, οὐκ ἄλλως ἐγχωρούσης, ἢ ὡς πέφυκε, προφέρειν τὰ νοήματα καὶ τὰ ὀνόματα, οὕτως ὡς εἴρηται, καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ κυρίως ἔχειν ἐπίστευσαν. οἷον, ἐπειδὰν λέγεται τὸν Θεὸν ἔχει ζωὴν, ἢ δύναμιν ἢ σοφίαν ἢ ἐνέργειαν· καὶ, Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ

ζωὴν ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἐξ ὧν ἄλλο μὲν, τὸ ἔχον, ἄλλο δὲ τὸ ἐχόμενον ἔθεντο εἶναι, μὴ ταῖς περὶ τούτων ἐξηγήσεσι τῶν Ἁγίων προσχόντες, ἢ προσέχειν μὴ βουληθέντες, τὸ μὲν ἔχον τὸν Πατέρα φέρε εἰπεῖν, ἢ τὸν Θεὸν, ἢ τὴν Οὐσίαν εἶναι ὁρισάμενοι· τὸ δὲ ἐχόμενον τὴν ζωὴν ἢ τὴν σοφίαν, ἢ τὴν δύναμιν ἢ τὴν ἐνέργειαν, καθ᾽ ἣν ὑφέστηκεν, ὅ, τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐνεργείᾳ, ὁ Θεὸς, ἐν αἰωνίᾳ καὶ ἀμεταβλήτῳ ταυτότητι παραπλήσιον πεπονθότες, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τῆς γραφῆς λεγούσης, Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με· ἢ, Τῆς φωνῆς σου ἤκουσα περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινὸν καὶ ἐκρύβην· ἢ, Ὅτι ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· καὶ, Ὅτι πορεύσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐν θυμῷ πλαγίῳ, λέγει Κύριος, ἐκ δὴ τούτων καὶ τῶν τοιούτων, Ἀνθρωπόμορφόν τι εἶναι τὸν Θεὸν ἐτίθεντο, καὶ αἰσθανόμενον καὶ θυμούμενον, καὶ ὅσα ἄλλα διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ἀσθένειαν, ἡ θεία γραφὴ διαλέγεται, διὰ τούτων ἐφ᾽ ἕτερα ἡμᾶς ἀνάγουσα· καί τοι οὐ μόνον ὁ Θεὸς λέγεται ὅτι ἔχει ζωὴν ἢ ἐνέργειαν, ἀλλ᾽ ὅτι ἔχει καὶ οὐσίαν, κατὰ τὸν ἅγιον Ἰουστῖνον ἐν τῷ κατὰ Ἑλλήνων αὐτοῦ λόγῳ· καὶ ὅτι ὅλον ἐν ἑαυτῷ συλλαβὼν ἔχει τὸ εἶναι, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον· ἐπεὶ οὖν φασὶν ἄλλο μὲν εἶναι τὸ ἐχόμενον, ἄλλο δὲ τὸ ἔχον πρᾶγμα, ἕψεται κατ᾽ αὐτοὺς, ἄλλο μὲν εἶναι τὸν Θεὸν, ἕτερον δὲ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. καὶ αὖ ἄλλο μὲν αὐτὸν, ἕτερον δὲ τὸ εἶναι αὐτοῦ.

A *dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo*; & quæ ſunt ejuſmodi; ex his illi, aliud quidem quod habet, aliud id quod habetur, eſſe ſtatuerunt, Sanctorum de his expoſitionibus animum minimè attendentes, aut verò attendere nolentes; id quidem quod habet, Patrem verbi gratiâ, aut Deum, vel Eſſentiam eſſe decernentes; quod verò habetur, vitam aut ſapientiam, aut potentiam ſeu virtutem, aut operationem, quâ Deus (quicquid tandem actu eſt) in æterna immutabilique identitate ſubſiſtit. Ita nimirum illis ferè evenit, ac ſi, quia etiam Scriptura dicit, *Manus tuæ fecerunt me & plaſmaverunt me.* Vel *Audivi vocem tuam deambulantis in paradiſo ad* B *veſperam, & abſcondi me.* Sive, *Odoratus eſt Dominus odorem ſuavitatis.* Aut, *Pergam ad vos in furore obliquo, dicit Dominus*, ex his utique & ſimilibus, Deum ſtatuerint rem quandam eſſe humana præditam forma, & ſentientem ac iraſcentem, ac quæcunque alia divina Scriptura loquitur ob auditorum imbecillitatem, ex his ad alia nobis altiora iter pandens. Tametſi Deus, nedum vitam habere dicatur aut operationem, verùm etiam Eſſentiam, ſeu ſubſtantiam, ut auctor eſt Iuſtinus in Libro adverſus Græcos; totumque comprehenſum in ſeipſo eſſe habere, ut ſentit Gregorius Theologus. Quandoquidem igitur aliud eſſe dicunt id quod habetur, remque aliam id quod habet; conſequens fit in illorum ſententia, aliud eſſe Deum, atque aliud ejus eſſentiam ac ſubſtantiam, ac rur- C ſus ipſum aliud eſſe, aliudque eſſe illius.

Ioan 5 26. Pſal. 118. 73. Gen. 2. 10. Gen. 26 21. Levit. 26. 24. 28. Iuſtin. contra Græcos. Greg. Naz. in Theologicis.

Ἔτι κατὰ τοὺς ὅρους τῆς θεολογίας αὐτῶν, ὁ Θεὸς ἀνούσιος ἔσται· καὶ ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔσται Θεός· κατὰ γὰρ τὴν τοῦ ἔχοντος καὶ ἐχομένου, ἣν εἰσήγαγον, διαίρεσιν, οὐκ ἂν εἴη τὸ ἕτερον οἷον τὸ ἕτερον κατὰ τὸ εἶναι· ἐπεὶ καὶ τὴν ἐνέργειαν οὐ βούλονται οὐσίαν εἶναι, οὐδέ γε τὴν οὐσίαν, ὅπερ ἐκείνη.

Præterea juxta eorum Theologiæ regulas, Deus expers eſſentiæ erit: nec eſſentia Dei ſeu ſubſtantia Deus futura eſt. Iuxta enim diviſionem, quam induxerunt, habentis, & ejus quod habetur, nunquam fiat ut alterum ejuſmodi exiſtat quod alterum, quod attinet ad eſſe: etenim nolunt operationem eſſe eſſentiam, neque verò eſſentiam, id eſſe admittunt quod operatio eſt.

Ἔτι, ἐπεὶ τὴν ἐνέργειαν καθ᾽ ἣν ἐστὶν ὁ Θεὸς ἐνεργητικὸς, ἢ τὴν ζωὴν καθ᾽ ἣν ζῇ, ὡς ἐχόμενον ἀνυπόστατον ἔθεσαν, ἕψεται αὐτοῖς καὶ τὴν οὐσίαν ἀνυπόστατον τιθέναι· ἐπειδὰν αὕτη ὡς ἐχόμενον προφέρεται, κατὰ τὸ λεγόμενον, Ὡς ἄρα ὁ Θεὸς οὐσίαν ἔχει.

Ad hæc, quandoquidem operationem qua Deus operativus (ut ſic dicam) eſt, ſive etiam vitam, qua vivit ut quæ habeatur, non verè eſſe aut ſubſiſtere poſuerunt, ſequetur illis ut nec eſſentiam verè eſſe aut ſubſiſtere ponant, ſiquidem ipſa quoque ſic profertur, ut quæ habeatur, juxta quod dicitur, *Vtique Deus* D *eſſentiam habet.*

Εἰ δὲ τὸ ἀνυπόστατον ἀνούσιον, ἕπεται αὐτοῖς καὶ τοῦτο βλασφημεῖν, τὸ τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ ἀνούσιον· τὸ δὲ ἀνούσιον μὴ ὄν· καὶ οὕτω τὰ ὄντα ἐκ μὴ ὄντος· καὶ ἅμα συμβαίνει αὐτοῖς πιστεύειν εἰς τὸ μὴ ὄν. καὶ δὴ καὶ κατὰ τὸν ἅγιον Μάξιμον, τὸ ἀνούσιον οὐ Θεός.

Sin autem quod non verè ac per ſe eſt, expers eſſentiæ eſt; conſequens erit ut id quoque blaſphement; Nempe ut Dei eſſentiam dicant eſſentiæ expertem eſſe. Quod verò expers eſſentiæ eſt, nihil eſt: ſicque ea quæ ſunt, ex non ente atque nihilo erunt. Simulque eis accidit ut credant in non ens. Ac ſanè, quod expers eſſentiæ eſt, auctore ſancto Maximo, Deus non eſt.

Iuſt contra Græco.

Ἔτι, ἐπεὶ τὸ Θεὸς ὄνομα, τῆς οὕτω τιθεμένης παρ᾽ αὐτοῖς ἐνεργείας ὄνομα εἶναι φασὶ, καὶ ἐστι κατ᾽ αὐτοὺς ἐνέργεια, λέγεται δὲ, ὅτι Θεὸς ἔχει οὐσίαν, διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἐστιν ἔχον, ἡ ἐνέργεια· ἡ δὲ οὐσία, τὸ ἐχόμενον· καὶ ψεῦδος λοιπὸν ὅ φασιν, ὡς ἄρα

Item, Quandoquidem nomen Deus, ejus quam ſic ponunt operationis nomen eſt, atque ut illi tradunt, operatio eſt; diciturque Deum habere eſſentiam; idcirco id quod habet, operatio eſt; eſſentia verò, eſt id quod habetur: falſumque jam eſt quod dicunt,

quod nimirum eſſentia operationem habeat, & quod operatio habeatur. Secus verò maximè verum eſt, habere quidem operationem, eſſentiam verò haberi. Cumque adeò id quod habetur, ab eo ſit quod habet, procedatque tanquam id quod à cauſa eſt (nam hoc quoque in ſua Fide dicunt) ſimul fatebuntur eſſentiam ex operatione eſſe. Et quomodo aiunt Eſſentiam quidem cauſam eſſe; operationem verò, quod eſt ex cauſa, nempe eſſentia. Hoc enim etiam illorum poſitionibus contrarium eſt.

Ad omnes verò auctoritates, in quibus ſermo ex humana ratione humilior eſt, quod ex conſueto loquendi more, obque humanam imbecillitatem, talia per eum modum dicta ſint aut dicantur, ſatis nobis erit unus
Chryſoſt. hom 6 in Ioan.
beatus Chryſoſtomus, exponens illa verba, *In ipſo vita erat*, homilia ſexta expoſitionis ſuæ
Ioan. 1 4.
in Ioannem. Quod enim ex eo quod dixerat, *In ipſo vita erat*, ſequebatur compoſitionem in Deo opinari, tanquam ex eſſentia & vita ille conflaretur; cauſam aſſignat, cur ipſam verè ac per ſe exiſtentem Vitam, dixerit vitam habere. Ait itaque: *Hæc verò omnia dixit, non ut compoſitionem opinemur, ſed ut paulatim ad celſa dogmatum provehamur. Quia enim non facilè quis è vulgo intellexerit, quomodo ejus vita ipſa verè ac per ſe exiſtat, prius quidem illud dixit, quod humilius eſt: deinde eum qui eruditus ſit, ad id ducit quod ſublimius eſt. Nam qui dixerat,*
Ioan. 5 26. Ioan. 11 25. Ioan. 8. 12.
Dedit ei vitam habere, *hic rurſus dixit,* Ego ſum vita. *Ac rurſum,* Ego ſum lux. *Quocirca illud lux & vita & pulchritudo & bonitas, non ſic intelligenda ſunt, quaſi aliquid in aliquo, tametſi ita dicantur, pro eorum captu & imbecillitate, qui non facilè intelligere poſſunt, quomodo horum quodlibet, ipſum verè & per ſe exiſtentia gaudeat.* Hic porro locus unus ſufficiens eſt, ad ſolvenda omnia, quæ dicunt, Deum habere operationem, & eſſe aliquid in eo; eſſeque operationem ex eſſentia, ac ſi qua alia ſunt ejus generis. Liquet autem, etiam eos, qui necdum intelligere poſſunt, vitam ac lucem ipſam verè ac per ſe exiſtentem, eorum claſſis eſſe atque generis, quibuſcum in Scriptura indulgentius, pro eorum captu, agitur, quorum etiam cauſa, tali ſermonis demiſſione illa utitur: alioque modo Theologiam illis loqui qui rudimentarii ſunt ac inducuntur, alioque iis qui ſunt perfecti: nec ſemper diſcendum
2. Tim. 3. 7.
eſſe, ac nunquam intelligendum; puerorumque immanentes diſciplinis, perfecta defici par eſt doctrina, qui ex Paulo audiamus,
2 Cor. 3 6. Gal. 5 4.
*Litera occidit, ſpiritus autem vivificat.* Et, *Omnes qui in lege gloriamini, à gratia excidiſtis.* Tametſi tot in divina Scriptura continentur voces, quibus ab humilioribus ad ſublimiora mente erigamur. Quare, quod fieri nequeat ut hæc omnia per ſe exiſtant ut res propriæ, unum quid per ſe exiſtens neceſſe eſt ut ea omnia exiſtimemus; quæcunque ſcilicet in nobis & ſubjecta ſunt ac prædicata, infinitieſque plura ſecundùm unum ac idem exiſtens.

A ἡ οὐσία ἔχει ἐνέργειαν, καὶ ἡ ἐνέργεια ἔχεται. τοὐναντίον δὲ μάλιστα ἀληθές, τὸ, τὴν μὲν ἐνέργειαν ἔχειν· τὴν δὲ οὐσίαν ἔχεσθαι· καὶ ἐπεὶ τὸ ἐχόμενον ἐκ τοῦ ἔχοντος ἐστὶ, καὶ πρόεισιν ὡς αἰτιατόν· καὶ τοῦτο γὰρ ἐν τῇ ἑαυτῶν πίστει φασὶ, συνομολογήσουσιν ἐκ τῆς ἐνεργείας εἶναι τὴν οὐσίαν· καὶ πῶς φασὶ τὴν μὲν οὐσίαν, αἰτίαν· τὴν δὲ ἐνέργειαν αἰτιατὴν, ἐκ τῆς οὐσίας. τοῦτο γὰρ καὶ ταῖς αὐτῶν θέσεσιν ἐναντίον.

Περὶ δὲ τῶν τοιούτων ἁπάντων ῥητῶν, ὅσα ἀνθρωπινώτερον εἴρηται, ὅτι διὰ τὸ τῆς διαλέξεως ἔθος καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν οὕτω τὰ τοιαῦ-
B
τα εἴρηται, ἀρκέσει ἡμῖν ὁ μακάριος Χρυσόστομος, ἐξηγούμενος τὸ, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, ἐν ὁμιλίᾳ ἑκτῇ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. ἐπεὶ γὰρ ἐκ τοῦ εἰπεῖν, Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν, εἵπετο σύνθεσιν ὑπονοεῖν περὶ τὸν Θεὸν, ὡς ἐξ οὐσίας καὶ ζωῆς συγκείμενον, δίδωσι τὴν αἰτίαν, τί δήποτε τὴν ἐνυπόστατον ζωὴν, ἔχειν ζωὴν εἶπε· φησὶ γοῦν, Ταῦτα δὲ πάντα εἶπεν, οὐχ' ἵνα σύνθεσιν ὑπολάβωμεν, ἀλλ' ἵνα κατὰ μικρὸν ἀναχθῶμεν πρὸς τὸ τῶν δογμάτων ὕψος. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἂν ἐνόησέ τις εὐκόλως τῶν πολλῶν, πῶς ἐστὶν ἐνυπόστατος αὐτοῦ ἡ ζωὴ, πρότερον μὲν ἐκεῖνο εἶπε τὸ ταπεινότερον· ἔπειτα παιδευθέντα, πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἄγει. ὁ γὰρ εἰπὼν, Ὅτι ἔδωκεν
C
αὐτῷ ζωὴν ἔχειν, οὗτος πάλιν φησὶ, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. καὶ πάλιν, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς. ὥστε τὸ φῶς καὶ τὴν ζωὴν καὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀγαθότητα, οὔ τι ἔν τινι ὑποληπτέον· εἰ καὶ οὕτω λέγεται, διὰ τοὺς μὴ δυναμένους εὐκόλως νοεῖν πῶς τούτων ἕκαστον ἐνυπόστατόν ἐστι. τὸ δὲ παρὸν ῥητὸν, ἱκανόν ἐστι πρὸς λύσιν πάντων, ἅ φασιν ἔχειν τὸν Θεὸν ἐνέργειαν, καὶ εἶναι ἐν αὐτῷ τί· καὶ εἶναι ἐκ τῆς οὐσίας τὴν ἐνέργειαν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· φανερὸν δὲ, καὶ ὅτι, οἱ μὴ δὲ νῦν πω δυνάμενοι νοεῖν τὴν ζωὴν, καὶ τὸ φῶς καθ' ἑαυτὸ ὑφεστὼς, καὶ τὰ ἄλλα, τῆς ἑταιρείας εἰσὶ τῶν οἰκονομουμένων ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ, δι' οὓς ἡ συγκατάβασις γέγονε τῆς τοιαύτης ἀπαγγελίας· καὶ ὅτι ἑτέρως ἡ Θεολογία τοῖς εἰσαγωγικοῖς διαλέγεται, καὶ ἑτέρως τοῖς τελείοις· καὶ οὐ δεῖ πάντοτε μανθάνον-
D
τας οὐδέποτε συνιέναι, καὶ παραμένοντας τοῖς τῶν παιδαρίων μαθήμασιν, ἀπολιμπάνεσθαι τῆς τελείας διδασκαλίας, ἀκούοντας τοῦ Παύλου, λέγοντος, Ὅτι τὸ γράμμα ἀποκταίνει· τὸ δὲ πνεῦμα, ζωογονεῖ· καὶ, Ὅσοι [13] ἐν νόμῳ καυχᾶσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε· καίτοι τοσούτων φωνῶν ἐμπεριειλημμένων τῇ θείᾳ γραφῇ, ἀπὸ τῶν ταπεινοτέρων ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα ἡμᾶς ἀναγκαζουσῶν· διὸ καὶ ἐπεὶ οὐ δύναται ταῦτα πάντα ἐνυπόστατα εἶναι, ὡς ἴδια πράγματα, ἕν τι πάντα ταῦτα ἐνυπόστατον πρᾶγμα ὑποληπτέον· ὅσα τὰ ἐν ἡμῖν ὑποκείμενα καὶ κατηγορούμενα, καὶ ἀπειράκις πλείω ὂν κατὰ τὸ αὐτό.

A Ὄγδοον τῆς διαφθορᾶς ταύτης τὸ αἴτιον, ὅτι τὰ ἐνιαχοῦ τοῖς Ἁγίοις εἰρημένα ἐπὶ τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐπὶ Ἐνεργείας καθ' ἣν ἐνεργητικός ἐστιν· τοῦτο γὰρ παρὰ τοῖς Ἁγίοις ἀδιάφορον, ὡς δέδεικται, ὡς ἐπὶ ἐνεργείας αὐτοὶ ἐδέξαντο, διαιρουμένης ἀπὸ τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ, τὸν προειρημένον τρόπον, ὥσπερ ἐβουλήθησαν· φησὶ γὰρ ὁ μέγας Διονύσιος, ὃ καὶ ὁ Δαμασκόθεν Ἰωάννης ὕστερον ἐκδεξάμενος, αὐτοῖς ὀνόμασιν ἐξέθηκεν, Ὅτι ἡ θεία ἔλλαμψις καὶ ἐνέργεια, μία οὖσα καὶ ἁπλῆ καὶ ἀμερὴς καὶ ἀγαθοειδής· ἐν τοῖς μεριστοῖς ποικιλλομένη, καὶ πᾶσι τὰ τῆς οἰκείας φύσεως σωστικὰ νέμουσα μένει ἁπλῆ· πληθυνομένη μὲν ἐν τοῖς μεριστοῖς ἀμερίστως, καὶ τὰ μεριστὰ πρὸς τὴν ἑαυτῆς ἁπλότητα συνάγουσα, καὶ ἐπιστρέφουσα. πάντα γὰρ αὐτῆς ἐφίεται, καὶ ἐν αὐτῇ ἔχει τὴν ὕπαρξιν, B καὶ αὐτὴ τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι, καθὼς ἔχει φύσεως, μεταδίδωσι· καὶ αὐτή ἐστι τῶν ὄντων τὸ εἶναι· καὶ τῶν ζώντων, ἡ ζωή· καὶ τῶν λογικῶς ὄντων, ὁ λόγος· καὶ τῶν νοερῶς ὄντων, ἡ νόησις· αὐτὴ ὑπὲρ νοῦν οὖσα, καὶ ὑπὲρ λόγον, καὶ ὑπὲρ ζωήν, καὶ ὑπὲρ οὐσίαν.

Τούτοις οὖν ὡς ἰσχυροτάτοις χρῶνται πρὸς ἀπόδειξιν, τοῦ, ὅτι ἡ θεία οὐσία οὐδενὸς ἀπεργαστικὴ τῶν ἐκτός ἐστιν, ἀλλ' ἡ ἐνέργεια, ἣν ἐπὶ τοσοῦτον τῆς οὐσίας διαφέρειν ἔφασαν, καὶ αὐτῆς ὑφεῖσθαι ἀπειράκις ἀπείρως, προσπελάζει τοῖς κτίσμασι, καὶ σώζει ταῦτα, καὶ φοιτᾷ κάτω πρὸς τὴν κτίσιν, καὶ μετέχεται ὑπ' αὐτῆς καὶ ἁγιάζει καὶ φωτίζει καὶ ἐνιδρύει καὶ θεοῖ τοὺς ἀξίους, καὶ κυρίως ἐστὶ θεότης καὶ ζωὴ καὶ σοφία καὶ δύναμις C καὶ κληρονομία τῶν Ἁγίων, καὶ μακαριότητος τέλος· καὶ τῶν ἐφετῶν τὸ ἀκρότατον· διὸ καὶ ὁ ταύτης κληρονόμος, κληρονόμος λέγεται Θεοῦ, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῷ πρώτῳ προείρηται, ἐν ᾧ τὴν πίστιν τῶν ἀνδρῶν, ἐξ ὧν ἀνέγραψαν, ἐδείκνυμεν. τούτῳ γοῦν πρὸς ἀπόδειξιν τῶν εἰρημένων χρῶνται, ἀγνοοῦντες ὅτι τὸ, Ἡ θεία ἔλλαμψις καὶ ἐνέργεια, μία οὖσα πάντα τοῖς πᾶσι γίνεται· περὶ τῆς θείας οὐσίας εἴρηται, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα μαρτυρεῖ, ἄντικρυς ἐφαρμοζόμενα κατὰ τὸ τῆς θεολογίας ἔθος τῇ τοῦ Θεοῦ οὐσίᾳ, καὶ αὐτῇ πᾶσαν ὑπεροχὴν ἀπονέμοντα, ὥσπερ καὶ ὁ μέγας εἶπε Διονύσιος, ἐν τῷ περὶ θείων ὀνομάτων· Ὅτι πᾶσι προνοητικῶς ὁ Θεὸς πάρεστι, καὶ πάντα ἐν πᾶσι διὰ τὴν πάντων σωτηρίαν γίνεται, μένων ἐφ' D ἑαυτοῦ, καὶ τῆς οἰκείας ταυτότητος ἀνεκφοιτήτως κατ' ἐνέργειαν μίαν καὶ ἄπαυστον ἑστηκώς· καὶ αὖθις ἐν τοῖς αὐτοῖς φησὶν, Ὡς αὐτὴ περὶ ἑαυτῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις παρέδωκεν, Ὅτι πάντων ἐστὶν αἰτία, καὶ ἀρχὴ καὶ οὐσία καὶ ζωὴ, καὶ τἆλλ' ὅσα καθ' ἕκαστον ἐξαριθμεῖται, τὸν Θεὸν ἡμῖν γίνεσθαι, ὡς ἀρχῆς ἁπάσης ὑπεράρχιος ὢν ἀρχή, οὕτω γὰρ καὶ ὁ Δαμασκόθεν ἐν ιβ' τῶν αὐτοῦ Θεολογικῶν, ὡς ἀπ' ἐκείνου τοῦ μακαρίου ἐξέδοτο λέγων, Ὁ Θεὸς πάντων ἐστὶν οὐσία καὶ ἀρχή· τῶν ὄντων οὐσία, τῶν ζώντων ζωή. ὅπερ οὖν ἐν τούτοις θείαν ἔλλαμψιν καὶ ἐνέργειαν εἴρηκεν, ἐν ἐκείνοις,

8 Octava hujus corruptionis cauſa, quod ea, quæ quibuſdam locis à Sanctis dicta ſunt de Dei Eſſentia tanquam de Operatione, qua ille vi agendi præditus ac efficax eſt (id enim Sanctis promiſcuum habetur, uti probatum eſt) ipſi pro libito de Operatione, quæ à Dei Eſſentia dividitur, modo ſuperius relato, acceperunt. Ait enim magnus Dionyſius, quod & poſtea illi ſecundus Ioannes Damaſcenus iiſdem verbis expoſuit, nempe, *Divinam illuſtrationem atque virtutem, unà cùm ſit & ſimplex & indiviſa & boniformis, in dividuis variantem cunctiſque tribuentem quibus propria natura præſtatur incolumis, ſimplicem manere: quæ multiplicetur quidem in dividuis indiviſè, dividuaque in ſuam ipſa ſimplicitatem colligat atque convertat. Cuncta enim illius deſiderio tenentur, & in ipſa exiſtentiam habent, cunctiſque eſſe, pro eo ac illis natura comparatum eſt, impartit: eſtque ea, eorum quæ ſunt, eſſe, eorumque quæ vivunt, vita; eorum quæ ratione utentium more ſunt, ratio, eorumque quæ intelligentium more, intelligentia; cùm ipſa ſupra mentem, ſupraque rationem, & ſupra vitam, ac ſupra eſſentiam exiſtat.*

Dei eſſentia & virtus, pro eodem.

Dionyſ. & Damaſcenus.

His itaque ut validiſſimis utuntur, ad probandum, Divinam eſſentiam, nullius eorum quæ extra ſunt eſſe effectricem, ſed operationem ſeu virtutem, quam tantopere ad eſſentia diſtingui dixerunt, illaque infinities infinitè inferiorem eſſe; hanc nempe creatis propinquare, eaque incolumia præſtare, atque ad creaturam inferius ventitare, ejuſque illam participem eſſe, & ſanctificare, & illuminare, & inſidere, & eos qui digni ſint deificare, proprieque deitatem & vitam & ſapientiam & virtutem & hæreditatem Sanctorum eſſe, ac beatitudinis finem; ac quæcunque alia in priori parte antè dicta ſunt, in qua eorum fidem, ex iis quæ illis ſcripta ſunt, oſtendimus. His itaque utuntur, ut ea probent quæ dicta ſunt, ignorantes quod ita dicitur, *Divina illuſtratio ac virtus, cùm una ſit, omnia omnibus fit*, de eſſentia divina dictum eſſe, ut & ipſamet abundè teſtantur verba, quæ palam Theologiæ explicandi more Dei eſſentiæ congruant, ac omnem illi excellentiam tribuant, uti etiam dixit magnus Dioniſius in libro de Divinis nòminibus; *Deum* nimirum *providentia cunctis rebus adeſſe, omniaque in omnibus omnium ſalutis cauſa fieri, cùm in ſe ipſe maneat, inque ſua identitate nullo extra proceſſu ſecundùm unam inceſſabilemque virtutem conſiſtat.* Ac rurſus in iiſdem ait, *Ipſam de ſe in ſacris tradidiſſe Eloquiis, Eſſe ſe omnium cauſam ſeu auctorem, & principium & eſſentiam & vitam*, & quæcunque alia ſigillatim Deum nobis fieri recenſet, tanquam qui principium ſit, omni principio eminens. Sic enim etiam Damaſcenus in duodecimo capitum ſuorum Theologicorum; ut à Beato illo editum eſt, dicens, *Deus omnium eſſentia ac principium eſt; eorum quæ ſunt, eſſentia, eorum quæ vivunt, vita.* Quod itaque in illis *Divinam* dixit *illuſtrationem atque virtutem*, in his *Deus*, dicit; juxta

Libr. I. c. 12.

Greg. Nyſſenus adverſus Græcos.

quod nimirum ſentit Gregorius Nyſſenus Oratione adverſus Græcos, dum ſic ait, *Sin autem Deus nomen eſt eſſentiam ſignificans, qui unam ſanctæ Trinitatis eſſentiam confitemur, unum merito Deum ſentimus: quandoquidem unius eſſentiæ nomen unum, Deus eſt.* Liquet igitur, quod ita dictum eſt; *Divina illuſtratio & virtus, quæ una ſit & ſimplex & indiviſa*; de eſſentia divina dictum eſſe. Sic enim etiam de illa dixit beatus Maximus, *Ipſa ſupra quam bonitas, quæ mens exiſtat, totaque operatio ſeu virtus, in ſeipſam converſa, virtus ſeu operatio eſt.*

Maximus.

Sic quaſi univerſim delineando, rudique penicillo complectendo, hæc hujus corruptionis cauſæ extiterunt. Idque illis ita evenit, quà lumen illud oculis aſpectabile, quod ſibi confinxerunt, Deitatem & Deum, ac Lumen verum ſupremumque appetibilium ut aſſererent, in animam induxerunt; quod utique, nec Dei Eſſentiam, neque perſonam, ſed virtutem ſeu operationem, ac quicquid in Deo virtutis eſt ſeu operationis, ſtatuerunt: Sive eum errorem ex quorundam olim Maſſalianorum, ſic dictorum, deliriis, ſibi acervarunt, qui prius quidem viſibilem Dei Eſſentiam blaſphemiâ dicerent, tumque Catholicæ Synodi auctoritate cenſuraque revincti, hoc Hæreſeωs invenerunt confugium, ut dicerent, Non ſibi oculis aſpectabilem divinam Eſſentiam, ſed videri Lumen increatum, quod ab æterno ineſt Deo, ac neque Dei Eſſentia, nec hypoſtaſis ſeu perſona, ſed virtus ac operatio eſt; ſive ex quorundam Monachorum, virtutem ſimulantium (rudium ſcilicet hominum ac ſeductorum) haud ſanæ mentis inſomniis, qui Numen ipſum ſe capere poſſe arbitrarentur, ac corporeis oculis comprehendere; modò in angulo tenebricoſo ſedentes, nixaque pectori barba ac mento, oculumque ſenſibilem cum omni mente in ventris medio (circa nimirum umbilicum) continentes, aërisque nare attractionem, ne libera prodeat reſpiratio, cohibentes, intus in viſceribus rimentur, ut inveniant locum cordis, huicque ſe exercitio diu noctuque impendant. Sic enim inventuros aiunt indeficientem jugemque lætitiam; ac mentem confeſtim viſuram, quæ nunquam hactenus noverat. Videt enim interjectum cordi aërem, ſeque totam lucidam ac diſcretionis plenam.

Palamitarum Antiſtites Maſſaliani ac Monachi rudiores.

Vndecunque igitur, ſive ab his, ſive ab aliis, ſive ipſi à ſe hujuſce luminis copiam ejuſmodi nacti ſint, aliis dicendum relinquo. Non pauci enim de iis rebus tractatus libroſque conſcripſerunt. Liquidò autem conſtant quæ dicta à nobis ſunt, & ex his quæ dicit, Sermone ſuo de Vigilantia & Attentione, Symeon quidam, qui fuit Præpoſitus Monaſterii, quod Xyloceri cognomento appellatur, cui & Iunioris Theologi appellationem indiderunt, rerum ejuſcemodi diſcipuli ac magiſtri. Quanquam ipſe quoque Palamas, Oratione quarta ex illis quas *Priores* prænotavit, hæc ait, *Sic comparatum à prævaricatione, ut homo interior, pro eo ac exterior geſtu habituque compoſitus eſt, ſimilitudinem ineat ac*

Symeon Novus Theologus.

Palamas ipſo Omphalophycus.

A Ὁ Θεὸς, φησὶν, δηλονότι κατὰ τὸν Νύσσης Γρηγόριον, ἐν τῷ κατὰ Ἑλλήνων, οὕτω λέγοντα, Εἰ δὲ τὸ Θεὸς ὄνομα, οὐσίας σημαντικόν ἐστι, μίαν ὁμολογοῦντες οὐσίαν τῆς ἁγίας Τριάδος, ἕνα Θεὸν εἰκότως δοξάζομεν· ἐπεὶ μιᾶς οὐσίας ἓν ὄνομα τὸ Θεὸς ἐστί. δῆλον οὖν, ὡς τὸ, Ἡ θεία ἔλλαμψις καὶ ἐνέργεια, μία οὖσα καὶ ἁπλῆ καὶ ἀμέριστος, περὶ τῆς θείας οὐσίας εἴρηται. οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος περὶ αὐτῆς εἴρηκε Μάξιμος, Ἡ αὐτοϋπεραγαθότης, νοῦς οὖσα καὶ ὅλη ἐνέργεια, εἰς ἑαυτὴν ἐστραμμένη ἐνέργεια ἐστί.

Καθόλου μὲν τύπῳ περιλαβεῖν, ταῦτα τῆς
B φθορᾶς ταύτης αἴτια ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἔπαθον, βουλόμενοι τὸ φῶς ἐκεῖνο τὸ ὁρατὸν, ὅπερ ἑαυτοῖς ἀνέπλασαν, βεβαιῶσαι Θεότητα καὶ Θεόν· καὶ Φῶς ἀληθινὸν, καὶ τῶν ἐφετῶν τὸ ἀκρότατον, μήτε Οὐσίαν Θεοῦ, μήτε ὑπόστασιν, ἀλλ' Ἐνέργειαν, καὶ τὴν ὅλην ἐνέργειαν αὐτὸ τιθέμενοι· ὅπερ εἴτε ἔκ τινῶν ποτε γενομένων Μασσαλιανῶν λεγομένων ἑαυτοῖς ἐπεσώρευσαν, οἳ πρότερον βλασφημοῦντες ὁρατὴν εἶναι τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, εἶτα ἐλεγχθέντες ὑπὸ καθολικῆς Συνόδου, καταφυγὴν τῆς αἱρέσεως ἐξεῦρον μὴ εἶναι αὐτοῖς τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὁρατὴν, ἀλλ' ὁρᾶσθαι Φῶς ἄκτιστον· ἐνυπάρχον ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ, μήτε Οὐσίαν Θεοῦ, μήτε ὑπόστασιν, ἀλλ' ἐνέργειαν οὖσαν· εἴτε ἔκ τι-
C νων μοναχῶν, ἀρετὴν ὑποκρινομένων, [14] ἀλό- 14
γων καὶ πεπλανημένων, οἰομένων εἶναι τὸ Θεῖον ἁλώσιμον· καὶ αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς ληπτὸν, ἂν ἐν γωνίᾳ πλήρει σκότους καθίσαντες, καὶ τὸν μὲν πώγωνα τῷ στήθει ἐρείσαντες, τὸν δὲ αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ νοῒ ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας, ἤγουν κατὰ τὸν ὀμφαλὸν, ἐπέχοντες, καὶ τὴν τῆς ῥινὸς τοῦ πνεύματος ὁλκὴν τοῦ μὴ ἀδεῶς πνεῖν, ἐρευνῶσιν ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὕρειν τὸν τόπον τῆς καρδίας, καὶ τῷ ἔργῳ τούτῳ προσέχωσι νύκτα καὶ ἡμέραν. οὕτω γὰρ εὑρήσειν τότε φασὶν ἄληκτον εὐφροσύνην, καὶ τὸν νοῦν βλέπειν παρευθὺς ἃ οὐδέποτε ἐπίσατον. βλέπει γὰρ, τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα, καὶ ἑαυτὸν φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεων.

Εἴτε τοίνυν ἐντεῦθεν, εἴτ' ἐκεῖθεν, εἴτ' οἴκο-
D θεν τὴν τοιαύτην τοῦ φωτὸς τούτου εὐπορίαν αὐτοῖς περιεποιήσαντο, λέγειν ἄλλοις παραλείπω· οὐκ ὀλίγοις γὰρ περὶ αὐτῶν ἐλογογραφήθη. δῆλα δὲ τὰ εἰρημένα, καὶ ἐξ ὧν φησὶ, ἐν τῷ περὶ Νήψεως καὶ προσοχῆς αὐτοῦ λόγῳ, Συμεών τις γεγονὼς ἡγούμενος τῆς ἐπιλεγομένης Ξυλοκέρου μονῆς· ὃν καὶ Νέον Θεολόγον ἐπέγραψαν, οἱ τῶν τοιούτων μύσται καὶ μυσταγωγοί. καί τοι καὶ αὐτὸς ὁ Παλαμᾶς ἐν δ΄ λόγῳ οὓς ἐπιγράφει Προτέρους, τάδε φησιν. Ἐπὶ τοῖς ἔξω σχήμασι πεφυκὲν ὁ ἔσω ἄνθρωπος συνεξομοιοῦσθαι μετὰ τὴν παράβασιν. πῶς οὐκ ἂν συντελέσαι τι μέγα, τῷ σπεύδοντι συστρέφειν τὸν νοῦν εἰς ἑαυτὸν, ὡς μὴ τὴν

A τὴν κατ' εὐθεῖαν, ἀλλὰ τὴν κυκλικὴν καὶ ἀπλανῆ κινεῖσθαι κίνησιν, τὸ μὴ τὸν ὀφθαλμὸν ὧδε κἀκεῖσε περιάγειν· ἀλλ' οἷον ἐρείσματί τινι τοῦτον προσερείδειν τῷ οἰκείῳ στήθει, ἢ τῷ ὀμφαλῷ. πρὸς γὰρ τῷ εἰς κύκλον ὥσπερ ἔξωθεν ἐφόσον ἐφικτὸν συνελίττειν ἑαυτὸν, παραπλησίως τῇ σπουδαζομένῃ ἐν ἑαυτῷ τοῦ νοῦ κινήσει, καὶ τὴν διὰ ὄψεως διερχομένην δύναμιν τοῦ νοῦ τῆς καρδίας εἴσω πέμψει, διὰ τοῦ τοιούτου σχήματος τοῦ σώματος. τὰς γοῦν τοιαύτας ἀλήκτους εὐφροσύνας, καὶ τὰ φῶτα καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα σκηνὴν, καὶ οὗτος ἐπαινέσας, ὡς ἔοικεν, ἐθεοποίησε· διὸ καὶ ἐν τῇ πρὸς Μηνᾶν ἐπιστολῇ ταῦτα φησίν· B Εἴ τις οὐ παραδέχεται τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου τοῦ Ἰησοῦ, ὅπερ καὶ σκίρτημα πολλαχοῦ οἱ Πατέρες ἐκάλεσαν, πνέουσαν δύναμιν, καὶ καρδίας ζώσης κίνημα, ὁ τοιοῦτος, οἶμαι, ἀκμὴν οὐκ ᾐσθάνθη αὐτῆς. καὶ πάλιν, Ἡσαΐας δὲ ὁ θεῖος, ποῖον Πνεῦμα λαβεῖν ἡμᾶς καὶ τεκεῖν φάσκει. οὐχὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τοῦ ἐνεργοῦντος ἐν πυρὶ τοῖς πιστοῖς, καὶ σωτηρίαν πληροῦντος; ποῖον δὲ πῦρ μαστίζει τοὺς δαίμονας, καὶ φυγαδεύει αὐτούς· ὥς φησιν Ἰωάννης ὁ θεῖος πατήρ· οὐ τὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, τὸ ἐν τῇ μνήμῃ αὐτοῦ ἐξάπτον ἔνδον; ὀσμὴ δὲ Ὑψίστου, ποία ἑτέρα, εἰ μὴ θέρμη τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἥ τις ποτὲ καὶ ἐκ τῆς ῥινὸς ἀρρήτως ἐξέρχεται. ἃ δὴ ἐν τοῖς περὶ Φωτὸς αὐτοῦ λόγοις, οὓς ἐπιγράφει Προτέρους καὶ Δευτέρους C φησὶν οὕτως· Ὁ μέν τοι φῶς, ἐν ὑποστάσει φασὶ πνευματικῶς ὁρᾶν· ὂν μὲν, καὶ μὴ συμβολικόν· ἀεὶ γὰρ ὄν, καὶ τὰ ἑξῆς. τὰ δὴ τοιαῦτα, ἐν τῷ προτέρῳ λόγῳ προείρηται, ὅπου τὴν τῶν ἀνδρῶν τούτων πίστιν ἐδείκνυμεν.

Ἐπεὶ δὲ τούτοις ἐλεγχόμενος ὑπό τινων, σαφῶς τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ὁρατὴν καὶ προσιτὴν κατασκευάζων, ἐκφεύγων δῆθεν τὸ ἄτοπον, χείρονι κακῷ θεραπεύειν τὸ βλάσφημον ἐπεχείρησε· καὶ τολμᾷ τὴν ὑπερούσιον ὕπαρξιν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπερηνωμένην ἑνάδα, ἀθέσμως πραγματικῇ διαιρέσει, εἰς Οὐσίαν καὶ Ἐνέργειαν, μᾶλλον δὲ Ἐνεργείας, διελέσθαι· καί φησιν, ἔν τινι τῶν εἰρημένων λόγων, Ὅτι τοῦτο τὸ φῶς, Οὐσία μὲν Θεοῦ, οὐκ ἔστι· καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη. ἄγγελος οὐκ ἔστι· δεσποτικοὺς γὰρ, φέρει χαρακτῆρας. καὶ πάλιν, D Τὸ φῶς τοῦτο, θεωρία ἦν, οὐ τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῆς δόξης τῆς φύσεως αὐτοῦ, ἣν καὶ ἔδωκε τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος, καὶ δι' αὐτῶν, πᾶσι τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ. καὶ μετ' ὀλίγα, Ὥστε καὶ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, τὴν δόξαν ἔδωκε τῆς Θεότητος. τὴν φύσιν δ' οὔ· ἄλλο ἄρα φύσις Θεοῦ, καὶ ἡ δόξα ταύτης ἕτερον· ἀλλ' εἰ καὶ τῆς θείας φύσεως ἕτερον ἐστὶ, τοῖς οὖσιν, οὐκ ἂν εἴη ἐναρίθμιος. καὶ εἰς παράστασιν τῶν τοιούτων αὐτοῦ λόγων, τῷ ἐπὶ τῆς τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως χρῆται φωτί, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ φωτὸς τὰ ὅμοια διέξεισιν, ἐν διαφόροις λόγοις αὐτοῦ· ᾧ ἡ Σύνοδος ἀκολουθήσασα, τὴν προεκτεθεῖσαν ἐβεβαίωσε πίστιν. διὰ ταῦτα πολλοῖς προσέκοψαν, συμποδισθέντες



A *conformetur. Quì ergo fiat, ut non magnum aliquid ei præſtetur, qui mentem in ſeipſam convertere ſtudet, ut non rectà, ſed circulari & abſque errore motu moveatur, ea ratione, quod non huc ac illuc oculum circumagit: ſed velut cuidam fulcro ac ſuſtentaculo, ſuo illam pectori, ſeu umbilico, cui innitatur admoneat. Ad hoc enim quod circulariter, velut externè, quanta facultas eſt, ſeipſum convoluit, cum mentis in eo accurato motu affinique illi ratione, etiam aſpectu quanta poſſibilis eſt, mentis vim, per ejuſmodi corporis habitum geſtumque intra cor mittit.* Ejus generis itaque juges jucunditates & lumina, omnemque earum rerum ſcenam, hic quoque, ut videtur, laudans, in divinis habuit. Vnde etiam in Epiſtola ad Menam B hæc ait, *Si quis non recipit exultationem ſalutaris Ieſu quam & geſtientis animi motum ac exilitionem Patres multis locis vocarunt, ſpirantem vim, ac viventis cordis agitationem, talis, puto, ejus necdum ſenſum fecit.* Ac rurſus, *Divinus autem Eſaias qualem nos Spiritum accipere & parere ait? Nonne Domini Ieſu, qui in igne Fidelibus operatur, ac implet ſalutem?* Iſai.16.28. *Quiſnam verò ignis cædit dæmonas, eoſque fugat, quemadmodum ait divinus Pater Ioannes? Nonne Domini Ieſu qui intùs in ejus memoria accenditur? Porrò Altiſſimi odor, quiſnam alius, niſi fervor Spiritus ſancti, qui & per nares quandoque arcana ratione procedit?* Quæ utique in Orationibus ſuis de Lumine, quas *Priores* & *poſteriores* prænotat, inque hunc modum exponit. *Hunc nimirum ignem, ipſum in hypoſtaſi ac ſubſiſtentem ſpiritaliter ſe videre aiunt, quod qui-* C *dem exiſtentiam habet, & non ſymbolicum eſt: ſemper enim exiſtens eſt*, & quæ ſequuntur. Quæ utique jam antè dicta ſunt libro primo, ubi horum hominum fidem oſtendimus.

Hinc autem arguentibus quibuſdam, quod palam Dei Eſſentiam oculis aſpectabilem nareque aſpirabilem affirmaret, nimirum ut abſurdum vitaret, pejore malo blaſphemiam lenire conatus eſt; audetque eſſentia omni ſuperiorem Dei exiſtentiam ac ſupraquam unitam unitatem, ſceleſtè reali diſtinctione in Eſſentiam & Operationem, ſeu potius Operationes, dividere; aitque in quadam dictarum Orationum, *Lumen hoc, non Dei quidem Eſſentiam eſſe: Nam illa non poteſt tangi. Angelum non eſſe, quippe cùm Dominicos ferat* D *characteres.* Ac rurſus, *Lumen hoc viſio erat, non divinæ naturæ; ſed claritatis ſeu majeſtatis naturæ ejus, quam & Diſcipulis Dominus tradidit, & per eos, cunctis ejus Fidelibus.* Pauciſque interjectis, *Quamobrem etiam humanæ naturæ claritatem dedit Deitatis, non tamen naturam: Aliud ergo eſt Dei natura, aliudque ejus claritas. Cæterum quamvis aliud ſit à divina natura, haud tamen rebus connumerari debuerit.* Atque ut ejuſmodi ſermonibus ſuis fidem aſtruat, utitur lumine quod in Domini Transformatione effulſit, eademque de illo Lumine diſſerit, in diverſis ſuarum Orationum locis; cujus veſtigiis inhærens Synodus, quam ſuperius expoſuimus, Fidem confirmarunt. Idcirco multis offenderunt, per eas, quas dixi, cauſas in errorem impulſi; præſertim verò per

vocum homonymiam, aliamque ac aliam earum acceptionem, ex qua factum eſt, ut nedum Operationis nomen, quod ejus generis eſt ac ὁμώνυμον, ut oſtenſum eſt, malè intellexerint, ipſi ſeipſos ſpontè, ad claram veritatem excæcantes, ſed & virtutis ſeu potentiæ, & bonitatis & vitæ & ſapientiæ, & per ſe vitæ & ſapientiæ, & providentiæ & voluntatis: ac inde velut in tenebris ac confuſione nihil diſcernentes, adverſus communem Fidem, ipſique adverſus ſeipſos proceſſerint, quæ digna barathro ſint, concludentes.

Ac liquet (dicendum enim pauca, ut Arrianis affinem horum errorem pravamque expoſitionem probemus) Ait ſanctus Maximus capite 25. tertii Centenarii de Charitate, *Quatuor divinas proprietates, quarum ſit virtutis ut res contineant, & tueantur præſtentque incolumes, ob ſummam bonitatem Deus communes fecit, productas in rerum naturam ſubſtantiæ rationis participe ac intelligente; nempe eo quod eſt, & quod ſemper eſt, itemque bonitate & ſapientia. Harum duas, ſubſtantiæ tribuit, hoc quod eſt, ac quod ſemper eſt; duas verò reliquas, voluntatis ac ſententiæ animi habilitati; ut quæ ipſe per eſſentiam eſt, etiam creaturæ fierent per participationem. Idcirco etiam creatura, ad Dei imaginem & ſimilitudinem dicitur eſſe facta: Et quidem ad imaginem, velut quod eſt, ejus qui eſt; & quod eſt ſemper, ejus qui eſt ſemper; licet non ſine principio, at ſine fine tamen: ad ſimilitudinem verò, ut bonus, ejus qui bonus eſt; & ut ſapiens, ejus qui ſapiens; qui per gratiam, ejus qui per naturam. Et quidem ad Dei imaginem eſt, natura omnis ratione utens: ad ſimilitudinem verò, ea ſolum quæ bona & ſapiens eſt.* Idem in eiſdem, *Immortalia omnia, & ipſa immortalitas; bonaque omnia, & ipſa bonitas; virtuteque prædita omnia, & ipſa virtus, Dei palam exiſtunt opera.* Pauciſque interjectis, *Deus enim omnis vitæ & immortalitatis, bonitaſque & virtutis conditor eſt.* Hincque adeò manifeſtum, cùm ait hic Sanctus, in iiſdem ipſis immediatè capitibus, *Deum infinities infinitè, his quæ participant & quæ participantur, eminere*, ad has creaturas, haſque perfectiones, quas à Deo per gratiam habemus, & quadam ſimilitudine, aliaque nominis ratione, ac quarum ſumus participes, velut artefacta artificis, reſpiciendo, illa dicere; ita nimirum ut participantia dicat, ipſa ſubjecta; quæ verò participantur, quæ nobis congenea ſunt atque propria; quorum, per gratiam, indulto nobis commercio, boni & ſapientes & juſti & immortales dicimur, & qui ſemper ſimus, ut quorum nullus finis ſit futurus: Non enim eadem bonitate & ſapientia & immortalitate, nos pariter, Deuſque boni & ſapientes & immortales ſumus. Quamobrem meritò aiebat, Deum infinities infinitè his præcellere, velut propriis effectibus; haud ſanè verò, ſuæ ipſum ſapientiæ & vitæ ac immortalitati infinities infinitè præſtare, quemadmodùm illi intellexere. Hoc enim eſt ac ſi diceretur, Ipſum ſeipſo ſuperiorem eſſe, cùm tamen nihil ſeipſo ſuperius ſit, ac vel maximè *infinities infinitè*.

Maxim. Cent. 3. c. 25

Ipſæ formæ & abſtracta, Dei opera.

A τοῖς εἰρημένοις αἰτίοις· καὶ μάλιστα τῇ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἀπάτῃ· δι' ἣν οὐ μόνον τὸ τῆς Ἐνεργείας ὄνομα ὁμώνυμον ὄν, ὡς δέδεικται, παρενόησαν, ἑκόντες ἑαυτοὺς ἀποτυφλώσαντες πρὸς φανερὰν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς δυνάμεως καὶ ἀγαθότητος καὶ ζωῆς καὶ σοφίας· καὶ αὐτοζωῆς καὶ αὐτοσοφίας, καὶ προνοίας καὶ βελήσεως· ἐξ οὗ καθάπερ ἐν σκότῳ καὶ συγχύσει μηδὲν διακρίναντες, κατὰ τῆς κοινῆς πίστεως καὶ καθ' ἑαυτῶν ἐχώρησαν, βαράθρων ἄξια συμπεράναντες.

Δῆλον δέ, ῥητέον γὰρ ὀλίγα προχειρισαμένοις, εἰς παράστασιν τῆς τῶν Ἀρειανῶν τούτων παραφορᾶς καὶ παρεξηγήσεως· φησὶν ὁ ἅγιος Μάξιμος ἐν κέ τῆς τρίτης τῶν περὶ Ἀγάπης ἑκατοντάδος, Ὅτι τέσσαρα τῶν θείων ἰδιωμάτων, συνεκτικὰ καὶ φρουρητικὰ καὶ διασωστικὰ τῶν ὄντων, δι' ἄκραν ἀ- B γαθότητα ἐκοινοποίησεν ὁ Θεός, παράγων εἰς τὸ εἶναι τὴν λογικὴν καὶ νοερὰν οὐσίαν· τὸ ὄν, τὸ ἀεὶ ὄν, τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν σοφίαν. τούτων τὰ μὲν δύο, τῇ οὐσίᾳ παρέχει· τὸ ὄν, καὶ τὸ ἀεὶ ὄν· τὰ δὲ δύο, τῇ γνωμικῇ ἐπιτηδειότητι, τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν σοφίαν· ἵνα ἅπερ αὐτὸς κατ' οὐσίαν, γένηται ἡ κτίσις κατὰ μετουσίαν. διὰ ταῦτα καὶ κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ λέγεται γεγενῆσθαι· καὶ κατ' εἰκόνα μέν, ὡς ὂν ὄντος· καὶ ὡς ἀεὶ ὄν, ἀεὶ ὄντος, εἰ καὶ μὴ ἀνάρχως, ἀλλ' ἀτελευτήτως. καθ' ὁμοίωσιν δέ, ὡς ἀγαθός, ἀγαθοῦ· καὶ ὡς σοφός, σοφοῦ· τοῦ κατὰ φύσιν, ὁ κατὰ χάριν. καὶ καθ' εἰκόνα μέν ἐστι, πᾶσα λογικὴ φύσις· καθ' ὁμοίωσιν δέ, μόνη ἡ ἀγαθὴ καὶ σοφή. ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς αὐτοῖς, Τὰ ἀθάνατα πάντα, καὶ αὐτὴ ἀθανασία· καὶ τὰ ἀγαθὰ πάντα, καὶ αὐτὴ ἡ ἀγαθότης· καὶ τὰ ἐνάρετα πάντα, C καὶ αὐτὴ ἡ ἀρετή, Θεοῦ προδήλως ἔργα τυγχάνουσι. καὶ μετ' ὀλίγα, Πάσης γὰρ ζωῆς καὶ ἀθανασίας, ἁγιότητός τε καὶ ἀρετῆς δημιουργός ἐστιν ὁ Θεός. καὶ δῆλον ἐκ τούτων, ὡς ὅταν ὁ ἅγιος οὗτος ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις κεφαλαίοις προσεχῶς λέγῃ, πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μετεχομένων ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξῄρηται, πρὸς τὰ δημιουργήματα ταῦτα, καὶ τὰς τελειότητας ταύτας, ἃς παρὰ Θεοῦ κατὰ χάριν ἔχομεν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ὁμωνύμως, καὶ ὧν μετέχομεν, ὡς τὰ τεχνητὰ τοῦ τεχνίτου, πρὸς ταῦτα ἀποβλέπων, ἐκεῖνα φησί, μετέχοντα μὲν λέγων αὐτὰ τὰ ὑποκείμενα· μετεχόμενα δέ, τὰ συμφυῆ καὶ οἰκεῖα ἡμῖν· ὧν κατὰ χάριν μετέχοντες, ἀγαθοί καὶ σοφοὶ καὶ δίκαιοι καὶ ἀθάνατοι καὶ ἀεὶ ὄντες, ὡς ἀτελεύτητοι, λεγό- D μεθα. οὐ γὰρ τῇ αὐτῇ ἀγαθότητι καὶ σοφίᾳ καὶ ἀθανασίᾳ ἡμεῖς τε καὶ ὁ Θεὸς ἀγαθοὶ καὶ σοφοὶ καὶ ἀθάνατοι ἐσμέν. ὅθεν εἰκότως ἔλεγεν, Ἀπειράκις ἀπείρως τῶν τοιούτων ὑπερκεῖσθαι τὸν Θεόν, ὡς ἰδίων ἀποτελεσμάτων· οὐ δήπου ὅτι ὁ Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ σοφίας καὶ ζωῆς καὶ ἀθανασίας ἀπειράκις ἀπείρως ὑπέρκειται, ὡς αὐτοὶ ἐνόησαν. τοῦτο γάρ ἐστι λέγειν αὐτὸν ἑαυτοῦ ὑπερκεῖσθαι· οὐδὲν δὲ αὐτὸ ἑαυτοῦ ὑπέρκειται· καὶ ταῦτα, ἀπειράκις ἀπείρως.

Πάλιν ὁ μέγας Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ Θείων ὀνομάτων λέγει. Οὐκ ἔστιν ἐναντίον αὐτοδύναμιν, ἢ αὐτοζωὴν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, καὶ τὸν αὐτοζωῆς ἢ εἰρήνης ἢ δυνάμεως ὑποστάτην. τὰ μὲν γὰρ, ἐκ τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων, ὡς αἴτιος πάντων τῶν ὄντων λέγεται· τὰ δὲ, ὡς ὑπὲρ πάντα, καὶ πρώτως ὄντα ὑπερῶν ὑπερουσίως. καὶ αὖθις, Αὐτοεῖναι καὶ αὐτοζωὴν καὶ αὐτοθεότητα φαμὲν, ἀρχικῶς μὲν καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς, τὴν μίαν πάντων ὑπεράρχιον καὶ ὑπερούσιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν· μεθεκτῶς δὲ, τὰς ἐκδιδομένας ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὰς δυνάμεις, τὴν αὐτοουσίωσιν, αὐτοζώωσιν, αὐτοθέωσιν· ὧν τὰ ὄντα οἰκείως ἑαυτοῖς μετέχοντα, καὶ ὄντα καὶ ζῶντα καὶ ἔνθεα καὶ ἔστι καὶ λέγεται, καὶ ἄλλα ὡσαύτως. διὸ καὶ πρώτως αὐτῶν ὁ ἀγαθὸς ὑποστάτης λέγεται εἶναι. εἶτα τῶν ὅλων αὐτῶν· εἶτα τῶν μερικῶν αὐτῶν· εἶτα τῶν ὅλως μετεχόντων· εἶτα τῶν μερικῶς αὐτῶν μετεχόντων. καὶ αὖθις, Τινὲς δὲ τῶν θείων ἡμῶν ἱεροδιδασκάλων, καὶ τῆς αὐτοαγαθότητος καὶ θεότητος ὑποστάτην φασὶ τὸν ὑπεράγαθον καὶ ὑπέρθεον· αὐτοαγαθότητα καὶ θεότητα λέγοντες εἶναι, τὴν ἀγαθοποιὸν καὶ θεοποιὸν, ἐκ Θεοῦ προεληλυθυῖαν δωρεάν. ταῦτα πάντα ὁ θεῖος Μάξιμος ἐπισημειούμενος ἐν τοῖς περὶ ταῦτα Σχολίοις, πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τοῦτο φησὶν, Ὑποβεβηκυίας θεότητας ἀκούων, νόησον ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων δικαίων.

Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ ἱερὸς Διονύσιος ἐν τοῖς αὐτοῖς, οὕτω προσδιορίζεται, Οὐκ ἄλλο δὲ εἶναι τἀγαθὸν φημὶ, καὶ ἄλλο τὸ ὂν, καὶ ἄλλο τὴν ζωὴν, ἢ τὴν σοφίαν· οὐδὲ πολλὰ τὰ αἴτια καὶ ἄλλων ἄλλας παρακτικὰς θεότητας ὑπερεχούσας καὶ ὑφειμένας· ὅτι δὲ τὰ εἰρημένα, ἐκτὸς ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο κτίσματα ὁ ἅγιος νοεῖ, καὶ δημιουργὸν αὐτῶν τίθησιν εἶναι τὸν Θεὸν, δῆλον μὲν καὶ ἀπὸ τῶν συντεθέντων τὴν δογματικὴν πανοπλίαν· οὗτοι γὰρ τὸ ὑποστάτης ἀντὶ τοῦ δημιουργὸς ἡρμήνευσαν· οὕτω γὰρ καὶ παραπέφρασται ἐκεῖ. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ αὐτὸς οὕτω λέγων, Ὁ ὢν, ὅλου τοῦ εἶναι κατὰ δύναμιν ὑπερούσιον ἐστὶν ὑποστάτις αἰτία καὶ δημιουργός. ὅλου τοῦ εἶναι φησὶν, οὐ δήπου δὲ τοῦ ἑαυτοῦ εἶναι.

Ἐπισημειοῦσθαι δὲ ἄξιον, ὅτι ὅσα ὁ ἅγιος Μάξιμος μετοχὰς τῶν ὄντων ἔλεγε, τὴν ἀρετὴν, τὴν ἀγαθότητα· τὴν ζωήν· σοφίαν, τὸ ὂν, τὸ ἀεὶ ὂν, ὃ καὶ ἀπειρίαν εἶπε· καὶ τἄλλα, ὧν καινοποιηθέντων καὶ δημιουργηθέντων ὡς αὐτὸς εἶπεν, ἡ κτίσις κατὰ μετουσίαν ἔχει, τὰ τοιαῦτα ὁ μέγας Διονύσιος εἴρηκεν αὐτοαγαθότητα, αὐτοζωὴν, αὐτοσοφίαν, αὐτοουσίαν, αὐτοεῖναι, καὶ τὰ παραπλήσια. ὀνομάζει δὲ ταῦτα οὕτως, ὅτι τὰς μετοχὰς ταύτας, ἀπὸ τῶν μετεχόντων διαιρῶν, καὶ αὐτὰς καθ' αὑτὰς ἐπινοίᾳ λαμβάνων χωρὶς ὑποκειμένου, οἷον τὴν δύναμιν ἀπὸ τοῦ δυνατοῦ· καὶ



De Divin. nom. c. 11. §. 6.

Deus ipſa vita, & ipſius vitæ conditor.

Rurſus magnus Dionyſius, de Divinis nominibus ait, *Non eſſe contrarium, quod Deus ipſa virtus ſeu potentia, aut ipſa vita dicatur, & quod ipſius vitæ aut pacis aut virtus ſeu potentiæ conditor. Nam hæc quidem, ex illis quæ ſunt, ac præſertim ex iis quæ primò ſunt, tanquam auctor eorum omnium quæ ſunt, dicitur; illa verò, ut qui ſupra omnia, eaque quæ primò ſunt, ſupereſſentialiter ſuperexiſtat.* Ac rurſus, *Ipſum per ſe eſſe, ipſam vitam, ipſamque Deitatem dicimus, principii quidem & deitatis & cauſæ ratione, unum omnium, principium omne eſſentiamque excedens, principium & cauſam; participatione verò, quæ ex Deo, cujus nulla participatio eſt, ex providentiæ rationibus emanant virtutes, ipſam eſſentiæ, ipſam vitæ, ipſam deificationis vim, quorum ea quæ ſunt, convenienti illis ratione, commercio, & entia ſive res & viventia & divina ſunt & dicuntur, aliaque ſimiliter. Quamobrem etiam, qui Bonus eſt, ipſorum primò conditor eſſe dicitur, tumque ipſorum univerſalium; exinde ipſorum particularium; ac tum eorum quæ univerſim, tum quæ in parte ſingulaque ipſa participant.* Ac rurſus, *Quidam verò divinorum noſtrorum ſacra doctrina magiſtrorum, ipſius etiam per ſe bonitatis ac deitatis conditorem aiunt, eum, qui ſupraquam bonus & ſupraquàm Deus eſt; nempe ipſam per ſe bonitatem ac deitatem dicentes, quod ex Deo bonificum ac deificum donum procedit.* Quæ omnia D. Maximus in Scholiis ad illa illuſtrans, cum aliis hæc quoque dicit, *Cùm deitates inferiores audis, intellige Angelorum atque hominum juſtorum.*

Maximus.

Dionyſius.

Sed & ipſe ſacer Dionyſius in iiſdem in hunc modum magis explicans verbiſque attemperans, *Non aliud verò bonum eſſe dico, atque aliud quod eſt, aliudque vitam, aut aliud ſapientiam: neque multos auctores, aliaſque aliorum productrices ſuperexcellentes inferioreſque deitates.* Quod autem ea quæ dicta ſunt, ſint extra Deum, eamque ob rem Sanctus craata eſſe intelligat, atque eorum opificem Deum eſſe ponat, liquet vel ex ipſis qui dogmaticam Panopliam compoſuerunt. Ipſi enim vocem ὑποστάτης, pro eo quod eſt δημιουργὸς (conditorem ſcilicet & opificem) interpretati ſunt: Sic enim etiam illic paraphraſi redditum eſt. Oſtendit verò etiam ipſe, cùm ſic ait, *Qui eſt, totius eſſe ſecundùm virtutem omni eſſe ſuperiorem cauſa* ὑποστάτης καὶ δημιουργὸς (*condens ſcilicet & efficiens ſeu creans*) eſt. Totius eſſe ait, haud planè ſui etiam ipſius eſſe.

Panoplia Dogmatica.

Obſervatu autem dignum eſt, quæcunque ſanctus Maximus rerum participationes dicebat, virtutem, bonitatem, vitam, ſapientiam, quod eſt, quod eſt ſemper (quod & infinitatem vocavit) aliaque, quorum innovatorum ac conditorum (ut ipſe loquitur) creatura per participationem conſors eſt, ejuſmodi magnum Dionyſium dixiſſe, ipſam per ſe bonitatem, ipſam vitam, ipſam ſapientiam, ipſam eſſentiam, ipſum eſſe, & quæ his affinia ſunt. Hæc verò ſic nominat, quod has participationes ab illis dividens, quæ participant, ipſaſque ſecundùm ſe ſubtili cogitatu abſque ſubjecto ſumens; putà virtutem ac potentiam abſque eo qui potens eſt, & ſapientiam abſque eo qui ſapiens, vitam.

Primò entia, ipſa formæ, priores naturâ.

A que abſque eo quod vivens, unumquodque
ipſum aliquid dicit, verbi gratia, ipſam vir-
tutem ac potentiam; ac ſi hoc ſolum vera pu-
raque ac puta virtus ſit & potentia, ipſaque
vita: ſimiliterque etiam reliqua. Velut etiam
ipſam humanitatem, & ipſam albedinem, quæ
prædicentur abſque ſubjectis. Hæcque adeò
primò entia vocat. Participationes enim na-
turâ priores ſunt iis quæ ſunt, & quæ parti-
cipant. Vnde etiam primò horum omnium
confertim Deum conditorem dicit. Non quod
tempore priora ſint, iis quæ ab illis deno-
minationem ſortiuntur, ſed quod naturâ.
Non enim hæc ſecundùm ſe eſſe habent, ſed
in aliis. Deinde auctorem dicit uniuſcujuſque
B univerſorum participationis; tumque parti-
cularis cujuſque univerſorum. Idemque in
iis præſtans, quæ participant, primò Deum
auctorem ait, eorum quæ universè ipſas par-
ticipant; deinde eorum quæ particulariter
participant. Abſtrahens enim mens partici-
pationes, ab iis quæ participant, primò eas
conſiderat ut participationes; tumque ut
tales participationes; puta ipſas bonitates,
ipſas ſapientias, ſive quovis alio modo
dicas; tumque velut hujus illiuſve ipſam
ſapientiam & ipſam bonitatem. Hæc itaque
Deum vocari ait, ex iis quæ ſunt; putà, po-
tentem, ſapientem, juſtum; & maximè ab his,
quæ primò ſunt; putà, ipſam virtutem ac
potentiam, ipſam ſapientiam, ipſam juſti-
tiam. Sunt enim hæc naturâ, non tempore
priora. Propterea etiam velut eorum quæ
C naturâ priora ſunt, primò ipſe ut parens, con-
ditor atque opifex dicitur; deinde ſpecierum;
tumque individuorum. Idcirco ait, *Hæc qui-
dem ex his quæ ſunt, nominantur, ac maxime ab
his quæ primò ſunt.* Illa verò, ſupra quam ip-
ſam vitam, ſupra quam ipſam ſapientiam,
ſupra quam ipſam bonitatem, quatenus om-
nium conditor & opifex, ſupra omnia, & ip-
ſa quæ primò ſunt, ſupereſſentialiter eſt. Id-
circo licet hæc, Deumque ipſam vitam & ip-
ſam ſapientiam, & ipſam virtutem ac poten-
tiam vocemus; principii tamen Deique & cau-
ſæ ratione, unum univerſorum, principium
omne excedens & eſſentiam, dicimus princi-
pium & cauſam; participatione verò, atque
ratione ejus quod ex cauſa eſt, quæ ex eo qui
omnem excedit participationem, providen-
tiæ vires derivantur ac facultates. Quemad-
D modum igitur ab his quæ participant, quæ
creata ſint, Deus ſapiens, ſeu bonus, ſeu ju-
ſtus nominatur; ſic & à participationibus,
quæ ipſæ creatæ ſint; putà, ab ipſa ſapientia,
ipſaque juſtitia, ipſa ſapientia, ipſa juſtitia no-
minatur, ut eorum auctor, ſecundum eam
Theologiæ vim, quæ rationi cauſæ nititur:
ac rurſus ſuper ipſam ſapientiam, & ſuper ip-
ſam juſtitiam, ſecundùm eam quæ inficians
eſt, quatenus nihil prorſus eſt eorum quæ ſunt.

Manifeſtum igitur eſt ex iis quæ dicta ſunt,
vitam omnem & ſanctitatem & ſimplicita-
tem & virtutem & bonitatem & ſapientiam,
quoad nos, naturales dici participationes:
quoad Deum verò, participantia, velut ar-
tefacta exemplaris cauſæ ſecundùm ejus ſi-

A τὴν σοφίαν ἀπὸ τοῦ σοφοῦ, καὶ τὴν ζωὴν ἀπὸ
τοῦ ζῶντος, αὐτό τι ἕκαστον καλεῖ. οἷον αὐτοδύνα-
μιν, οἱονεὶ τοῦτο μόνον εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν
δύναμιν, καὶ αὐτοζωήν· ὁμοίως καὶ τὰ ἄλλα.
ὥσπερ καὶ αὐτοανθρωπότητα καὶ αὐτολευκό-
τητα, τὰ κατηγορούμενα ἄνευ τῶν ὑποκει-
μένων. καὶ ταῦτα πρώτως ὄντα καλεῖ· φύσει
γὰρ αἱ μετοχαὶ πρότεραι τῶν ὄντων καὶ μετε-
χόντων· διὸ καὶ πρώτως τούτων πάντων, ἀ-
θρόον ὑποστάτην λέγει τὸν Θεόν· οὐχ ὅτι πρότε-
ρα τῷ χρόνῳ τῶν παρωνύμως ἀπ' αὐτῶν, ἀλλ'
ὅτι τῇ φύσει· οὐ γὰρ ἔχει ταῦτα καθ' ἑαυτὰ
τὸ εἶναι, ἀλλ' ἐν ἄλλοις. ἔπειτα αἴτιον φη-
B σὶν ἑκάστης τῶν καθόλου μετοχῆς· ἔπειτα τῆς με-
ρικῆς ἑκάστης τῶν καθόλου. καὶ ἐπὶ τῶν μετε-
χόντων ὁμοίως ποιῶν, πρώτως λέγει αἴτιον τὸν
Θεὸν, τῶν ὅλως αὐτῶν μετεχόντων· εἶτα τῶν με-
ρικῶς αὐτῶν μετεχόντων. ἀφαιρῶν γὰρ ὁ νοῦς τὰς
μετοχὰς ἀπὸ τῶν μετεχόντων, πρῶτον αὐτὰς
θεωρεῖ ὡς μετοχὰς, ἔπειτα ὡς τοιάσδε μετοχάς·
οἷον, αὐτοαγαθότητας, αὐτοσοφίας, ἢ ὁπωσοῦν
ἄλλως. εἶτα ὡς τοῦδε ἢ τοῦδε αὐτοσοφίαν καὶ αὐ-
αγαθότητα. τὰ μὲν οὖν ὀνομάζεσθαι τὸν Θεὸν
ἀπὸ τῶν ὄντων φησίν· οἷον δυνατὸν, σοφὸν, δίκαιον,
καὶ μάλιστα τῶν πρώτως ὄντων· οἷον αὐτοδύναμιν,
αὐτοσοφίαν, αὐτοδικαιοσύνην· φύσει γὰρ, οὐ χρό-
νῳ ταῦτα πρότερα· διὸ καὶ ὡς τῇ φύσει προ-
τέρων, πρώτως αὐτὸς ὡς γεννῶν λέγεται ὑπο-
στάτης καὶ δημιουργός· εἶτα τῶν εἰδῶν αὐτῶν· εἶτα
C τῶν ἀτόμων· διὸ καὶ λέγει, Ταῦτα μὲν ὀνομάζεσθαι
ἀπὸ τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα τῶν πρώτως ὄντων·
τὰ δὲ, ὑπεραυτοζωὴν, ὑπεραυτοσοφίαν, ὑπεραυ-
τοαγαθότητα, ὡς ὑποστάτης πάντων καὶ δημιουρ-
γὸς, ὑπὲρ πάντα καὶ τὰ πρώτως. διὸ εἰ καὶ
ταῦτα καὶ τὸν Θεὸν αὐτοζωὴν καὶ αὐτοσοφίαν
καὶ αὐτοδύναμιν καλοῦμεν, ἀλλ' ἀρχικῶς μὲν
καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς, τὴν μίαν πάντων ὑ-
περάρχιον καὶ ὑπερούσιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν· με-
θεκτῶς δὲ εἴτουν αἰτιατῶς, τὰς ἐκδιδομένας
ἐκ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὰς δυνάμεις. ὥσπερ
οὖν ἀπὸ τῶν μετεχόντων κτιστῶν ὄντων, ὁ Θεὸς
ὀνομάζεται σοφὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἢ δίκαιος· οὕτω
καὶ ἀπὸ τῶν μετοχῶν κτιστῶν οὐσῶν, οἷον, τῆς αὐτο-
σοφίας καὶ αὐτοδικαιοσύνης, ὀνομάζεται αὐ-
D τοσοφία καὶ αὐτοδικαιοσύνη, ὡς αἴτιος αὐ-
τῶν, κατὰ τὴν αἰτιολογικὴν θεολογίαν· καὶ πά-
λιν ὑπὲρ τὴν αὐτοσοφίαν, ὑπὲρ τὴν αὐτοδι-
καιοσύνην, κατὰ τὴν ἀποφατικὴν, ἐφόσον μη-
δὲν τῶν ὄντων ἐστὶ κατά τι.

Δῆλον οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς πᾶσα ζωὴ
καὶ ἁγιότης καὶ ἁπλότης καὶ ἀρετὴ καὶ ἀγαθότης καὶ
σοφία, πρὸς μὲν ἡμᾶς, μετοχαὶ λέγονται φυσι-
καί· πρὸς δὲ τὸν Θεὸν, μετέχοντα ὡς τεχνητὰ τῆς
παραδειγματικῆς αἰτίας καθ' ὁμοιότητα ἐκεί-

νου παρηγμένα, καὶ ὁμωνυμούμενα αὐτῷ. καὶ ἐπεὶ A ὁ Θεὸς, οὐκ ἀπὸ τῆς ἐν αὐτῷ ἀγαθότητος καὶ ἀθανασίας καὶ σοφίας καὶ γινώσκεται καὶ ὀνομάζεται, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἐν ἡμῖν, ἃ καὶ περὶ αὐτὸν λέγεται, ὡς περὶ ἡμᾶς τὰ ἡμέτερα κτήματα καὶ ἔργα, εἴτε ἀποτελέσματα, εἴτε καὶ ἐνέργειαι· οὐ γὰρ ἐκ τῶν κατ᾽ αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν, ἄλλης ἐξ ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον· διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἀγαθότης αὐτοῦ καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ ἁπλότης, ἔργα λέγονται αὐτοῦ παρὰ τῷ ἁγίῳ Μαξίμῳ. ἔτι δὲ περὶ αὐτὸν οὐσιωδῶς θεωρεῖσθαι, ὡς ἐνέργειαι· οὐσιωδῶς δὲ, ὅτι οὐ κατὰ μετοχὴν, ἀλλὰ κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, δείκνυσι ταῦτα ὄντα τὸν Θεὸν, σοφίαν, ἀγαθότητα, ζωὴν, καὶ τ᾽ ἄλλα μονοειδῶς καὶ ἑνιαίως. B

Ὥστε αἱ λεγόμεναι μετοχαὶ τοῦ Θεοῦ, αἱ μὲν εἰσὶ φυσικαὶ, αἳ κτισταὶ εἰσίν· αἱ δὲ παραδειγματικαὶ καὶ οἷον τεχνικαὶ, αἳ εἰσὶν αὐτὸς καὶ αὗται εἰσὶν ἄκτιστοι· ἃς ἔχει ὡς ἑαυτὸν ἔχων. καὶ αἱ φυσικαὶ αὗται μετοχαὶ παρὰ τῷ ἁγίῳ Μαξίμῳ, τοῦ Θεοῦ ἔργα λέγονται οὐκ ἠργμένα χρονικῶς· οὐχ ὅτι πᾶσα ζωὴ ἐν αὐτῷ οὐσιωδῶς ὑπάρχει, εἴτ᾽ οὖν πραγματικῶς· φυτικὴ καὶ ἄλογος, καὶ λογικὴ καὶ νοερὰ καθ᾽ αὑτήν· ἀλλὰ κατὰ τὸν αὐτῆς λόγον, διὰ τοὺς ἐν τῷ Θεῷ ἀνάρχους αὐτῶν λόγους, οἳ οὐδέποτε ἤρξαντο ἐν αὐτῷ. ἀλλ᾽, ὡς εἴρηται, ἔχει αὐτοὺς, ὡς ἑαυτὸν ἔχων· καὶ ὥσπερ αἱ ἐν ἡμῖν ζωαὶ καὶ ἁπλότητες καὶ ἀπειρίαι, ἄναρχοι λέγονται, διὰ τοὺς ἐν τῷ Θεῷ C ἀνάρχους αὐτῶν λόγους, οὕτως ἡ ἐν τῷ Θεῷ ζωὴ καὶ ἁπλότης καὶ ἀπειρία καὶ ἀθανασία, περὶ τὸν Θεὸν οὐσιωδῶς λέγονται, διὰ τὰ περὶ αὐτὸν, ἤγουν τὰς φυσικὰς μετοχάς· ἀφ᾽ ὧν ἅπερ ἐστὶν αὐτὸς, ὡς περὶ αὐτὸν νοοῦμεν, κατὰ τὸν τρόπον τοῦ ἡμετέρου νοῦ. καὶ οὐκ ἀνάγκη τὸν τρόπον τοῦ ἡμετέρου νοῦ, ἀποδιδόναι τῷ Θεῷ· οὐδὲ γὰρ τῷ λίθῳ ἀποδιδόαμεν τὴν αὐλίαν, εἰ καὶ αὔλως αὐτὸν νοοῦμεν.

Ἔτι τε δῆλον καὶ τὴν ἐν ἡμῖν θεότητα κτιστὴν εἶναι. εἰ γὰρ εἰσὶ πολλοὶ θεοὶ καὶ κύριοι, ὡς φησὶ Παῦλος, παρὰ τὸν ἕνα πρῶτον φύσει Θεὸν καὶ Κύριον, δῆλον καὶ τὴν κατ᾽ αὐτοὺς θεότητα οἰ- D κείαν αὐτοῖς εἶναι, κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον, τελειότητα, καὶ οἷαν ποιότητα καὶ ἕξιν παρὰ Θεοῦ δεδωρημένην, διὰ σύστασιν καὶ τελειότητα τῆς λογικῆς φύσεως, καὶ τὴν πρὸς τὸ κατ᾽ εἰκόνα καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν ἐμφέρειαν. δῶρον γὰρ ἡμῖν ὁ Θεὸς δέδωκε, τοῦ θεοῦσθαι δύνασθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι, καὶ αὐτῷ κατὰ μίμησιν προσεγγίζειν· Γίνεσθε γὰρ φησὶν οἰκτίρμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος· καὶ, Γίνεσθε μιμηταὶ Θεοῦ ὡς τέκνα ἀγαπητά· ὅπερ οἱονεί τι σπέρμα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς ἐνεφύτευσεν ὁ δημιουργὸς τῆς πρὸς αὐτὸν ἀναπλάσεως, κατ᾽ εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ καθ᾽ ὁμοίωσιν

militudinem producta, aliaque ratione idem ac ipſe nomen ſortita. Ac quia Deus, non alia bonitate quæ in ipſo eſt & immortalitate & ſapientia vel noſcitur, vel nominatur, ſed ab illis quæ in nobis ſunt, quæ & circa ipſum dicuntur, velut circa nos eſſe dicuntur noſtra prædia atque opera, ſive effectus vocare libeat, ſive actiones, ἐνεργείας. Non enim ex ſuis ipſius, ſed ex iis quæ ſunt circa ipſum, aliam ex alio colligentes repræſentationem, in unum aliquod evadimus exile veritatis ſimulacrum, ut Auctor eſt Gregorius Theologus; idcirco etiam ejus bonitas & ſapientia & ſimplicitas, illius effectus dicuntur à ſancto Maximo. Præterea verò circa ipſum eſſentialiter conſiderari, ut operationes ſeu actus: eſſentialiter verò, quia non ſecundùm participationem, ſed ſecundùm eſſentiam ſuam, oſtendit Deum hæc eſſe, ſapientiam, bonitatem vitam, & reliqua uniformiter & unitè.

*Dei cognitio ex creatis, non ex ipſis quæ ſunt in illo.*

*Greg. Theol. Orat. 38. & 42.*

Proinde, quæ dicuntur Dei participationes, aliæ quidem ſunt naturales; quæ ſunt creatæ; aliæ verò exemplares ac velut artificiales, quæ ſunt ipſe; & hæ ſunt increatæ: habetque illas Deus, ut qui ipſe ſe habeat. Atque naturales hæ participationes, Dei opera dicuntur à ſancto Maximo, non cœpta in tempore; non quod omnis vita eſſentialiter in illo exiſtat, ſive realiter; ipſa nimirum ſecundùm ſe vegetabilis & rationis expers, & rationalis & intelligens; ſed ſecundùm ſuam rationem, propter ſuas in Deo principii expertes rationes, quæ in eo nunquam cœperunt; ſed, ut dictum eſt, illas habet, ut qui ipſe ſe habeat. Et ſicut quæ in nobis ſunt vitæ & ſimplicitates & infinitates principii expertes dicuntur, propter principii expertes eorum in Deo rationes; ſic quæ in Deo eſt vita & ſimplicitas & infinitas & immortalitas, circa Deum eſſentialiter dicuntur, propter id quod eſt circa ipſum (naturales ſcilicet participationes) ex quibus eſt, ut ea quæ ipſe eſt, quaſi circa ipſum intelligamus, ſecundùm modum noſtrum intelligendi. Nec neceſſe eſt, ut modum intellectus noſtri tribuamus Deo: Nam nec lapidi tribuimus immaterialitatem, tametſi eum immaterialiter intelligimus.

*Participationes naturales & exemplares; Dei opera, & Deus ipſe.*

*Non cœpta Dei opera.*

*Intelligentis modus, non ipſe rei modus.*

Præterea liquet, quæ in nobis eſt, deitatem creatam eſſe. Si enim ſunt dii multi & domini, ut ait Paulus, præter unum primum natura Deum & Dominum, manifeſtum eſt etiam eorum deitatem illis propriam perfectionem eſſe, ſecundùm magis & minus, ac velut qualitatem, habitumque Dei munere acceptum, ad conſtitutionem ac perfectionem naturæ utentis ratione, imaginiſque ac ſimilitudinis accuratam rationem ſeu expreſſionem. Tribuit enim Deus nobis donum, quo dii ac boni fieri poſſumus, eique per imitationem accedere. *Eſtote* enim, inquit, *miſericordes, ſicut Pater veſter cœleſtis.* Et, *Eſtote imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi.* Donumque illud velut ſemen quoddam noſtræ ad eum reformationis, mentibus noſtris rerum Auctor inſeruit, qui ad imaginem ac ſimilitudi-

*Deitas in nobis creata.*

*1. Cor. 8. 5.*

*Luc. 6. 36.*

*Epheſ. 5. 1.*

nem ſuam nos condidit; eſtque in nobis congenitum principium, quo dii bonique efficiamur; ac primum inter Dei dona dicitur, ut quod multorum in nobis bonorum, dummodò velimus, exiſtat principium. Bonorum enim quæ in nobis à Deo ſunt, ſimilitudo primum beato Dionyſio ponitur, cui ſimilitudini ipſique ſimilitudini, ipſiſque ſimilibus, ſive etiam imitantibus, donumque ipſum participantibus, Deum eminere, idem ait, ac prorſus omni quæ dicatur, participationi. Quemadmodum enim ſupereſſentialis dicitur, ſuper eſſentiam omnem creatam, non quod ipſe ſuæ ipſius eſſentiæ emineat; ſic & ſupra principium & ſupra deum, ſupraque bonitatis & ſupra deitatis principium, velut ſupra omne principium & cauſam noſtræ quovis modo perfectionis; ac ſupra omnes dono gratiæ deos, ſupraque omnem eorum deitatem, omneque donum & gratiam quæ nobis competit, exque noſtri ratione exiſtit.

Similitudo primum in nobis Dei donum.

Dion. de Divin. nom.

Occaſio igitur ſeu ratio & donum, ut dii bonique evadere poſſimus, θεαρχία dictum eſt, & ἀγαθαρχία (deitatis ſcilicet ac bonitatis principium) ſequiturque deitatis hoc principium, coævum nobis eſſe, ac propterea creatum, habitumque ab omnium Deo, animo noſtro inditum; abuſu quidem principium immediatè efficiens; quemadmodum etiam timor initialis dictus eſt principium dilectionis ad Deum; propriè verò, formale, naturæ noſtræ utenti ratione competens ad perfectionem ſuam nanciſcendam. Sicque adeò Deus deitatis ac bonitatis principium efficiens eſt: Auctore enim Dionyſio, *Forma eſt in iis quæ forma carent, ut formæ principium*: quod verò in nobis deitatis ac bonitatis principium dicitur, formale principium eſt, quo dii & boni ſumus. Huic autem Deus eminet, velut qui formæ expers ſit in formis, ac formâ ſuperior. Quamobrem etiam Deus, ex his ut creatis, tanquam eorum auctor, affirmatè laudatur; deque eo rurſus, velut qui illis emineat, ea negantur. Meritò igitur deitas hæc etiam donum appellata eſt quo, dii bonique efficimur, Dionyſio, Epiſtola ad Caium Monachum, rogantem, *Quomodo qui eſt ſupra omnia, etiam ſupra principium deitatis & bonitatis ſit.* Cui reſpondens, ait, *Si divinitatem & bonitatem intelligas rem ipſam bonifici & deifici doni, quo deificamur & boni efficimur*, & quæ ſequuntur.

Epiſt. 2.

Secundùm illud igitur, ſecundùm quod aliquid tale redditur, ſecundùm hoc & ſpecificatur, eique coævum eſt, quod ſpecificatur, illique tum proprium, tum ex ejus ratione ac proportionatum, atque hæc imitatio eſt. Deique illa imitatio, ejus muneris vi, quo nullum à Deo nobis majus donum eſt, qua Deo ſimiles, uti dictum eſt, quoad licet, accuratè efficimur, forma vocatur ac ſpecies, his, qui imitantur, & ad illam ſe habent, prout imitantur; quanquam ipſa hæc imitatio, quatenus intentum illi exemplar non aſſequitur, *imitatio inimitabilis*, & ipſa magno Dionyſio dicta eſt: id eſt, imitatio, quæ rem ipſam imitari ſatis nequeat. Virtus namque

Eadem Epiſt.

A δημιουργήσας ἡμᾶς· καὶ ἔστιν ἡμῖν σύμφυτος ἀρχὴ τοῦτο τοῦ θεοῦσθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι· ὃ καὶ πρῶτον τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν λέγεται, ὡς ἀρχὴ πολλῶν ἀγαθῶν ἡμῖν, εἰ βουλοίμεθα, γινόμενον. τὴν γὰρ ὁμοίωσιν, τῶν ἐν ἡμῖν παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν τὸ πρῶτον, ὁ θεῖος Διονύσιος φησὶν, ἧς τινος ὁμοιότητος καὶ αὐτοομοιότητος, καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοιουμένων, ἢ καὶ μιμουμένων, καὶ αὐτοῦ τοῦ δώρου μετεχόντων, ὁ αὐτὸς ὑπερκεῖσθαι λέγει τὸν Θεὸν, καὶ ὅλως πάσης μετοχῆς εἶναι λεγομένης. ὥσπερ γὰρ ὑπερούσιος λέγεται, ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν δημιουργηθεῖσαν, οὐχ ὅτι αὐτὸς τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας ὑπέρκειται, οὕτω καὶ ὑπεράρχιος καὶ ὑπέρθεος, καὶ ὑπὲρ ἀγαθαρχίαν καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν, ὡς ὑπὲρ πᾶσαν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῆς ὁπωσοῦν ἡμῶν τελειότητος, B καὶ ὑπὲρ πάντας τοὺς χάριτι θεοὺς, καὶ ὑπὲρ τὴν κατ᾽ αὐτοὺς θεότητα, καὶ πᾶσαν δωρεὰν καὶ χάριν προσήκουσαν καὶ ἀνάλογον ἡμῖν.

Ἡ τοίνυν ἀφορμὴ καὶ τὸ δῶρον τοῦ θεοῦσθαι δύνασθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι, θεαρχία εἴρηται καὶ ἀγαθαρχία· καὶ ἕπεται ταύτην τὴν θεαρχίαν, σύγχρονον εἶναι ἡμῖν, καὶ διὰ τοῦτο κτιστὴν, καὶ ἕξιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ ἐγγινομένην· καταχρηστικῶς μὲν ἀρχὴν ποιητικὴν οὖσαν προσεχῶς· ὥσπερ καὶ ἀρχὴ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπης, ὁ στοιχειωτικὸς εἴρηται φόβος· κυρίως δὲ, εἰδικὴν, προσήκουσαν τῇ λογικῇ ἡμῶν φύσει πρὸς τελείωσιν αὐτῆς. ὡς εἶναι μὲν τὸν Θεὸν, θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν ποιητικήν. Ἔστι γάρ φησιν ὁ Διονύσιος, εἶδος ἐν τοῖς C ἀνειδέοις, ὡς εἰδεάρχης· τὴν δὲ ἐν ἡμῖν θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν, εἰδικὴν ἀρχὴν, ᾗ ἐσμὲν θεοὶ καὶ ἀγαθοί. ὑπὲρ ταύτην δὲ τὸν Θεὸν, ὡς ἀνείδεον ἐν τοῖς εἴδεσιν, ὡς ὑπὲρ εἶδος· διὸ καὶ ἀπὸ τούτων, ὡς ἀπὸ κτιστῶν καταφάσκεται ὁ Θεὸς ὡς αἴτιος αὐτῶν· καὶ πάλιν αὐτοῦ ἀποφάσκονται, ὡς ὑπὲρ ταῦτα ὄντος. εἰκότως ἄρα ἡ θεότης αὕτη καὶ δῶρον εἴρηται τῷ Ἁγίῳ, καθ᾽ ὃ θεούμεθα καὶ ἀγαθυνόμεθα, ἐν τοῖς πρὸς Γάϊον τὸν θεραπευτὴν, ἐρωτῶντα πῶς ὁ πάντων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν καὶ ἀγαθαρχίαν ἐστίν. ᾧ ἀποκρινόμενος, φησὶν, Εἰ θεότητα καὶ ἀγαθότητα νοήσαις αὐτὸ τὸ χρῆμα τοῦ ἀγαθοποιοῦ καὶ θεοποιοῦ δώρου, καθὸ θεούμεθα καὶ ἀγαθυνόμεθα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Κατ᾽ ἐκεῖνο οὖν, καθὸ γίνεταί τι τοιόνδε, κατὰ τοῦτο καὶ εἰδοποιεῖται, καὶ σύγχρονον ἐστὶ τῷ D εἰδοποιουμένῳ, οἰκεῖόν τε καὶ ἀνάλογον αὐτῷ· καὶ αὐτὴ ἡ μίμησις· καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μίμημα, δι᾽ οὗτινος δώρου μείζονος ὄντος ἡμῖν πασῶν ἐκ Θεοῦ δωρεῶν, ὡς εἴρηται, ἐμφερεῖς τῷ Θεῷ γινόμεθα, κατὰ τὸ δυνατὸν, εἶδος λέγεται τοῖς μιμουμένοις· καὶ πρὸς τοῦτο καθὸ μιμοῦνται πεφύκασι· καὶ μέν τοι καὶ τὸ μίμημα τοῦτο, ὡς μὴ διικνούμενον, οὗ ἐφίεται ἀρχετύπου, ἀμίμητον μίμημα εἴρηται τῷ μεγάλῳ Διονυσίῳ· ἤγουν μίμημα μὴ μιμεῖσθαι αὐτὸ δυνάμενον. καὶ γὰρ ἡ ἐνέργεια μιμεῖται μὲν τὴν οὐσίαν, οὐ δύναται δὲ

ἐφικέσθαι πρὸς μίμησιν, ἀλλὰ ἢ τὰ κτίσματα. διὸ A
καὶ ἔστιν ὁ Θεὸς αὐτῶν ἐπέκεινα. ἐπάγει γοῦν, 16
Καθ' ὃ ἀμίμητος καὶ ἄσχετος ὑπερέχει τῶν μιμήσεων
καὶ τῶν σχέσεων· καὶ τῶν μιμουμένων καὶ μετεχόντων.

Ἀλλὰ καὶ θεοποιὸν εἴρηται αὐτὸ τὸ μίμημα, ἢ ὅτι κατὰ τοῦτο πεποιώμεθα οἱ κατὰ χάριν θεοὶ, καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἀποσώζοντες· ἢ ὅτι πρὸς τὸ τοιούτους εἶναι· ἀφορμή ἐστιν· ὥσπερ καὶ τὸ θεῖον βάπτισμα προσεχῶς θεοποιὸν εἴρηται δῶρον, καὶ θεουργικὰ φῶτα τὰ τῆς γραφῆς λόγια, ὁ Διονύσιος φησίν.

Εἰ τοίνυν ἡ θεαρχία καὶ ἀγαθαρχία μίμησις ἐστὶ τῶν μιμουμένων τὸν Θεὸν, καὶ μετοχὴ τῶν μετεχόντων ἐκ μιμήσεως ἐγγινομένη, ὧν ὁ Θεὸς ἁπάντων ὑπέρκειται, δῆλον, ὅτι ἐστὶ κτιστή. κατὰ γὰρ τὸν μέ- B
γαν Βασίλειον, Τὰ μετὰ Θεὸν κτίσματα, καὶ ὁμόδουλα ἡμῖν, κἂν ἄλλα ἄλλων προτετιμημένα τυγχάνῃ.

Ἔτι ἐκ τῶν εἰρημένων φαίνεται εἶναι καὶ τὸ τῆς προνοητικῆς δυνάμεως ὄνομα ὁμώνυμον. ἔστι μὲν γὰρ προνοητικὴ δύναμις ὁ Θεὸς, ὥσπερ καὶ δημιουργική, τῶν ὅλων οὐσία καὶ δύναμις. εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ῥηθεῖσαι προνοητικαὶ δυνάμεις ὑποστᾶσαι ἐκ Θεοῦ, τὰς φυσικὰς λέγω μεθέξεις, καὶ ὅσα ὁ θεῖος Μάξιμος, συνεκτικὰ καὶ φρουρητικὰ τῶν ὄντων εἶπε· τὰ συνουσιωμένα καὶ εἰδοποιὰ ἑκάστοις, καὶ οἰκεῖα· ὧν ἀφαιρεθέντων, τὰ μετέχοντα τῆς οἰκείας καὶ κατὰ φύσιν τάξεως διαπεσεῖται. καίτοιγε καὶ τὴν ἀέρα μέθεξιν ἡγητέον, εἰς ἀναπνοὰς ἡμῖν, πρὸς τὸ C
ζῆν, ἐκκεχυμένον. καὶ τὰς αἰσθήσεις προνοητικὰς καὶ σωστικὰς δυνάμεις τῶν ἐν ἡμῖν καταλαμβάνομεν· καὶ τὴν ἰατρικὴν καὶ νομοθετικὴν, καὶ ὅλως πᾶσαν ἀρετὴν καὶ ἐπιστήμην καὶ τέχνην.

Ἔτι δὲ τὸν πρὸς τὸν Θεὸν φόβον, καὶ τἄλλα ὅταν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις καθ' ἑαυτὴν ἀπορῇ τοῦ ἀνθρώπῳ χαριζόμενα παρὰ τοῦ Θεοῦ, πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων ἐπίβασιν. εἴτε πνεῦμα σοφίας, εἴτε πνεῦμα ἐπιστήμης καὶ ἰσχύος, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι προνοητικὰς δυνάμεις περιεληλυθυίας ἡμῖν ἐκ Θεοῦ ἀποφαινόμενος.

Ὡς δὲ, καὶ πρόνοια λέγεται μὲν αὐτὸ ὁ προνοούμενος Θεός· ἔστι δὲ καὶ κατὰ τοὺς ἁγίους, Μάξιμόν τε καὶ Δαμασκηνὸν ἡ ἐκ Θεοῦ εἰς τὰ ὄντα γινομένη ἐπιμέλεια. καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος· ἐν τῷ κατὰ Ἑλλήνων φησὶ, Διὰ τῆς ἐνανθρωπή- D
σεως τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἡ τῶν πάντων ἐγνώσθη πρόνοια, καὶ ὁ ταύτης χορηγὸς καὶ δημιουργὸς, αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· καὶ ἐπεὶ τὰς εἰρημένας μετοχὰς, ἃς ὁ νοῦς ἐκ τῶν μετεχόντων ἐπινοίᾳ διαιρῶν, αὐτό τι ἕκαστον καλεῖ· συντεταγμένας τοῖς κτίσμασι ὁ λόγος διὰ βραχέων ἔδειξε. διὰ τοῦτο εἰκότως ὁ μὲν θεῖος Μάξιμος ἔλεγε, Πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μετεχομένων ἀπειράκις ἀπείρως ὁ Θεὸς ὑπερεξήρηται· ὁ δὲ θεῖος Διονύσιος, αὐτὸς παρ' ἑαυτοῦ λύων τὴν ἀπορίαν, τί οἴεται αὐτοαγαθότητα καὶ βασιλείαν καὶ κυριότητα· καὶ θεότητα, καὶ τί βούλεται αὐτῷ ὁ τῶν ὀνομάτων διπλασιασμός· οἷον, διὰ τί λέγεται ὁ Θεὸς αὐτοα-

A ſeu actio imitatur quidem ipſa eſſentiam, non tamen poteſt præter creaturas imitando aliud aſſequi; hincque adeò eſt, ut Deus illis emineat. Denique ſubdit, *Quatenus is, qui inimitabilis omnique ſolutus habitu eſt & abſolutus, imitationibus & habitibus, hiſque quæ imitantur & quæ participant, antecellit.*

Sed & deifica dicta eſt hæc imitatio, vel quod ſecundùm eam imbuti ſumus, qui per gratiam dii ſumus, ac ſimilitudinem incolumem ſervamus; vel quod cauſa eſt atque ratio ut tales evadamus. Quemadmodum etiam divinum Baptiſma deificum donum continuè appellatum eſt, vocatque Dionyſius Deifica lumina Scripturæ oracula.

Siquidem igitur divinitatis bonitatiſque B principium imitatio eſt, eorum, quæ Deum imitantur, & participatio eorum, quæ participant ex imitatione obveniens, quibus omnibus Deus eminet, palam eſt illud creatum eſſe. Nam ut auctor eſt magnus Baſilius, *Quæ à Deo ſecunda ſunt, creaturæ ſunt, & nobis conſerva, tam etſi alia aliis præſtantiora ac nobiliora ſint.* Ad Amphil. de Spiritu ſancto.

Præterea ex dictis liquet, etiam Providentiæ nomen, ex illis eſſe, quæ ſub una voce multa diverſaque ſignificent. Eſt enim Deus, uti creationis, ſic & providentiæ vis, univerſorum ſubſtantia ac virtus. Sunt & quas dicebam providentiæ vires, ex Deo exiſtentes, naturales ſcilicet proprietates; ac quæcunque beatus Maximus dixit res conſervare eiſque incolumitatem præſtare; conſubſtantiata ſci- C licet rebus ſingulis & ſpecificantia, illiſque propria: quibus ſublatis, quæ participant à proprio & naturali decident ordine. Atqui etiam aër participatio cenſendus eſt, ſic nobis ad reſpirandum, quò vitam confoveamus, affuſus. Sed & ſenſus providentiæ vires intelligimus, iiſque quæ nobis inſunt incolumitatem præſtantes; Medicinam item & Iuriſprudentiam, omnemque prorſus virtutem & ſcientiam & artem.

Providentia, nomen ὁμώνυμον.

De Charit. cent.3.c.25.

Aër participatio, & ſenſus.

Ad hæc & Dei Timorem, aliaque, cùm mens humana dirigente & conſilio atque motore egeat, homini à Deo conceſſa; ſive ſpiritum Sapientiæ dicas, ſive Scientiæ & Fortitudinis, ac, quæ ejus generis ſunt, non erraveris, qui Providentiæ vires nobis à Deo provenientes, hæc pronunties.

Dona Spiritus. Iſai.11.1.

Quia verò Providentia dicitur is quoque qui providet, Deus; eſtque etiam providentia, auctoribus S. Maximo ac Damaſceno, quæ D à Deo cura rebus impenditur; aitque magnus Athanaſius Oratione adverſus Græcos, *Ex eo quod Deus Verbum homo factus eſt, univerſorum providentiam innotuiſſe, ac qui eam ſubminiſtret ſitque illius auctor, ipſum Deum Verbum*; quodque jam dictas participationes, quas mens ex illis quæ participant ſubtili cogitatu dividens, ſingulas ipſum aliquid vocat, rebus creatis accenſeri paucis ſermo oſtendit. Idcirco meritò aiebant, D. quidem Maximus, *Deum, cunctis iis quæ participant & quæ participantur infinities infinitè eminere*: D. verò Dionyſius, ipſe à ſeipſo dubium ac quæſtionem ſolvens, quid ipſam divinitatem, regnumque & dominationem & deitatem exiſtimet; quidve ipſi velit

Deus ipſe & quam curam impendit rebus. Maxim. Damaſc. Athan.

De Divin. nom. c.11.

nominum duplicatio; putà, cur dicatur Deus A ipſa ſanctitas ipſarum ſanctitatum, ipſaque divinitas ipſarū divinitatū, aliaq; ſolutionem ſubjungit, Quia nimirum, *Quanto præſtant, iis quæ non ſunt, ea quæ ſunt ſancta, vel divina, vel dominantia, vel regia; ac rurſus, ipſæ participationes, ipſis participantibus; tantò rebus omnibus eſt ſublimior, qui eſt ſuper omnia, cunctiſque participantibus & iis quæ participari poſſunt imparticipabilis.*

De Divin. nom. c. 11. §. 6.

Enimverò, ſi ea quæ ſancto Dionyſio primò entia vocantur, in Deo ſubſiſterent, eſſentque increata, & quæ hoc quod eſt eſſe differrent, haudquaquam Deus una res atque unum ens communi omnium calculo haberetur; niſi fortè ejuſmodi unum, ut ſunt ea quæ ex multis, unius participatione, unum ſunt: nec ſanè Deus eorum conditor diceretur, aut ea produxiſſe: at neque aliorum B quidpiam antiquius illis diceretur; proque generum ac ſpecierum indole particularius univerſaliuſque in eis cerneretur: Nam quod habet aliquid ſe antiquius, neque increatum eſt, neque æternum. Sic enim idem Doctor ait, *Primum donum ipſius eſſe, cùm ipſa ſupraquam bonitas producat, meritò ab antiquiore & prima participationum laudatur.* Non itaque de illis diceretur, quod & ipſa eſſe participent. Nam quod primò eſt, id nullius particeps eſt. Sic enim ipſe ait, *Etenim principia ſunt, & primò ſunt, & tum principia ſunt. Et ſi viventium, quatenus vivunt, principium dicere ipſam vitam; ſimiliumque, quatenus ſimilia ſunt, ipſam ſimilitudinem; & copulatorum, quatenus copulata ſunt, ipſam copulationem; & ordinatorum, quatenus ordinata ſunt, ipſam ordinationem; & ſimiliter in aliis,* C *quæcunque hoc aut illud, aut utrunque, aut multa participando, vel hoc vel illud, vel utrunque aut multa dicuntur, ipſas participationes ipſaſmet primùm eſſe participare invenies: & quod ſunt, primùm eſſe; tumque hujus aut illius principia eſſe; & quod eſſe participant, & eſſe & participari.* Non diceret ſanctus Maximus in ſuis ad eum locum Scholiis, *Rerum autem principia, intellige, quæ primò in creatione ſunt producta: nec quod ea quæ ſunt, hæc participent, pro ſua neceſſitudine.* Quod enim eſt *pro neceſſitudine* ac convenienter, hoc ſignificat quod eſt naturale.

De Diuin. nom. 5. §. 6.

Ibid. § 5.

Maximus ibid.

At neque hoc de illis diceretur à beato Dionyſio, Eſſe hæc in eis, quæ ſunt, principaliora, nec propriè dici primò eſſe. Subdit enim, D *Si autem vult Clemens Philoſophus, exemplaria ad aliquid dici, quæ ſunt in rebus principaliora; procedit quidem, cùm ſic loquitur, non per propria totaliaque (ut ſic dicam) & ſimplicia nomina. Sed ſi concedamus etiam hoc rectè dici, oportet meminiſſe Theologiæ, quæ ait,* Non oſtendi illa tibi, ut eas poſt illa; *ſed ut per horum quadam proportione cognitionem, ad omnium cauſam, quoad poſſumus, adducamur.* Vide palam in iſtis Sanctum dicere, non eſſe eundum poſt illa, nec colenda eſſe ut increata. Imagines enim ſunt & ſimulacra eorum, quæ primò ſunt, exemplarium, quæ ſunt Deus ipſe. Habet enim

Ibid. §. 9.

Exod. 25. 40.

Deut. 11. 26.

γιότης αὐτοαγιοτήτων, καὶ αὐτοθεότης αὐτοθεοτήτων, καὶ τὰ ἄλλα, ἐπάγει λύσιν, Ὅτι καθόσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἅγια, ἢ θεῖα, ἢ κύρια, ἢ βασιλικὰ, καὶ αὖ τῶν αὐτομετεχόντων αἱ αὐτομετοχαὶ, κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυται πάντων τῶν ὄντων ὁ ὑπὲρ πάντα, καὶ [17] πάντων τῶν μετε- 17
χόντων καὶ μεθεκτῶν, ὁ ἀμέθεκτος αἴτιος.

Ἀλλὰ μὴν, εἰ τὰ παρὰ τῷ ἁγίῳ Διονυσίῳ λεγόμενα πρώτως ὄντα, ἐν τῷ Θεῷ ὑφίσταντο, καὶ ἄκτιστα ἦσαν κατὰ τὸ εἶναι διαφέροντα, οὐκ ἂν ὁ Θεὸς ἓν πρᾶγμα καὶ ἓν ὂν παρὰ πάντων ὡμολογεῖτο· εἰ μήπου τοιοῦτον ἕν, ὡς τὰ ἐκ τῶν πολλῶν ἕν, τῇ τοῦ ἑνὸς μετοχῇ. οὐδέ γε δημιουργὸς αὐτῶν ὁ Θεὸς ἐλέγετ' ἄν, οὐδὲ παραγωγεύς· εἰ γὰρ τὰ ἐν ἑαυτῷ αὐτὸς ἐστὶν, ἔσται καὶ ἑαυτοῦ δημιουργός. οὐδέ γε πρεσβύτερον τούτων οὐδὲν τῶν ἄλλων ἐλέγετο· καὶ τὸ μερικώτερόν τε καὶ τὸ καθολικώτερον ἐν τούτοις ἐθεωρεῖτο, κατὰ τὴν τῶν γενῶν τε καὶ εἰδῶν φύσιν· ὃ γὰρ ἔχει τι πρεσβύτερον ἑαυτοῦ, οὔτε ἄκτιστον οὔτε ἀΐδιον. οὕτω γὰρ ὁ αὐτὸς Διδάσκαλός φησι, Πρώτην τὴν τοῦ αὐτοεῖναι δωρεὰν, ἡ αὐτοϋπεραγαθότης προβαλλομένη, τῇ πρεσβυτέρᾳ καὶ πρώτῃ τῶν μετοχῶν ὑμνεῖται. οὐκ ἂν ἐλέγετο περὶ αὐτῶν, ὅτι καὶ αὐτὰ τοῦ εἶναι μετέχει· τὸ γὰρ πρώτως ὂν οὐ μετέχει τινός. οὕτω γὰρ αὐτὸς φησὶ, Καὶ γὰρ αἱ ἀρχαὶ εἰσὶ, καὶ πρῶτον εἰσὶν, εἶτα ἀρχαί εἰσι. καὶ εἰ βούλει τῶν ζώντων, ὡς ζώντων, ἀρχὴν φάναι τὴν αὐτοζωὴν· καὶ τῶν ὁμοίων ὡς ὁμοίων, τὴν αὐτοομοιότητα· καὶ τῶν ἡνωμένων, ὡς ἡνωμένων τὴν αὐτοένωσιν· καὶ τῶν τεταγμένων, ὡς τεταγμένων, τὴν αὐτοτάξιν· καὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τοῦδε, ἢ τοῦδε μετέχοντα, ἢ ἀμφοτέρων ἢ πολλῶν, ἢ τόδε ἢ τόδε, ἢ ἀμφότερα, ἢ πολλὰ λέγεται, τὰς αὐτομετοχὰς εὑρήσεις τοῦ εἶναι πρῶτον αὐτὰς μετεχούσας· καὶ τῷ εἶναι, πρῶτον μὲν οὔσας· ἔπειτα τοῦδε ἢ τοῦδε ἀρχὰς οὔσας· καὶ τῷ μετέχειν τοῦ εἶναι, καὶ οὔσας καὶ μετεχομένας. οὐκ ἂν ἐλέγετο παρὰ τοῦ ἁγίου Μαξίμου, ἐν τοῖς ἐπὶ τούτοις Σχολίοις, Ἀρχὰς δὲ τῶν ὄντων, τὰ πρώτως ὑποστάντα ἐν τῇ κτίσει νόησον· οὐδ' ὅτι τούτων τὰ ὄντα μετέχει οἰκείως ἑαυτοῖς· τὸ γὰρ οἰκείως, τὸ κατὰ φύσιν δηλοῖ.

Οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτ' ἂν ἐλέγετο περὶ αὐτῶν τῷ μακαρίῳ Διονυσίῳ, ὡς εἴη ταῦτα ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα· καὶ ὅτι οὐ κυρίως πρώτως ὄντα λέγεται· ἐπάγει γὰρ οὕτως, Εἰ δὲ ὁ Φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι, τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν, οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῷ. συγχωροῦντας δὲ καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέ-
γεσθαι, τῆς θεολογίας μνημονευτέον φασκούσης, [18] 18
Ὅτι οὐ παρέδειξά σοι ταῦτα πρὸς τὸ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν, ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς τούτων ἀναλογικῆς γνώσεως, ἐπὶ τὴν πάντων αἰτίαν, ὡς οἷόν τε, ἀναχθῶμεν. ὅρα ὅτι σαφῶς ἐν τούτοις ὁ Ἅγιος δηλοῦν βούλεται, ὡς οὐ δεῖ τούτων ὀπίσω πορεύεσθαι, καὶ προσκυνεῖν ὡς ἄκτιστα· εἰκόνες γὰρ εἰσὶ καὶ ὁμοιώματα τῶν πρώτως ὄντων παραδειγμάτων, ἃ ὁ Θεὸς ἐστιν αὐτός.

A αὐτός· ἔχει γὰρ ταῦτα, ὡς ἑαυτὸν ἔχων, καὶ ἐνὼν αὐτοῖς· οὐχ ἕτερα παρ' αὐτόν· δι' ὧν ὁμοιωμάτων δῆτα καὶ εἰκόνων, ἐπὶ τὴν πρώτην αἰτίαν ἀναλογικῶς ἀναγόμεθα. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα ἄκτιστα ἦσαν, καὶ παραδείγματα ἂν ἐκαλοῦντο, καὶ ἁπλῶς καὶ κυρίως πρώτως ὄντα ἐλέγοντο. τὸ δὲ μεῖζον, εἴπερ ταῦτα ὧν ὁ Θεὸς ὑπερέχει τοσοῦτον, ἐν τῷ Θεῷ εἰσὶ καὶ ἄκτιστα, λείπεται εἶναι ἐν τῷ Θεῷ, ὡς βεβαιοῦσιν οἱ νέοι Θεολόγοι, τὰ μήτε ὄντα, μήτε ἅγια, ἢ κύρια, ἢ βασιλικά· καὶ ἕξει ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ Πατρὸς τὰ ἐν αὐτῇ φυσικά, ὡς ὂν πρὸς μὴ ὄν· ὃ καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, καὶ ὡς ἅγιον, πρὸς μὴ ἅγια. ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ διάβολος εἴποι εἶναί B τι ἐν τῷ Θεῷ μὴ ἅγιον, μὴ δὲ κύριον, μὴ δὲ βασιλικόν. ἴσον γάρ ἐστιν ἐν τῷ Θεῷ βλασφημεῖν, εἶναί τι ἀκάθαρτον, καὶ δουλοπρεπὲς καὶ δοῦλον.

Ὅμως αὐτοὶ ἐν τοῖς εἰρημένοις, τὸ τῆς θεότητος εὑρόντες ὄνομα, καὶ τῆς αὐτοζωῆς, καὶ τὸ τῆς προνοητικῆς δυνάμεως, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ὁμωνύμως ἢ καὶ ἀνθρωπινώτερον εἰρημένον, καὶ ταῖς τοιαύταις ὁμωνυμίαις συμποδισθέντες, τὰ προειρημένα ἀπεφήναντο, ἃ πρὸς τὸν ἀληθῆ νοῦν τῶν Ἁγίων τοσοῦτον ἀπάδει, ὅσον τὸ φῶς πρὸς τὸ σκότος ἀντίκειται· καὶ διὰ τῶν τοιούτων, βαράθρων ἄξια συμπεράναντες, τὴν ἑαυτῶν προεκτεθεῖσαν ἐβεβαίωσαν πίστιν, μήτε τῶν κοινῶν καὶ ἀξιολόγων περὶ Θεοῦ ὑπολήψεων, μήτε τῆς Γραφῆς, μὴ δὲ τῶν Διδασκάλων πεφροντικότες. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ πάσας, αἷς τῶν Ἁγίων ἐχρήσαντο C ῥήσεσιν, ἐν τῷ Τόμῳ ἐξηγήσαντο· οἷον ἐκεῖνο τὸ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου, φήσαντος, Τὸ Θεὸς ὄνομα, δεύτερον ἐστὶ τῆς φύσεως· ἀγνοήσαντες κἀνταῦθα, ὡς ἐπεὶ οὐδὲν ἐστὶν ὄνομα, ἢ ὅρος τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ τί εἶναι παραστατικόν, πάντα τὰ ὀνόματα κατὰ δεύτερον λόγον, ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων συνάγοντες, τῷ Θεῷ ἀνατίθεμεν· ἐξ ὧν σοφόν, δυνατόν, δίκαιον αὐτὸν καταλαμβάνομεν. διὰ τοῦτο ὁ μέγας Ἀθανάσιος, τὸ Θεὸς ὄνομα δεύτερον εἴρηκε· ἢ ὅτι ὕστερον ὠνομάσθη Θεός, τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραχθέντων· οἱ δὲ δευτέραν τὴν Ἐνέργειαν ἀπὸ τοῦ Θεὸς ὀνόματος σημαινομένην, πρὸς τὴν Οὐσίαν φασί, καίτοι τῶν Θεολόγων λεγόντων, Θεὸς ἐστὶν ἀΐδιος οὐσία, δημιουργικὴ τῶν ὅλων, προσχρώμενοι διαστρόφως καὶ τοῖς τοῦ μεγάλου Βασιλείου, εἰρηκότος ἐν τοῖς Ἀντιρρητικοῖς, Ἔστι τι τά- D ξεως εἶδος· καὶ ἐπαγαγόντος, Ἐν τούτοις οὖν πρότερον τὸ αἴτιον λέγομεν· δεύτερον, τὸ αἰτιατόν· ἀγνοήσαντες, ὅτι τὸ πρότερον καὶ τὸ δεύτερον οὐκ εἰσάγει φύσεων καὶ πραγμάτων ἑτέρων διαφοράν, ὅταν μὴ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ μόνον κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατόν, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τάξιν θεωρεῖται, ὥσπερ ἔχει ἐπὶ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, καὶ τοῦ Υἱοῦ· καὶ ὅτι ἐπὶ τῆς τάξεως, ἣν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα τὰ θεῖα πρόσωπα, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, τοῖς εἰρημένοις ἐχρήσατο· οὐ μὴν πρὸς διάκρισιν Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας, ὡς ὁ Παλαμᾶς παρεχρήσατο. εἰ δὲ μή,



hæc Deus, ut qui ipſe ſeipſum habeat, & in eis ſit; non quæ ſint alia præter ipſum: per quæ ſimulacra & imagines, proportione quadam ad primam cauſam provehimur. Verùm ſi hæc quoque increata eſſent, utique etiam exemplaria vocarentur, omninoque ac propriè primò entia dicerentur. Quodque majus eſt, Si hæc, quibus Deus tantopere præcellit, in Deo ſunt & ſunt increata, reliquum eſt eſſe in Deo, ut aſſerunt novi Theologi, quæ nec entia ſint, nec ſancta, aut domina vel regia; habebitque Dei Patris Eſſentia in ſe naturalia, quæ comparentur velut ens & non ens (quod & illi fatentur) velutque ſanctum & non ſancta. At nec ipſe diabolus dixerit, eſſe in Deo aliquid non ſanctum, neque dominum, neque regium. Perinde autem eſt, ac ſi quis blaſphemiâ, in Deo aſſerat eſſe quid immundum & ſervile & ſervum.

*Palamitarū putentiſſimus error & blaſphemiæ.*

*De Divin. nom. c. 11.*

Ipſi nihilominus in iis quæ dicta ſunt, invento divinitatis nomine, ipſiuſque vitæ, & virtutis providentiæ, ac ſi quid ejuſmodi alia aliaque ratione, ſive etiam humano more craſſius dictum eſt, talibuſque iiſdem vocibus diverſis nominum ſignificationibus impediti, quæ jam dicta ſunt, ſanciverunt, ſic à vera Sanctorum mente abhorrentia, ac lumen tenebris adverſatur: talibuſque, quæ digna ſint barathro concludentes, ſuperioribus jam expoſitam ſuam Fidem confirmarunt, nullam rationē habentes vel communium, exque majeſtate convenientiū de Deo opinionū, vel Scripturæ, vel etiam Doctorum. Perque eundem modum, omnes etiam, quas uſurparunt, Sanctorum auctoritates, in Tomo expoſuerunt; velut eſt illud magni Athanaſii, dicentis, *Nomen Deus ſecundum eſt à natura*; nempe ne hîc quoque intelligentes, cùm nullum ſit nomen vel definitio eſſentiam Dei, ac quod quid eſt eſſe, repræſentans, cuncta nos nomina in ſecundis ex effectibus collecta, Deo tribuere, ex quibus ſapientem, potentem, juſtum eum intelligimus. Idque adeò cauſæ eſt, cur magnus Athanaſius Dei nomen ſecundum dixerit; vel quia poſtea Deus appellatus eſt, hominibus ex nihilo in rerum naturam productis. Illi vero Operationem, Dei nomine ſignificatam, ſecundum ab Eſſentia dicunt, quanquam Theologi dicant, *Deus eſt ſempiterna Eſſentia, univerſorum opifex auctorque*; perinde abutentes perverſeque detorquentes magni Baſilii verba, in Confutationum libris, cùm ait, *Eſt quoddam ordinis genus*; ſubditque, *In his igitur, priorem Auctorem dicimus; ſecundum verò, quod eſt ab Auctore*; non intelligentes, quod prius dicitur & ſecundum non inducere naturarum, rerumque diverſarum diſtinctionem, quādo hæc non temporis ratione, ſed ratione duntaxat Auctoris, & ejus quod eſt ab Auctore, ipſiuſque adeo ordinis, conſiderantur; uti res ſe habet in Deo & Patre, ac Filio, dictaque verba uſurpaſſe Baſilium, loquendo de ordine, quem inter ſe habent divinæ perſonæ, Pater & Filius; non ut illis diſtinctionem Eſſentiæ & Operationis ſeu virtutis, uti Palamas abuſus eſt, ſignificaret. Sin autem, eandem incom-

*Athanaſ. expoſitus.*

*Baſilii locus adverſus vindicatus.*

mutabiliter Eſſentiæ ac Operationis rationem concedant, uti ſe res habet in Patre & Filio, quorum ſubſtantia una eſt; tumque diſtinctionem, quæ eſt penès Auctorem & id quod eſt ab Auctore, faciant; aut potius duorum alterum neceſſarium erit, ut vel Patrem & Filium diſtinguant, diſtinctione penès Eſſentiam & Operationem, ut ipſi loquuntur; vel etiam Operationem ſeu Virtutem, Eſſentiam & perſonã ſubſiſtentẽ, Patrique & Filio & Spirirui ſancto cõſubſtantialem, admittant.

Athanaſ. locus vindicatus.

Rurſus, cùm magnus Athanaſius adverſus Arianos dixerit, *Si velle circà ea quæ non ſunt, Deo tribuunt, quidni id quod eſt voluntate ſuperius, in Deo non agnoſcunt? quodque ſicut voluntati adverſatur, quod eſt contra mentem & conſilium; ſic antecellit præitque voluntati, quod eſt ſecundùm naturam.* Ex his concludunt, uti dictum eſt, ſecundùm eandem conſequentiam, divinam Eſſentiam ad divinam ſe Operationem habere. Itaque hîc quoque non intellexerunt, idem reſpectu diverſorum, quæ ex illo ſunt tanquam effectus ex cauſa, per comparationem ad illa diverſimodè nominari. Quemadmodum unus ac idem homo (ut ſub exemplo, loquar) & pater dicitur, & ædificator, duxque & Imperator, ſi res ferat, per reſpectum ad effecta, eaque quæ ex illo ſunt: filii tamen ratione, pater dicitur, ut natura & genus, auctorque in eodem genere; aliorum verò ratione, cauſa dicitur & auctor velut artifex. Itaque Deus etiam & Pater (ut brevi ſermone res magnas expendamus) ad Filium quidem & Spiritum quod ſpectat, ut natura ſe habet: quod verò ad creaturas attinet, ut voluntas & conſilium, unà cum Filio & Spiritu dicitur. Voluntas namque cauſa dicitur, in iis, quæ fieri contingit & non fieri; quæ nimirum ſub voluntatem & conſiliũ cadunt. Quodq; natura ad unum ſemper ſe habeat, ut in finem proprium; ignis ignem, & homo hominem generat; quæ verò ex voluntate pendent, multa ſunt & diverſa; idcirco Pater ſemper gignit Filium, & producit Spiritum ſanctum, abſque ullo principio aut fine: creaturas verò unus Deus, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, tanquam una voluntas effectus in rerum naturam producit, ſecundùm tempus ipſius voluntate conſtitutum.

In Deo potius quod Pater quàm quod Creator.

Præterea eos latuit, quod dicunt Theologi, Majus eſſe Patri Genitorem eſſe Filii ſui & productorem Spiritus ſancti, quàm eſſe rerum auctorem ac creatorem. Univerſim enim in omnibus, naturæ finis ac ſpeciei, potior eſt quàm artis. Idcirco, quia Ariani Deum & Patrem creatorem quidem ac artificem dicebant, Patrem verò naturâ nequaquam admittebant, ait Sanctus, Si id quod minus eſt dignitate concedunt, quidni tribuunt quod majus eſt? Et, ſi voluntate auctorem & cauſam ſentiunt, quidni quod dignitate præſtantius eſt ac ſuperius (quod nempe ſecundùm naturam eſt) Deo adſcribunt? Quemadmodum enim in iis, quæ ex cauſa ſunt, majus eſt & minus, ſic quoque in nominibus, quibus hæc exprimuntur, alia aliis nobiliora & venerabiliora eſſe exiſtimamus.

A δώσουσαν τὸ ἀπαράλλακτον τῆς Οὐσίας καὶ τῆς Ἐνεργείας, ὡς ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, μιᾶς οὐσίας αὐτοῖς οὔσης· καὶ τότε τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διάκρισιν ποιείτωσαν, ἢ μᾶλλον ἀναγκασθήσονται δυοῖν θάτερον, ἢ τὸν Πατέρα καὶ Υἱὸν διακρίνειν, κατὰ τὴν τῆς Οὐσίας καὶ Ἐνεργείας, ὡς αὐτοί φασι, διάκρισιν· ἢ καὶ τὴν Ἐνέργειαν, Οὐσίαν καὶ πρόσωπον ὑφεστὼς, καὶ ὁμοούσιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ὁμολογεῖν.

Πάλιν τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου εἰρηκότος κατὰ Ἀρειανῶν, Εἰ τὸ βούλεσθαι περὶ τῶν μὴ ὄντων διδόασι τῷ Θεῷ, διὰ τί τὸ ὑπερκείμενον τῆς βουλήσεως οὐκ ἐπιγινώσκουσι τοῦ Θεοῦ· καὶ ὅτι ὥσπερ ἀντίκειται τῇ βουλήσει, τὸ παρὰ γνώμην, οὕτως ὑπέρκειται καὶ προηγεῖται τοῦ βούλεσθαι τὸ κατὰ φύσιν. ἐκ τούτων συμπεραίνουσιν, ὡς προείρηται, ὡς κατὰ τὴν αὐτὴν ἀκολούθησιν, ἡ θεία Οὐσία πρὸς τὴν θείαν Ἐνέργειαν ἔχει. ἠγνόησαν οὖν κἀνταῦθα· πρῶτον μὲν ὅτι τὸ αὐτὸ τῇ ἀποβλέψει τῇ πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ διάφορα αἰτιατὰ, διαφόρως λέγεται πρὸς ταῦτα. ὥσπερ ὁ αὐτὸς καὶ εἷς ἄνθρωπος, παραδειγματικῶς εἰπεῖν, καὶ πατὴρ λέγεται, καὶ οἰκοδόμος καὶ στρατηγὸς, ἂν οὕτω τύχῃ, τῇ πρὸς τὰ αἰτιατὰ ἀποβλέψει· ἀλλὰ πρὸς μὲν τὸν υἱὸν λέγεται πατὴρ, ὡς φύσις καὶ εἶδος, καὶ αἴτιος ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει· πρὸς δὲ τὰ ἄλλα αἴτιος εἶναι λέγεται, ὡς τεχνίτης. καὶ ὁ Θεὸς οὖν καὶ Πατὴρ, ὡς ἐν μικρῷ λόγῳ τὰ μεγάλα σταθμᾶσθαι, πρὸς μὲν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς φύσις ἔχει· πρὸς δὲ τὰ κτίσματα, ὡς βούλησις ἢ θέλησις, μετὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος λέγεται· ἐπεὶ πρὸς τὰ δυνατὰ γίνεσθαι καὶ μὴ γίνεσθαι, λέγω ὅσα τῆς βουλήσεως ἢ θελήσεως εἴρηται, ἡ βούλησις αἰτία λέγεται. καὶ ἐπεὶ ἡ μὲν φύσις ἀεὶ πρὸς ἓν ἔχει, ὥσπερ εἰς οἰκεῖον τέλος τόδε πῦρ, πῦρ γεννᾷ, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἄνθρωπον· τὰ δὲ τῆς θελήσεως ἠρτημένα πολλὰ καὶ διάφορα εἰσὶ, διὰ τοῦτο ὁ μὲν Πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ προβάλλεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀνάρχως καὶ ἀτελευτήτως· τὰ δὲ κτίσματα, ὁ εἷς Θεὸς, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον, ὡς μία βούλησις τὰ ἀποτελέσματα παράγει, κατὰ τὸν ὡρισμένον τῇ αὐτοῦ βουλήσει χρόνον.

D Δεύτερον αὐτοὺς διέλαθεν, ὅπερ οἱ Θεολόγοι φασὶν, Ὅτι μεῖζόν ἐστι τῷ Πατρὶ γεννήτορα εἶναι ἰδίου Υἱοῦ καὶ προβολέα Πνεύματος, ἢ δημιουργὸν τῆς κτίσεως. καθόλου γὰρ ἐπὶ πάντων, τὸ τῆς φύσεως καὶ τοῦ εἴδους τέλος, τοῦ ἀπὸ τῆς τέχνης μεῖζον. διὰ ταῦτα ἐπειδὴ οἱ Ἀρειανοὶ ποιητὴν μὲν καὶ τεχνίτην ἔλεγον τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Πατέρα δὲ φύσει οὐδαμῶς, ὁ Ἅγιος εἶπεν, ὅτι εἰ τὸ ἔλαττον τῇ ἀξίᾳ συγχωροῦσι, διὰ τί τὸ μεῖζον οὐ διδόασι· καὶ εἰ κατὰ βούλησιν αἴτιον ἡγοῦνται, διὰ τί τὸ τιμιώτερον τῇ ἀξίᾳ καὶ ὑπερκείμενον, τὸ κατὰ φύσιν, οὐκ ἀπονέμουσι τῷ Θεῷ. ὡς γὰρ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον, οὕτω κἀν τοῖς ὀνόμασιν, οἷς ταῦτα ὀνομάζονται, τιμιώτερα καὶ σεμνότερα ἄλλα ἄλλων ἡγούμεθα εἶναι.

Πάλιν τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἐν τοῖς πρὸς Ἀμφιλόχιον εἰρηκότος, οὑτωσὶ, Ὡς τε κἄν τι νοήσῃς τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, καὶ τοῦτο ἐστὶ τοῦ Πνεύματος κατωτέρω, αὐτοὶ ἐν τῷ Τόμῳ ἡγοῦνται τὰ τῶν αἰώνων ἐπέκεινα προαιώνια εἶναι. τὰ δὲ πρὸ τῶν αἰώνων, ἄκτιστα, ὧν ἀνωτέρω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶπε· κἀκ τούτων, ὡς εἴρηται, συμπεραίνουσι τὴν θείαν Ἐνέργειαν κατωτέραν τῆς Οὐσίας εἶναι τοῦ Θεοῦ. ἠγνόησαν γὰρ, ὅτι τοῦτο βούλεται ὁ Ἅγιος, ὅτι οὐ μόνον τὰ δημιουργήματα ταῦτα, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, ὡς Θεὸς εἷς, δεδημιούργηκεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ τούτων πλείω. καὶ ἔτι εἴπερ οἷόν τε τῇ διανοίᾳ ἀναβάντας καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς τοὺς αἰῶνας, ὧν δημιουργὸς ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἐπινοῆσαι δημιουργήματα καὶ ἀποτελέσματα, ὅσα ἂν ἡ φαντασία ὑποβάλῃ, καὶ ὑπὲρ ταῦτα ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ταῦτα πάντα δημιουργεῖν δύναται· Θεὸς γὰρ ἐστὶν ὁμοούσιος Πατρὶ καὶ Λόγῳ. διὸ καὶ εἴρηκε, Κἄν τι νοήσῃς τῶν αἰώνων ἐπέκεινα, καὶ τοῦτο ἐστὶ τοῦ Πνεύματος κατωτέρω, καὶ ἔξω τοῦ Πνεύματος. τὰ δὲ ἔξω τοῦ Πνεύματος, καὶ ὁμόδουλα ἡμῖν, κἂν μάλιστα ὑπερβολαῖς ἀξιωμάτων, ἄλλα ἄλλων προτετιμημένα τυγχάνῃ.

Πάλιν τοῦ θείου Διονυσίου φάσκοντος, Κυκλικῶς οἱ θεῖοι νόες κινοῦνται, ἑνούμενοι ταῖς ἀνάρχοις καὶ ἀτελευτήτοις ἐλλάμψεσι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, ἐντεῦθεν ἐδόξασαν ἀνάρχους τινὰς δυνάμεις καὶ θεώσεις· καὶ δὴ καὶ τοὺς θεουμένους ἀνάρχους καὶ ἀκτίστους ἀπεφήναντο· ἀτελευτήτους μὲν οὖν ἔσεσθαι τοὺς ἀγγέλους, παρὰ πάντων πιστεύεται· ἀνάρχους δὲ πῶς ἄν τις πιστεύσειε, τοὺς ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβόντας, καὶ ὑπὸ χρόνον γενομένους. παρενόησαν οὖν κἀνταῦθα, ὅτι ὁ Ἅγιος, τὰς περὶ Θεοῦ νοήσεις τῶν ἀγγέλων, κινήσεις φησὶ καὶ ἐπιβολάς· ἐπάγει γὰρ, [19] Εἴ τε παραδοχὰς χρὴ καλεῖν αὐτὰς, εἴτε ἐπιβολάς. καὶ ἐπεὶ ἀπὸ τοῦ εἰς αὐτὸ εἰς τὸ αὐτὸ καταλήγουσι, καὶ περὶ τὸν Θεὸν αἱ νοήσεις αὗται καὶ γνώσεις καὶ ἐλλάμψεις στρέφονται, κυκλικῶς αὐτοὺς κινεῖσθαι εἶπεν, ἃς διὰ τὸ περὶ τοῦ ἀνάρχου καὶ ἀτελευτήτου εἶναι, ἀνάρχους καὶ ἀτελευτήτους φησί· καὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ λέγονται, ἢ ὅτι διὰ τὸ πρώτως καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὑπῆρξαν τοῖς ἀγγέλοις, ὥσπερ ἡ κτίσις τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ λέγεται· ἢ ὅτι πρὸς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἀναφέρονται, καὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ εἰσὶν ὁμοιώματα.

Ἐπεὶ τοίνυν ἐπιβολὰς αὐτὰς ὁ Ἅγιος εἴρηκε, δῆλον, ὡς οὐκ εἰσὶν ἄκτιστά τινα ἐν τῷ Θεῷ αὗται αἱ ἐλλάμψεις, ἀλλὰ περὶ Θεοῦ γνώσεις, ὡς εἴρηται, καθ' ἃς ἑνοῦνται αὐτῷ· οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ, ἧττον. καίτοιγε, εἰ καὶ ἀϊδίους αὐτὰς ἔλεγεν, οὐδ' οὕτω ταράττεσθαι ἐχρῆν, διὰ τὸν τοῦ ἀνάρχου λόγον· ἀεὶ γὰρ τὰς νοήσεις ταύτας οἱ θεῖοι ἔχουσιν ἄγγελοι, μὴ διακοπτομένας. Διὰ παντὸς γάρ φησι, βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. καὶ τὸ κυκλικῶς δὲ προσκείμενον, τὸ ἀνάρχους αὐτὰς εἶναι ἀφαιρεῖται, ὡς αὐτοὶ ἐδέξαντο· οὐ γὰρ κυκλικῶς ὁ Θεὸς ἄναρχος ἐστὶ



Rurſùs cùm magnus Baſilius in iis quæ ſcribit ad Amphilochium, ita dixerit, *Quamobrem ſi quid ſupra ſæcula mente conceperis, hoc quoque Spiritu inferius exiſtit;* ipſi in Tomo, ea, quæ ſæculis ſuperiora ſunt, prææterna eſſe exiſtimant. Quæ verò ante ſæcula ſunt, increata, quibus Baſilius Spiritum ſuperiorem dixerit. Hincque, uti dicebamus, concludunt divinam Operationem inferiorem eſſe divina Eſſentia. Neſcierunt enim hoc velle Sanctum, Nedum has creaturas, Spiritum ſanctum unà cum Patre & Filio, ut qui unus Deus ſit, condidiſſe; ſed & longè his plures: adhucque ſi liceat mentis cogitatu, ſuperatis etiam ſæculis, quorum Spiritus conditor eſt, creaturas effectuſque concipere, quicquid denique animus informarit, ſupra illa eſſe Spiritum ſanctum, nec quicquam vetare quin illa creare poſſit. Deus enim eſt Patri & Verbo conſubſtantialis. Idcirco etiam dixit, *Si quid etiam ſupra ſæcula mente conceperis, hoc quoque Spiritu inferius, & extra Spiritum exiſtit. Quæ autem extra Spiritum ſunt, etiam nobis conſerva ſunt, quantumvis majore præſtantia excellentiiſque, alia aliis nobiliora ſint.*

Baſilii locus ad Amphilochiũ vindicatus.

Rurſuſque dicente D. Dionyſio, *Divinas Mentes moveri circulariter, dum principio fineque carentibus pulchri bonique ſplendoribus uniuntur*, inde arbitrati ſunt eſſe principii expertes quaſdam virtutes & deificationes; ipſoſque, qui deificentur principii expertes ac increatos pronuntiarunt. Sanè quidem nullum Angelos habituros finem, una omnium fides eſt: principii verò expertes quonammodo quis credat, eos, qui eſſendi principium nacti ſunt, & ſub tempore procreati? Non bene itaque hîc quoque intellexerunt; appellare Sanctum, quæ circà Deum verſantur, Angelorum intellectiones, motus ac conſiderationes. Subdit enim, *Sive admiſſiones exceptioneſque vocare decet, ſive conſiderationes.* Quodque intellectiones hæ & notitiæ ac illuſtrationes ab eodem in eundem deſinunt, & circa Deum verſantur, moveri eos circulariter dixit: quodque circa principii ac finis expertem ſint ii motus, *principii & finis expertes*, dicit. *Pulchri* autem *ac boni* dicuntur, vel quia ob primò pulchrum ac bonum eas nacti ſunt Angeli, quomodo pulchri bonique creatio dicitur: vel quia ad pulchrum & bonum referuntur, pulchrique & boni ſimulacra ſunt.

De Divin. nom. c. 4. §. 8.

Dionyſii locus vindicatus.

Quandoquidem igitur Sanctus, haſce illuſtrationes ἐπιβολὰς (quaſi mentis apprehenſiones ac conſiderationes) vocavit, manifeſtum eſt non eſſe illas increata quædam in Deo, ſed notitias circa Deum verſantes; uti dictum eſt, quibus, alii magis, alii minus ei uniuntur. Quanquam ſi etiam æternas eas diceret, ne ſic quidem turbari oporteret ob principii expertis (ἀνάρχου) rationem. Semper enim beati Angeli ſine ulla interruptione eas intellectiones habent. *Semper* enim, inquit, *vident faciem Patris mei, qui eſt in cœlis.* Sed & quod adjectum eſt *circulariter*, non patitur eſſe illas principii expertes, ut illi acceperunt. Non enim Deus in modum circuli,

Angelorũ illuſtrationes ipſæ juges.

Matth. 18. 10.

principii ac finis expers eſt, ſed abſolutè ac indefinitè. Ad eundem modum, reliquas etiam ſanctorum Doctorum ſententias, quibus in Tomo uſi ſunt, malè expoſuerunt; praveque detorquendo, novitatem ſuam confirmarunt: quamvis nedum Sanctis palam adverſantur, ſed & ſecum ipſi committuntur. Falſum enim, ut aiunt, tum veritati pugnat, tum ipſum ſibi. Quî enim fieri poteſt, ut quod infinities infinitè inferius eſt Dei Eſſentiâ, ab ea rurſus inſeparabile ſit, ut illi aiunt? Quomodo verò ex Eſſentia, quæ non ſit vita, producitur vita. Prius enim neceſſe eſt ut Eſſentiam vitam ſupponamus, uti etiam Vita ex Vita, & Lumen de Lumine, de Patre & Filio dicitur. Quomodo autem quod his inferius eſt, propriè Deitas nuncupatur, idque cùm nec eſſentia ſit, nec hypoſtaſis ſeu perſona? Quomodo quæ propriè ipſa Deitas eſt, in Deo motus eſt? Quomodò operatum? Quod enim operatum eſt, etiam generatum effectûque eſt. Generari autem & fieri, in materia & forma dicitur, in quibus locum habet quod potentiâ eſt, & motus ac generatio. Quomodo autem eſt in Deo, quod nihil eſt? Hoc enim eſt, quod neque eſſentia, nec hypoſtaſis ſeu perſona; ac neque accidens eſt. Atqui, ait magnus Baſilius libr. 4. adverſus Eunomium, *Ingenitum in Deo, aut eſſentiam eſſe ſeu ſubſtantiam, aut accidens. Præter hæc enim, nihil aliud eſt.* Quamobrem ſi præter ſubſtantiam & accidens, etiam tertium aliquod (nempe Operationem noviſſet) haud planè in ea diviſione omiſiſſet. At quomodo rem dicunt, quod nec ſubſtantia eſt, nec hypoſtaſis ſeu perſona; ſed neque accidens? Quomodo, ex eo quod eſt ſubſiſtens, id quod non eſt ſubſiſtens, experſque eſſentiæ ſeu ſubſtantiæ eſt? Atqui ait Gregorius Nyſſenus in libris adverſus Eunomium, *Quod expers ſubſtantiæ eſt, Deum non eſſe.*

Baſil. 4. adverſus Eunom.

Greg. Nyſſ.

Ac rurſus, hæc novorum dogmatum portentoſa nugacitas eſt credere in nihilum. At quam rationem habet, ut quod non eſt per ſe ſubſiſtens ac ſubſtantia caret, rerum ſubſiſtentium conditorem ac auctorem inducant; ipſumque ſupremum deſiderabilium dicant, & beatitudinis finem & hæreditatem Sanctorum? At quomodo rurſum quod nec ſubſtantiam habet nec ſubſiſtens eſt, Dei naturale, ſive etiam naturalia, aſtruunt? Atqui, qualia alicujus naturalia extiterint, tale neceſſe eſt eſſe & quod ex naturalibus proficiſcitur. Quomodo non manifeſta contradictio, ut Dei eſſentia modò quidem immobilis dicatur, modò autem operans & cauſa operationis? Quod enim operatur & cauſa eſt, vi movendi ac operandi præditum eſt. Quonam igitur modo Deus immobilis dictus eſt? Quomodo verò dicunt, Naturalia Dei, ipſa per ſeipſa viſibilia eſſe; eſſentiam autem, eſſe inviſibilem; idque cùm Paulus dicat, *Nunc quidem videmus in umbris & in ænigmate, tunc autem videbimus facie ad faciem.* Et, *Quæ videntur, temporalia ſunt; quæ verò non videntur, æterna.*

1. Cor 13.11.

2. Cor. 4.18

A καὶ ἀπελεύτητος, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως. κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον, καὶ τὰς λοιπὰς τῶν ἁγίων Διδασκάλων ῥήσεις, αἷς ἐν τῷ Τόμῳ ἐχρήσαντο, παρεξηγήσαντο· καὶ οὕτω διὰ τῶν τοιούτων, τὴν ἑαυτῶν ἐβεβαίωσαν καινοτομίαν. καί τοιγε οὐ μόνον τοῖς Ἁγίοις φανερῶς ἀντιφέρονται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς περιπίπτουσι. τὸ γὰρ ψεῦδος φασί, τῇ τε ἀληθείᾳ καὶ ἑαυτῷ πολεμεῖ. πῶς γὰρ τὸ ἀπειράκις ἀπείρως ὑφειμένον τῆς Οὐσίας τοῦ Θεοῦ, αὖθις ἀχώριστον αὐτῆς ἐνδέχεται εἶναι, ὡς αὐτοί φασι. πῶς δὲ ἐκ τῆς Οὐσίας, οὐκ οὔσης ζωῆς, προάγεται ζωή. δεῖ γὰρ ὑποτιθέναι τὴν Οὐσίαν ζωὴν πρότερον, ὥσπερ καὶ ζωὴ ἐκ ζωῆς, καὶ φῶς ἐκ φωτός, περὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ λέγεται. πῶς δὲ τὸ τούτων ὑποβεβηκός, κυρίως θεότης B ὀνομάζεται, καὶ ταῦτα μήτε οὐσία, μήτε ὑπόστασις ὄν. πῶς δὲ ἡ κυρίως αὐτὴ θεότης, κίνησις ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ. πῶς δὲ ἐνεργούμενον· τὸ γὰρ ἐνεργούμενον, καὶ γινόμενόν ἐστι· τὸ δὲ γίνεσθαι ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους λέγεται, ἐφ' ὧν τὸ δυνάμει, καὶ ἡ κίνησις καὶ ἡ γένεσις χώραν ἔχει. πῶς δὲ ἔστιν ἐν τῷ Θεῷ τὸ μὴ ὄν. τοῦτο γὰρ ἐστί, τὸ μήτ' οὐσία μήθ' ὑπόστασις, μήτε μὴν συμβεβηκός· καί τοι φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος κατ' Εὐνόμιον ἐν δ' λόγῳ, Ὅτι τὸ ἀγέννητον ἐπὶ Θεοῦ, ἢ οὐσία ἐστίν, ἢ συμβεβηκός. παρὰ ταῦτα γὰρ οὐδὲν ἕτερον. ὥστε εἰ παρὰ τὴν οὐσίαν καὶ τὸ συμβεβηκὸς ἠπίστατο καὶ τρίτον εἶναι τὴν Ἐνέργειαν, οὐκ ἂν ἐν τῇ διαιρέσει ταύτῃ παρέλιπε. πῶς δὲ πρᾶγμα φασὶ τὸ μήτε C οὐσία, μήθ' ὑπόστασις ὄν· μήτε μὴν συμβεβηκός· πῶς δὲ ἐκ τοῦ ὑφεστῶτος τὸ μὴ ὑφεστὼς καὶ ἀνούσιον. ἀλλ' ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἔφη, Τὸ ἀνούσιον οὐ Θεός.

Καὶ αὖθις, αὕτη τῶν καινῶν δογμάτων ἡ τερετεία, τὸ πιστεύειν εἰς τὸ μὴ ὄν. ἀλλὰ τίνα ἔχει λόγον, τὸ μὴ καθ' αὑτὸ ὑφεστὼς καὶ ἀνούσιον, τῶν ὑφεστώτων δημιουργὸν καὶ αἴτιον εἰσάγειν, καὶ αὐτὸ τῶν ἐφετῶν τὸ ἀκρότατον, καὶ μακαριότητος τέλος, εἶναι· καὶ κληρονομίαν τῶν Ἁγίων λέγειν. πῶς δὲ πάλιν τὸ ἀνούσιον καὶ ἀνυπόστατον, φυσικὸν ἢ καὶ φυσικὰ τοῦ Θεοῦ ἀναγορεύουσι. καὶ μήν, ὁ D ποῖα τὰ φυσικά τινος ἂν εἶεν, καὶ τὸ ἐκ τῶν φυσικῶν τοιοῦτον εἶναι ἀνάγκη. πῶς οὐ σαφὴς ἀντίφασις, τὸ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, ποτὲ μὲν ἀκίνητον λέγειν, ποτὲ δὲ ἐνεργοῦσαν καὶ αἰτίαν τῆς ἐνεργείας. τὸ γὰρ ἐνεργοῦν καὶ τὸ αἴτιον, κινητικόν ἐστι καὶ ἐνεργητικόν. πῶς οὖν ἀκίνητος εἴρηται. πῶς δὲ τὰ μὲν φυσικὰ τοῦ Θεοῦ, καθ' αὑτὰ ὁρατὰ φασί· τὴν δὲ οὐσίαν, ἀόρατον· καὶ ταῦτα τοῦ Παύλου λέγοντος, Νῦν μὲν ὁρῶμεν ἐν σκιαῖς καὶ ἐν αἰνίγμασι, τότε δὲ ὀψόμεθα πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καί, Τὰ μὲν βλεπόμενα, πρόσκαιρα· τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια.

Καὶ πάλιν μὴ λέγειν, ὅτι τὸ μὴ ἅγιον, μηδὲ κύριον, μηδὲ βασιλικὸν, ὥς αὐτοί φασιν· ὢ τῆς τόλμης, ἐστὶν ἐν τῷ Θεῷ, φυσικὸν, ἄκτιστον καὶ συναΐδιον αὐτῷ. ταῦτα λέγοντες, καὶ τοιαῦτα βλασφημοῦντες, καὶ οὕτω παραφερόμενοι, ἐφ' οἷς αὐτοὺς αἰσχύνεσθαι καὶ ἐγκαλύπτεσθαι ἔδει· οἱ δὲ καὶ προσεπεμβαίνουσι, καὶ τοὺς μὴ πειθομένους ταῖς βλασφημίαις αὐτῶν, διαβάλλουσι, λέγοντες αὐτοὺς πρὸς τὴν καθολικὴν ἕκτην Σύνοδον ἀντιλέγειν, ὅτι εἴρηκε περὶ τοῦ Χριστοῦ, ὡς εἴη Θεὸς τέλειος καὶ ἄνθρωπος τέλειος· καὶ τὴν ἑκατέρας φύσεως ἑκατέραν ἴσμεν ἐνέργειαν, ἀδιαιρέτως προϊοῦσαν ἐξ ἑκατέρας οὐσίας καὶ φύσεως. ἡγοῦνται γὰρ ἐκ τούτων τὸ ἑαυτῶν συμπεραίνειν, μήτε περὶ ὧν λέγουσιν εἰδότες, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιούμενοι. περὶ δὴ τούτου πολλὰ ἂν ἔχων εἰπεῖν, ἑνός τινος μνησθήσομαι, τοῖς ἀγνωμονεστέροις ἀρκέσοντος.

Nimirum *Lumen in ſubſtantia, ſpiritaliter videre* aiunt; *quod ipſum exiſtat, & non ſit ſymbolicum: ſemper namque eſt, extraque materiam ac mente intelligibile eſt; quod certa experientia noverunt. Dei quidem Eſſentia non eſt, nam illa palpari non poteſt. Angelus non eſt; Dominicos namque fert characteres.* Dignitas Lucis, ac quod ſe ſpiritaliter videre dicunt illius cultores, illo genio ac ordine eſt: quæ verò præſtat, iſta ſunt. *Vnum,* inquit, *eſt, cùm eſt cum vidente; aliàs aliud videtur: Quandoque quidem è corpore aſſurgit, atque ad immenſam altitudinem tollit; quandoque verò rurſus etiam coaptato corpore ſuaque impartito claritate, paceque ac dilectione, illoque deiformi, atque voluptate imperturbationeque repleto, oculis corporeis (ô rem dignam admiratione!) ſpiritu immutatis ſeipſum comprehenſum reddit.* Cùm tanta igitur faciat, taliaque eis munera ad voluptatem gratiamque conferat, minimè hactenus gratiam definit, dignumve cultoribus reputat, ut abſque contemplatione ſeu amica fabulatione relinquat. *Quandoque enim,* inquit, *haud ſecus ac radius circumfuſus rebus natura intelligibilibus, aſpectabilia ea facit, ei, qui ejus tanti muneris dignatus ſit, cùm ipſum nullam prorſus vocem mittat: quandoque videnti, ineffabilibus, ut ſic dicam, verbis loquitur. Atque id à principio palam ei dicit.* Ego ſum; noli timere, ego ſum. *Non enim à me ſeparatur Deitas, cujus commercio deifico eos, qui deificantur. Ego ſum qui adſum, ac præſto deitatis munus. Num vides in me omnia, ac me priorem omnibus? Enimverò tui gratia, in te omnia fio. Tui cauſa etiam viſibilis tibi reddor.*

## Κεφ. ε'

*Ὅπως ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἑαυτοῦ λόγων, τὸ τῆς πλάνης ὡς φῶς συνιστάμενον νέον ἀνοικοδομεῖ Θεὸν, πάντα κομπάζοντα τὰ τοῦ μόνου Θεοῦ.*

Τὸ μὲν δὴ τοιοῦτον, καὶ ἐκ τοιούτων σκιρτημάτων καὶ τῶν πυρίνων κινήσεων, αἰσθητὸν καὶ κεχρωσμένον φῶς· καὶ ὅπερ εἰώθεσαν ἐκ πότου πολλάκις ἀναστάντες, καὶ μικρὸν αὑτοὺς ἐναποκλείσαντες τῷ σκότει, συνιστάμενον ὁρᾷν αὐτίκα ἔντος καὶ ἐκτὸς τῶν σπλάγχνων, ἐκ φιλονεικίας, ὡς ἔφαμεν, Παλαμᾶς ὡρμηκὼς, καὶ κατὰ ἀντιπερίστασιν ἀγωνιζόμενος, Θεὸν ἄκτιστον ἀνακηρύττει καὶ Θεότητα, καὶ Φῶς ἀληθινὸν, καὶ μὴ συμβολικὸν, ἀλλ' ἀεὶ ὂν· οὕτω καὶ γὰρ μόνον ᾤετο δίκην ἀξίαν ὧν ἐνεκάλεσεν αὐτῷ Βαρλαὰμ λαβεῖν, εἰ μὴ συκοφάντην αὐτὸν ἀποδείξειεν, ἀλλὰ μένειν μὲν καὶ εἶναι τὴν τοῦ φωτὸς ὅρασιν ἀναπείσειεν, οὐχ οἵαν δὲ ἐκεῖνος ἔλεγεν. ἵν' οὖν μὴ δοκῶμεν μακρὰν τῶν τοῦ Παλαμᾶ τείνειν λόγων, καὶ τῆς θαυμαστῆς ἀφυστερῶμεν τ' ἀνδρὸς θεογονίας, παρίτω νῦν αὐτὸς, καὶ λεγέτω τί τε τὴν ἀρχὴν ὂν τοῦτο τυγχάνει, καὶ οἵαν τὴν ἐν τοῖς οὖσιν εἴληχε τάξιν, καὶ τί δρᾷ συμμιγνύμενον τούτοις· καὶ τίνα λέγει καὶ παρακελεύεται.

Οἱ μέντοι Φῶς ἐν ὑποστάσει φασὶ πνευματικῶς ὁρᾷν, ὃν μὲν, καὶ μὴ συμβολικόν. ἀεὶ γὰρ ὂν, ἄϋλόν τε καὶ νῷ θεωρητὸν, τοῦτο διὰ τῆς πείρας ἴσασιν. οὐσία μὲν γὰρ Θεοῦ οὐκ ἔστι· καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη· ἄγγελος οὐκ ἔστι· δεσποτικοὺς γὰρ φέρει χαρακτῆρας· τὸ μὲν οὖν ἀξίωμα τοῦ φωτὸς, καὶ ὅ φασι πνευματικῶς οἱ κατ' αὐτὸν ὁρᾷν, οὕτως ἔχει φύσεώς τε καὶ τάξεως· ἅπερ δὲ δρᾷ, ταῦτ' ἐστίν. ἓν ἐστί φησιν ὅτε μετὰ τοῦ ὁρῶντος γίνεται· ἕτερον ἄλλοτε ὁρᾶται. ποτὲ μὲν τοῦ σώματος ἀπανιστᾷ καὶ εἰς ὕψος ἀναφέρει ἄρρητον· ἄλλοτε δὲ αὖθις καὶ τὸ σῶμα μεθαρμοσάμενον, καὶ τῆς οἰκείας μεταδεδωκὸς λαμπρότητος καὶ εἰρήνης καὶ ἀγάπης θεοειδοῦς τε ἡδονῆς καὶ ἀπαθείας ἔμπλεων ποιῆσαν, ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς, ὢ τοῦ θαύματος· γίνεται ληπτὸν, ἠλλοιωμένοις διὰ τοῦ πνεύματος. τοσαῦτα τοίνυν ποιοῦν, καὶ τοιαῦτ' αὐτοῖς τὸ ὁρώμενον ἐκεῖνο φῶς πρὸς ἡδονὴν καὶ χάριν εὐεργετοῦν, οὐ μέχρι τούτων τὴν χάριν ἵστησιν· οὐδὲ ἄξιον τῶν λαχόντων νομίζει, ἄνευ θεωρίας ἢ καὶ ὁμιλίας ἀπαλλάττεσθαι. ἐνίοτε γάρ φησιν ὡς ἀκτὶς περιῤῥέουσα τοῖς φύσει νοητοῖς θεατὰ ποιεῖ αὐτὰ τῷ κατηξιωμένῳ βλέπειν, αὐτὸ φθογγὴν ὅλως οὐ προϊέμενον· ἄλλοτε τῷ ὁρῶντι σαφῶς δι' ἀῤῥήτων ὡς εἰπεῖν, ῥημάτων ὁμιλεῖ· καὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν λέγει φανερῶς αὐτῷ· Ἐγώ εἰμι· μὴ φοβοῦ· ἐγώ εἰμι· οὐ γὰρ χωρίζεταί μου ἡ θεότης, καθ' ἣν τῇ κοινωνίᾳ θεοῖ τοὺς θεουμένους· ἐγώ εἰμι ὁ παρὼν καὶ ἐνεργῶν τὴν θέωσιν· οὐχ ὁρᾷς τὰ πάντα ἐν ἐμοί, καὶ ἐμὲ πρὸ πάντων; ἀλλὰ διὰ σὲ, πάντα γίνομαι ἐν σοί· διὰ σὲ καὶ ὁρατός σοι γίνομαι.

Ἆρ' οὖν παραλέλειπταί τι μέρος θεολογίας, ὃ μὴ τῷ φωτὶ τούτῳ προσήρμοσε; πλὴν γὰρ τοῦ μὴ εἶναι οὐσίαν Θεοῦ, τἆλλα πάντα φέρων ἐπέθηκεν αὐτῷ οὗτος ὁ δεινὸς καὶ ἐπίτριπτος ἄνθρωπος, μηδὲν τῶν εἰρηκότων ἐκείνων θείων φροντίσας Πατέρων, τούτου μὲν, Μακάριος ὁ νοῦς ἐκεῖνος, ὃς ἐν τῇ παραστάσει τῆς προσευχῆς τελείαν ἀμορφίαν ἐκτήσατο. Καὶ, Μὴ σχηματίσῃς τὸ Θεῖον ἐν σεαυτῷ προσευχόμενος, μὴ δὲ πρὸς μορφὴν τινὰ συγχωρήσῃς τυπωθῆναι σοῦ τὸν νοῦν· ἀλλ' ἀΰλως τῷ ἀΰλῳ πρόσελθε, καὶ συνήσεις. ἐκείνου δὲ, Πάντας μὲν ὁρᾷ ὁ Θεός· ὁρῶσι δὲ τὸν Θεὸν, οἱ μηδὲν ὁρῶντες ἐν τῷ προσεύχεσθαι. ἄλλου δὲ, ὅτι πᾶν τὸ ἐν σχήματι φαινόμενον, εἴτε ὡς φῶς, εἴτε ὡς πῦρ, ἐκ τῆς τοῦ ἐχθροῦ κακοτεχνίας γίνεσθαι, ὁ θεσπέσιος Παῦλος σαφῶς διδάσκει, Εἰς ἄγγελον φωτὸς λέγων μετασχηματίζεσθαι. οὐ δεῖ οὖν ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἐλπίδι τινὰ τὸν ἀσκητικὸν μετιέναι βίον. Καὶ Διονυσίου τοῦ μεγάλου, Κατὰ τοῦτον καὶ ἡμεῖς γενέσθαι τὸν ὑπέρφωτον εὐχόμεθα γνόφον, καὶ δι' ἀγνωσίας καὶ ἀβλεψίας ἰδεῖν καὶ γνῶναι τὸν ὑπὲρ θέαν καὶ γνῶσιν, αὐτῷ τῷ μὴ ἰδεῖν, μὴ δὲ γνῶναι. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὄντως ἰδεῖν, αὐτὸ τὸ μὴ ἰδεῖν μὴ δὲ γνῶναι.

Vllumne igitur reliquum eſt Theologiæ membrum, quod non huic luci aptaverit? Vno enim hoc dempto, quod non Dei Eſſentia ſit, cuncta illi tribuit. Sic nimirum homo temerarius ac ſceleratus, nihil divinos illos Patres curans, qui ſic locuti ſint, ille quidē, Beata mens, quæ fungenda oratione nacta eſt, *ut omni perfectè forma vacet*. Et, *Ne inter orandū, Deum in te ſimulacro repræſentaveris, nec ulla mentem forma figurari permiſeris; ſed immateriatè, ei, qui extra omnem materiam eſt, accede, & intelliges.* Hic verò, *Deus quidem omnes videt, vident antem Deum, qui orando nihil vident.* Alius præterea, *Quicquid in figura apparet, ſive ut lumen, ſive ut ignis, ex inimici machinatione eſſe, palam docet divinus Apoſtolus, dum ait transformari in Angelum lucis.* Haud igitur deceat, ut ea ſpe quiſquam vitæ religioſæ palæſtram exerceat. Magnus item Dionyſius, *Nos quoque ad ejus caliginis modum aptari optamus, excedentis vim omnem luminis, ac per ignorantiam videndique abſentiam, videre ac ſcire, eum, qui omnem excedit viſum ac ſcientiam, ipſo hoc quod non videamus neque ſciamus. Id enim verè videre eſt, ipſum non videre, nec ſcire, ſeu cognoſcere.*

Nili. Ejuſdem. Ioannis Carpathii. Diadochi. 2. Cor. 11. 14 Secundo de Myſtica Theologia.

Τούτων ἁπάντων ὑπερφρονήσας, καὶ κατορχησάμενος θείοις ὅροις καὶ λόγοις, τὸν μὲν ἡμεῖς ἴσμεν τρισυπόστατον καὶ ἀόρατον Θεὸν ἄνωθεν, τοῦ μέσου ἀπάγει, καὶ τοῦτον τῆς καθ' ἡμᾶς ἀφιστᾷ διοικήσεως· ἕτερον δ' αὐτὸς ἀνίστησι παρὰ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, ληπτὸν ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς καὶ ἀνούσιον Θεόν. Αὐτόθεν δ' ἄν τις σκοπῶν, καὶ τῶν οὕτω καινοτομηθέντων, τοῦτο λάβοι περιφανῶς· ἐν μὲν γὰρ τῷ εἰπεῖν, Οὐσία Θεοῦ οὐκ ἔστι, καὶ γὰρ ἀνέπαφος ἐκείνη, ἔδειξε μὴ εἶναι τοῦτο τὸν τρισυπόστατον Θεόν· ἐν δὲ τῷ ἀποφήνασθαι, Ἄγγελος οὐκ ἔστιν, ἀπάγει τοῦτο πάσης ἡστινοσοῦν κτιστῆς οὐσίας· ἐν δὲ τῷ προσγράψαι, Δεσποτικοὺς γὰρ φέρει χαρακτῆρας, καὶ ὅτι ὄν, καὶ μὴ συμβολικὸν, ἀεὶ γὰρ ὂν, ἄϋλόν τε καὶ νῷ θεωρητὸν, Δεσπότην αὐτὸ ἄκτιστον εἶναι διατείνεται. ἐν δὲ τῷ τ' ἄλλ' ἐπισυναγαγεῖν, ἅ τε τούτοις συμμιγνύμενον δρᾷ, καὶ ἅπερ ὁρώμενον ὁμιλεῖ, καὶ Θεὸν αὐτὸ τοῦ παντὸς ἀνέδειξεν ὁρατὸν, πάντα τὰ τοῦ μόνου Θεοῦ κομπάζοντα καὶ ὑπερηφανευόμενον. φανερὸν οὖν ἐκ τούτων ἡ πᾶσα τοῦ ἀνδρὸς τερατεία, καὶ ὅτι Θεὸν ἕτερον παρὰ τὴν τρισυπόστατον καὶ παντοδύναμον Οὐσίαν αὐτός τε πρεσβεύει, καὶ τῇ νῦν παραδίδωσι προσκυνεῖν Ἐκκλησίᾳ.

His omnibus ſpretis regulis ac ſermonibus iiſque inſultans, eum quidem quem trinè ſubſiſtentem ac inviſibilem antiqua traditione Deum novimus, è medio profligat, & ab humanarum rerum gubernatione abjungit; alium verò ipſe excitat præter Dei Eſſentiam oculis corporeis comprehenſum, ac qui Deus expers eſſentiæ exiſtat, ſeu ſubſtantia carens. Inde autem quis conſiderans, novamque hanc doctrinam rimans, iſtud apertè acceperit: Dicendo namque, *Dei eſſentia non eſt; etenim illa palpari non poteſt*, oſtendit non eſſe hoc Deum trinè ſubſiſtentem. Affirmando autem, *Angelus non eſt*, ab omni quovis modo creata ſubſtantia eximit. Quod verò ſubjungit, *Dominicos enim fert characteres*, quodque *exiſtens eſt, nec ſymbolicum eſt, extraque materiam & quod mente videatur ac intelligatur*, Dominum ipſum increatum eſſe affirmat. Qua tandem ratione reliqua colligit, quæ hiſce commixtum faciunt, & quæ oculis conſpicuum, loquitur, etiam rerum hujus univerſitatis Deum oculis aſpectabilem oſtendit, cuncta quæ ſunt unius Dei crepantem atque ſuperbè gloriantem. Manifeſta igitur ex iſtis eſt omnis viri impoſtura, & quod tum ipſe Deum alium præter trinè ſubſiſtentem ac omnipotentem Subſtantiam ſentiat, tum ei quæ nunc eſt, Eccleſiæ, adorandum atque colendum tradat.

Ἔτι τοῦτο τὸ Φῶς, περιφανέστερον ὁρατὸν ἀποκαλεῖ Θεὸν Παλαμᾶς, ἐν οἷς πρὸς Βαρλαὰμ φησὶν, Ὁ δὲ τὸ Φῶς ἔχων ἐκεῖνο, καὶ ὁρῶν, οὐκέτι ἐκ τοῦ εἰκότος, ἀλλ' ἀληθεῖ καὶ ὑπερανιδρυμένῃ τῶν ὄντων θέᾳ. ἔτι, Αὕτη ἄρα ἐστὶν ἡ δόξα, δι' ἧς κτώμεθα καὶ ὁρῶμεν κυρίως τὸν Θεόν. ἔτι, Οὔ φησι Παλαμᾶς περὶ τοῦ ἑνὸς τρισυποστάτου Θεοῦ φάναι τὸν ἐν θεολογίᾳ Γρηγόριον, Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος, ἀλλὰ περὶ τοῦ δευτέρου τούτου καὶ ὁρατοῦ Θεοῦ. γράφει γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς, Ὅθεν καὶ τοῦτο ἄπειρον οἱ Θεολόγοι λέγουσι τὸ Φῶς· δι' οὗ

Præterea Lumen hoc, manifeſtius Palamas Deum viſibilem uocat, quibus ad Barlaamum ſcribit; *Qui autem illud Lumen habet ac videt, non ultra jam à ſimili, ſed vero, ac qui rebus emineat, aſpectu, Deum tum cognoſcit, tum in ſe habet.* Et rurſum, *Hæc itaque claritas eſt ac majeſtas, per quam nanciſcimur ac verè videmus Deum.* Præterea, Non de uno trinè ſubſiſtente Deo ait Palamas dixiſſe Gregorium Theologum, *Deus diis unitus ac innoteſcens*, ſed de ſecundo hoc atque oculis aſpectabili Deo. Ait enim in iiſdem, *Vnde etiam hoc Theologi infinitum vocitant Lumen;*

Orat. 38. & 42.

*quo, per ceſſationem ab omni noſcendi facultate, in virtute Spiritus, Deus Sanctis viſibilis redditur; velut ſcilicet Deus diis unitus & innoteſcens.* Semel namque divinam Eſſentiam prorſus impalpabilem ſtatuit, & cujus nullum ulli commercium eſſe poſſit. Ad hæc, non ait Palamas dixiſſe eundem de uno trinè ſubſiſtente Deo, *Cùm vellet Deus huncce mundum*, & quæ ſequuntur; ſed de hoc Lumine, ſecundo ac viſibili Deo, & qui divinæ ſubſtantiæ (ſeu eſſentiæ) minè ſit. Ait enim in iis quæ ſcribit ad beatum Acindynum, Oratione inter Secundas ſexta, cujus hoc initium, *His quidem quæ circa actionem mundumque. Creatis verò Lumen hoc accenſens, Deum creaturam manifeſtè ſtatuit. Volens enim mundum hunc condere, ex rebus viſibilibus, & iis quæ aſpectu cerni non poſſunt, conſtitutum, ut auctor eſt Gregorius Theologus, ſempiternis quidem (deiformis ſcilicet Angelis) ipſe eſt Lumen, & non aliud. Quid enim ſecundo lumine iis opus erat, qui maximi illius compotes eſſent? Acindynus autem, Maximum illud Lumen, quod illuminat deiformes Angelos (quod nihil aliud eſt quàm Deus ipſe) creaturam eſſe docet, ac corporeum, inque materia lumen exiſtere.*

Orat 43. p. 698.

Manifeſtum igitur eſt, ex eo quod deſignatè relatèque dicat, *Lumen iſtud*, de quo nimirum vulgo ambigitur, nec quomodo Palamas Deum fecit, creditur, exque reliqua probatione: Neque enim vir ille admirandus cum illo diſputabat de Lumine quod eſt in Trinitate. Si quis enim alius, ipſe quoque ejus cultor erat: ſed de illo quod malè confictum eſt, ut probatum eſt, inque Dei cenſum relatum, abſurdiſſimo lumine, quod & illud Deum eſſe dicat, qui ex ſubſtantia viſibili & quæ videri non poteſt, cuncta condiderit, ac reliqua, quæ Theologus de divino, ſuperſubſtantiali adorandoque Lumine, quod in Patre & Filio & Spiritu ſancto eſt, diſſeruit.

Acyndini recta fides: Palamas calumniatur.

Præterea, Non dicit Palamas eum dicere de uno trinè ſubſiſtente Deo, *Deus eſt Lumen ſupremum & inacceſſibile*; ſed id dictum eſſe de Lumine, quod recens ab illo confictum eſt. Ait enim in eodem ſermone ſeu libro, *Vbi igitur eſt, quod Deum inter & Angelos à Barlahamo & Accyndyno confingitur Lumen, quod neque Deus neque Angelus, ſed terrenum quid ac craſſum eſt?* Idque cùm Theologus dicat, *Hoc in intelligibilibus eſſe ſupremum Lumen* (Deum ſcilicet) *quod eſt Sol in ſenſibilibus.* Manifeſtum igitur eſt, ſua ipſum probra, & quas cudit blaſphemias, aliis tribuere. Illius enim commentum eſt, quod Lumen in ſubſtantia ſpiritaliter videatur, ac neque divina eſſentia ſit, nec Angelica; quique proinde rem hanc, Deum inter atque Angelum, ſtatuerit. Enimverò à calumniæ labe purum eſſe ſinamus, quæ res illi ſic ubique ex genio eſt ac conſueta: hæc verò ſolum quis conſideret quæ ſuperiori capite ediſſeruimus, calumniæ in Deum deliria. Nam, ut videtur, unum hoc terrenum craſſæque ſubſtantiæ evertit: reliqua verò omnia ut dicatur ſuum illud Lumen concedit.

Orat. 34. ex Piatone.

A κατὰ ἀπόπαυσιν πάσης γνωστικῆς δυνάμεως, ἐν δυνάμει πνεύματος, ὁρατὸς γίνεται τοῖς ἁγίοις ὁ Θεὸς, ὡς Θεὸς θεοῖς ἑνούμενός τε καὶ γνωριζόμενος. ἅπαξ γὰρ ἀνέπαφον παντελῶς καὶ ἀμέθεκτον τὴν θείαν οὐσίαν ὡρίσατο· Ετι, οὔ φησι Παλαμᾶς φάναι τὸν αὐτὸν περὶ τοῦ ἑνὸς τρισυποστάτου Θεοῦ, Βουληθεὶς ὁ Θεὸς τόνδε τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἑξῆς. ἀλλὰ περὶ τοῦ Φωτὸς τούτου, τοῦ δευτέρου καὶ ὁρατοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ὄντος οὐσίας Θεοῦ. φησὶ γὰρ ἐν τοῖς πρὸς τὸν μακάριον Ακίνδυνον λόγῳ τῶν δευτέρων ἕκτῳ· οὗ ἡ ἀρχὴ Τοῖς μὲν δὴ περὶ τὴν πρᾶξιν καὶ κόσμον. Τοῖς κτίσμασι δὲ συντάττων τοῦτο τὸ Φῶς, τὸν Θεὸν κτίσμα φανερῶς ἀποφαίνεται. B βουληθεὶς γὰρ τόνδε τὸν κόσμον συστήσασθαι τὸν ἐξ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων συνεστηκότα, κατὰ τὸν Θεολόγον Γρηγόριον, τοῖς μὲν ἀϊδίοις, δηλονότι τοῖς θεοειδέσιν ἀγγέλοις, αὐτός ἐστι φῶς καὶ οὐκ ἄλλο. τί γὰρ ἔδει φωτὸς δευτέρου, τοῖς τὸ μέγιστον ἔχουσιν. ὁ δὲ Ακίνδυνος, τὸ μέγιστον τοῦτο Φῶς, τὸ φωτιστικὸν τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, ὃ μηδὲν ἄλλο ἢ αὐτὸς ὁ Θεός ἐστι, κτίσμα εἶναι δογματίζει, καὶ σωματικὸν καὶ ὑλικὸν ὑπάρχειν φῶς.

Πρόδηλον ἄρ' οὖν ἔκ τε τοῦ δεικτικῶς καὶ ἀναφορικῶς λέγειν, τοῦτο τὸ φῶς, τὸ ἀμφισβητούμενον δηλαδὴ τοῖς πολλοῖς καὶ μὴ πιστευόμενον ὡς ὁ Παλαμᾶς ἐθεοποίησε, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς. οὐ γὰρ ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ περὶ τοῦ ἐν τῇ Τριάδι Φωτὸς αὐτῷ διελέγετο, εἴπερ τις γὰρ ἄλλος, καὶ αὐτὸς λατρευτὴς ἦν ἐκείνου. ἀλλὰ περὶ C τοῦ κακῶς ἀναπλασθέντος, ὡς δέδεικται, καὶ θεοποιηθέντος ἀτοπωτάτου φωτὸς, ὅτι τοῦτο καὶ τὸν Θεὸν εἶναι ἀποκαλεῖ τὸν συστησάμενον ἐξ ὁρατοῦ τε καὶ ἀοράτου τὰ πάντα, καὶ τἄλλα ἅπερ ὁ Θεολόγος ὑπὲρ τοῦ ὑπερουσίου Φωτὸς, τοῦ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνουμένου τεθεολόγηκεν.

Ετι, οὔ φησι Παλαμᾶς περὶ τοῦ ἑνὸς τρισυποστάτου Θεοῦ, τὸν αὐτὸν φάναι, Θεός ἐστι φῶς τὸ ἀκρότατον καὶ ἀπρόσιτον, ἀλλὰ περὶ τοῦ νῦν ἀναπλασθέντος ὑπ' αὐτοῦ εἰρῆσθαι δήπου φωτός· φησὶ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ τῷ αὐτῷ, Ποῦ τοίνυν τὸ μεταξὺ Θεοῦ τε καὶ ἀγγέλων ὑπὸ Βαρλαὰμ καὶ Ακινδύνου ἀναπλαττόμενον Φῶς, ὃ μήτε Θεός ἐστι μήτ' ἄγγελος, ἀλλ' ὑλικὸν καὶ παχυμερές· καὶ ταῦτα τοῦ Θεολόγου λέγοντος, Τοῦτο ἐν νοητοῖς εἶναι τὸ ἀκρότατον Φῶς, δηλονότι τὸν Θεὸν, ὅπερ ἥλιος ἐν αἰσθητοῖς. φανερὸν μὲν οὖν ὅτι τὰ ἑαυτοῦ ὀνείδη καὶ D τὰς παρ' αὐτοῦ κατασκευασθείσας βλασφημίας, τοῖς ἄλλοις προστρίβεται. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ὁ ἀναπλάσας Φῶς ἐν ὑποστάσει πνευματικῶς ὁρᾶσθαι, καὶ μήτ' οὐσίαν εἶναι θείαν, μήτ' ἀγγελικὴν, ταύτῃ καὶ τὴν μεταξὺ Θεοῦ τε καὶ ἀγγέλου συστησάμενος ὕπαρξιν. συγκεχωρήσθω δ' ὅμως τῆς διαβολῆς, πράγματος συνήθους αὐτῷ διὰ πάντα· ἐκεῖνα δὲ μόνα σκοπείτω τις, ἃ καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου διεληλύθαμεν, τὰ κατὰ Θεοῦ συκοφαντίας παραληρήματα. ὡς ἔοικε γὰρ, τὸ ὑλικὸν τοῦτο μόνον καὶ παχυμερὲς ἀνατρέπει, τὰ δ' ἄλλα πάντα συγχωρεῖ τῷ τούτου φωτὶ λέγεσθαι.

A Ἔτι οὔ φησι Παλαμᾶς περὶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ θεῖον εὐαγγέλιον εἰρηκέναι, Ἦν τὸ Φῶς τὸ ἀληθινὸν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἀλλὰ περὶ τοῦ ἀναπλασθέντος καὶ φαντασθέντος αὐτοῦ, καθάπερ ἠκηκόει τε φωτός. φησὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς, λόγῳ τετάρτῳ οὗ ἡ ἀρχὴ, Ὑποψιθυρίσας τοίνυν τῆς εἰς τὸ μέγα Φῶς, Τοιγαροῦν τὸ Φῶς ἐκεῖνο, σύμβολόν τε καὶ Φῶς ἀληθινόν, καὶ οὐκ ἀληθινὸν ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν ὑπῆρχε Φῶς, ὡς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος φησίν. Εἰ ἀληθινὸν φῶς ἦν ὁ Υἱὸς, ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· τῇ συνήθει κἀν τούτῳ χρώμενος διαβολῇ, ὥσπερ περὶ δύο φώτων ἀληθινῶν τὸν μέγαν διαλαμβάνοντα τίθησι· καὶ οὐχ ἁπλῶς δύο, ἀλλὰ τὸν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἡγούμενον Φῶς ἀληθινὸν, καὶ μερικόν· τὸ δὲ παρ' αὐτοῦ φαντασθὲν, φῶς, B ἑπόμενον καὶ καθόλου· ὡσανεὶ ἔλεγεν, Εἰ ἔστιν ἄνθρωπος, ἔστι καὶ ζῶον. ἀλλὰ μερικὸν φῶς εἶναι τὸν Κύριον, οὐδεὶς πω μέχρι καὶ τήμερον εἴρηκεν· ἀπολελυμένως γὰρ ἑαυτὸν ὀνομάσας, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, οὐδεμίαν παρῆκεν ὑπόνοιαν, τοῖς ἀπὸ τοῦ μερικὸν αὐτὸν ὑποτίθεσθαι φῶς βλασφημεῖν αἱρουμένοις. οὐχ οὕτω λοιπὸν νοητέον τὴν τοῦ μεγάλου ῥῆσιν· ἀλλ' ἑνὸς ὄντος τοῦ Φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ, τῷ ἐξισάζοντι κεχρῆσθαι συμβαίνειν τῶν τρόπων. ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἐστίν, ἔστι καὶ ζῶον λογικὸν θνητόν· οὐδὲν ἕτερον δηλοῦντος τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἢ τὸ ζῶον λογικὸν θνητόν.

Ἔτι οὔ φησι Παλαμᾶς τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν καὶ δύναμιν τὸν ἕνα τρισυπόστατον Θεὸν, τῶν ἐφετῶν εἶναι τὸ ἀκρότατον· ἀλλὰ τὸν ὡς Φῶς αὐτῷ φαντα- C σθέντα δαίμονα καὶ κακῶς ὑπ' αὐτοῦ θεοποιηθέντα τήμερον. φησὶ γὰρ ἐν λόγῳ τῷ αὐτῷ, Εἰ γὰρ καὶ φῶς ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν, ἀλλὰ καὶ Φῶς ἀληθινὸν καλεῖται· μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ ἀληθινὸν Φῶς, ὃ ὡς ἱμάτιον ὁ Θεὸς ἀναβάλλεται. καὶ ἵνα τἀν μέσῳ ἀδιάρθρωτα καὶ ἀσύμβλητα παρῶ, Φῶς φησὶ τοῖς ἁγίοις ὁρώμενον, καὶ τούτοις ἐν πνεύματι. εἶτ' ἐπάγει ἐναντία πάντως ἑαυτοῦ. Φῶς ᾧ ἐνερείδειν οἱ ἄγγελοι τὸ ὄμμα οὐ σθένουσι· Φῶς, ὃ δοξάζουσιν ἄγγελοι· ᾧ πᾶσα τῶν ὑπερκοσμίων ἡ νοητὴ διακόσμησις αὔλως ἑστιωμένη, τεκμήριον ἐναργέστατον τίθεται τῆς περὶ ἡμᾶς τοῦ Λόγου φιλανθρωπίας. καὶ πάλιν μετὰ πολλὰς τὰς θεωνυ- D μίας, Φῶς, φησὶ, δι' οὗ κατ' ἀλήθειαν ὁ Θεὸς ὁρᾶται.

Φανερὸν οὖν ὅτι σκαιῶς καὶ ἀθέως τὰ πάντα μιγνύων, τοῖς μὲν κατ' αὐτὸν δαιμονῶσιν ὁρᾶσθαι φησὶ κατ' ἀλήθειαν τὸν Θεὸν, εἴγουν τὴν φαντασίαν ταύτην τὴν ἀνυπόστατον· τοὺς δὲ ἀγγέλους οὐκ ἀξιοῖ πρὸς αὐτὸν ἐνερείδειν δύνασθαι τὸ ὄμμα. τέως δ' ἐκ τούτων τε καὶ τῶν ἄλλων, ἃ διὰ τὴν ἐνοῦσαν παρῆκα βωμολοχίαν, τῶν ἐφετῶν τὸ ἀκρότατον τὴν ἄθεον τῆς φαντασίας αὐτοῦ παραφορὰν καὶ πλάνην ἀποκαλεῖ.

Ἔτι οὔ φησι Παλαμᾶς τὴν εὐαγγελικὴν ἀπόφασιν, τὴν Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε λέγουσαν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν, Ὃν εἶδεν οὐδεὶς, οὐδὲ ἰδεῖν δύναται,

A Adhæc ait Palamas, Non dixiſſe Evangelium de Deo Verbo, *Erat Lux vera*, & quæ ſequuntur, ſed de illa quam confinxit ac videre exiſtimat, Luce. Ait enim in iiſdem, ſermone quarto, cujus initium, *Submurmurans enim quæ eſt in magnum Lumen. Itaque Lumen illud, tum ſymbolum eſt, tum Lux vera. Nec quovis modo Lux vera, ſed ipſa Lux vera erat, uti etiam ait magnus Baſilius, Si vera Lux Filius, erat Lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*: hîc quoque conſueta uſus calumnia, velut de duplici locutum Luce vera, Virum magnum ponit: nec quovis modo duplici, ſed ita ut Dei Verbum, Lux prior ſit & particularis; quod verò ille lumen comminiſcitur ac videre putat, ſequens ac univerſalis. Ac ſi diceret, Si eſt homo, etiam animal eſt. Enimvero, Dominum Lucem eſſe particularem, nemo hacte- B nus dixit. Cùm ſe enim ipſe abſolutè nominaverit, *Ego ſum Lux*, nullam anſam præbuit, quibus blaſphemare conſtitutum ſit, ut particulare ipſum Lumen exiſtiment. Nec jam ita accipienda Magni Baſilii auctoritas ac ſententia: ſed cùm una ſit Lux vera, exæquandi modo uſus eſt terminiſque in idem valentibus: ac ſi diceret, Nam ſi homo eſt, eſt & animal utens ratione, mortale; cùm homo nihil aliud ſignificet, quàm animal rationale mortale.

Ioan. 1. 19.
Baſilius.
Ioan. 12. 46

Præterea non dicit Palamas, ſuperſubſtan- C tialem ſubſtantiam atque virtutem, Deum trinè ſubſiſtentem, ſupremum appetibilium eſſe, ſed quem luminis ſpecie commentus eſt dæmonem, & quem malè hodie Deum conſecravit. Ait enim in eodem ſermone. *Quanquam enim Lumen appellationem habet, verùm Lux quoque vera nuncupatur. Quinimmo ipſa Lux vera, quam Deus induit ſicut veſtimentum.* Et ut interjecta indiſtincta incompactaque omittam, *Lumen*, inquit, *quod à Sanctis videtur, iiſque in ſpiritu.* Deinde ſubjungit, quæ illi omnino contraria ſint, *Lumen, in quod Angeli aciem defigere non poſſunt: Lumen quod laudant Angeli: quo omnis Cœleſtium ſpiritalis ornatus ſpiritali epulans ratione, Verbi in nos propenſiſſimæ benignitatis ac clementiæ, manifeſtiſſimum argumentum præbet.* Ac D rurſus poſt multa divina nomina, *Lumen*, inquit, *quo Deus verè cernitur.*

Manifeſtum igitur eſt qui funeſto impioque conſilio cuncta miſceat, his quidem qui eodem ac ille agantur furore, dicere Deum verè videri; id eſt, phantaſiam hanc nec verè exiſtens Lumen; Angelos verò, nec aciem in ipſum defigere dignatur. Hactenuſque ex his aliiſque à me omiſſis præ tanta rei futilitate ac ineptia, ſupremum deſiderabilium, impiam phantaſiæ ſuæ emotionem errotemque vocat.

Præterea non dicit Palamas, Evangelicam ſententiam, *Deum nemo vidit unquam*, ac Apoſtolicam, *Quem nullus hominum vidit, neque videre poteſt*, univerſim Dei viſionem negare: ſed

1. Ioan. 1. 18.
1 Tim. 6. 16

quod ita dicitur, verum exponit de Eſſentia; A de cogitato autem ipſi Lumine, cùm ſus deque Deum confiteatur, congenitamque & nativam & ſubſtantialem Dei virtutem & operationem ipſum affirmans, negat comprehendi; tametſi quod Deum indefinitè dixit, adjunxitque particulam negantem, *nemo*, vel ſi alius eſſet Deus Palamico ſenſu atque commento, ea negatione ac ſententia comprehenderetur.

καθόλου τὴν τοῦ Θεοῦ ὅρασιν ἀποτρέπεσθαι· ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς θείας Οὐσίας, ἀληθῆ τὸν λόγον ἐκλαμβάνει· περὶ δὲ τοῦ φαντασθέντος αὐτῷ φωτὸς, Θεὸν ἄνω τε καὶ κάτω ἀνομολογῶν, καὶ τὴν ἔμφυτον καὶ φυσικὴν καὶ οὐσιώδη δύναμιν καὶ ἐνέργειαν τοῦ Θεοῦ τοῦτον εἶναι διατεινόμενος, οὔ φησι περιλαμβάνεσθαι. καίτοιγε Θεὸν ἀορίστως εἰπὼν, καὶ τὸ οὐδεὶς ἐπαγαγὼν, εἴγε καὶ ἕτερος Θεὸς ἦν κατὰ τὴν Παλαμᾶν, περιειλημμένος ἦν τῇ ἀποφάσει.

## Caput VI.

*QVOMODO EX TALIVM ſermonum aggregatione, is quem Palamas comminiſcitur, ipſum non verè exiſtentem, ac ſubſtantiâ Deum, Creator appareat arbiterque omnis creaturæ, ac omnis beatitatis finis.* B

PEnè ita Palamica omnis nugacitas; talibus ſus deque comprehenſa eſt vanitatibus, atque his longè deterioribus. Vt ergo reſumendo, atque hac quoque parte repetito calculo colligendo, novi Dei productionem apparitionemque conſideremus; primum quidem, ejus tum ortum complectitur, tum commercium, cum his qui vident ipſum: item rationes quiſnam tandem exiſtat; quodque non ſeparata ab eo deitate, ipſe eſt omnia, & in ipſo ſunt omnia, ipſeque prior omnibus eſt: propter eos tamen qui in tenebris incluſi ſunt aſpirantque, atque ad umbilicum innixam genam inferiorem habent, inque ipſum immotè intendunt oculum, viſibilis efficiatur. C Secundum, maniſeſtiſſimè & qui credatur, Deum hunc eſſe probat. Tertium, etiam eum verè videri docet. Quartum, hunc quoque Deum eſſe qui omnibus uniatur, adſtruit. Quintum, etiam hujus rerum univerſitatis auctorem eum pronuntiat. Sextum, mundi ejus qui mente intelligitur & qui ſenſu percipitur, Lumen eſſe ſupremum & inacceſſum, tradit. Septimum, nedum illum ſupremum Lumen, ſed & verum contendit. Octavum præterea, ſupremum appetibilium omniſque beatitatis cumulum, iſtiuſmodi aſſerit.

Palamæ novus & commentitius Deus.

Per Deum rogo (Deum nimirum trinè ſubſiſtentem, ac quem omnes communiter unum Deum ſentirent, nuncque nobis qui perſecutionem patimur ſolus Deus exiſtat) D quidnam illi Palamas fecit reliquum ut Deus audiret? Nam ſi Lumen iſtud, quod non eſt Dei eſſentia, ante omnia eſſe dicit, & in ipſo eſſe omnia, atque videri ut Deum, & uniri omnibus, & creare omnia & conſervare; cùm ſupremum & verum ſit ac omnis beatitatis finis, quemnam cultum reliquit, Deo pridem venerationem habenti, & quem ipſe eminentem vocat, quo diſtinguatur ab eo qui nunc eſt, inferiori Deo? Manifeſtum itaque eſt, ablata Deo omni veneratione ac numine, ejus ut Lumen eſt ſimulacro detuliſſe: hocque unum docere re-

## Κεφ. ϛʹ.

ΟΠΩΣ ΕΚ ΤΗΣ ΕΠΙΣΥΝΑΓΩΓΗΣ τῶν τοιούτων λόγων, ὁ τῷ Παλαμᾷ φαντασθεὶς ἀνούσιος Θεὸς, δημιουργὸς καὶ διοικητὴς ἀναφαίνεται πάσης κτίσεως, καὶ τέλος πάσης μακαριότητος.

Σχεδὸν μὲν οὖν πᾶσα Παλαμικὴ τερατεία, τοσαύταις ἄνω καὶ κάτω διείληπται ματαιότησι, καὶ πολλῷ τούτων χείροσιν. ἵν' οὖν ἀναλαβόντες κατοπτεύσωμεν, ἐπιλογιζόμενοι καὶ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, τὴν τοῦ νέου Θεοῦ παραγωγὴν καὶ ἐπιφάνειαν, τὸ μὲν πρῶτον περιέχει γένεσίν τε τούτου· καὶ κοινωνίαν μετὰ τῶν ὁρώντων αὐτόν· καὶ λόγους, ὁποῖός τις ὢν τυγχάνει, καὶ ὅτι μὴ χωριζομένης αὐτοῦ τῆς θεότητος, αὐτός ἐστι τὰ πάντα, καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ πρὸ πάντων αὐτός· ἀλλὰ διὰ τοὺς εἰλουμένους τῷ σκότει, καὶ εἰσπνέοντας, καὶ πρὸς τῷ ὀμφαλῷ τὴν κάτω γένυν C ἐρηρεισμένην ἔχοντας, καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν ὀφθαλμὸν ἀκλινῶς τείνοντας, ὁρατὸς γινόμενος. τὸ δὲ δεύτερον, ἀριδηλότατα καὶ πιστευόμενον εἶναι τοῦτον Θεὸν παρίστησι· τὸ δὲ τρίτον, καὶ κυρίως αὐτὸν ὁρᾶσθαι δογματίζει· τὸ δὲ τέταρτον, καὶ τοῦτον εἶναι τὸν ἑνούμενον ἅπασι Θεὸν διασκευάζει. τὸ δὲ πέμπτον, καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ἀποφαίνεται. τὸ δὲ ἕκτον, τοῦ νοητοῦ διακόσμου καὶ τοῦ αἰσθητοῦ, φῶς εἶναι τοῦτο τὸ ἀκρότατον καὶ ἀπρόσιτον ὑποτίθησι. τὸ δὲ ἕβδομον, οὐ μόνον τὸ ἀκρότατον αὐτὸν εἶναι φῶς, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀληθινὸν διατείνεται. τὸ δὲ ὄγδοον πρὸς ἐκείνοις, τὸ ἀκρότατον τῶν ἐφετῶν καὶ πᾶσαν τὴν μακαριότητα, τὸν τοιοῦτον εἶναι Θεὸν ἐπισχυρεῖ.

Πρὸς Θεοῦ, τοῦ τρισυποστάτου φημὶ, καὶ πάλαι μὲν πᾶσιν ἑνὸς κοινῇ πρεσβευομένου Θεοῦ, νυνὶ δὲ D τοῖς διωκομένοις ἡμῖν μόνου Θεοῦ, τί τούτῳ καταλέλοιπε Παλαμᾶς πρὸς τὸ Θεὸν εἶναι. εἰ γὰρ τὸ φῶς τοῦτο τὸ μὴ ὂν οὐσία Θεοῦ, λέγει μὲν πρὸ πάντων εἶναι καὶ ἐν αὐτῷ τὰ πάντα· ὁρᾶσθαι δὲ ὡς Θεὸν καὶ ἑνοῦσθαι τοῖς πᾶσι, καὶ δημιουργεῖν καὶ συνέχειν τὰ πάντα, τὸ ἀκρότατον καὶ ἀληθινὸν καὶ τέλος πάσης μακαριότητος αὐτὸ τυγχάνον ὄν, ποίαν ἀφῆκε λατρείαν τῷ πάλαι πρεσβευομένῳ Θεῷ, καὶ ὃν ὑπερκείμενον αὐτὸς ἀποκαλεῖ, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ νῦν ὑφειμένου Θεοῦ. Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων, ὅτι πᾶσαν ὑφελόμενος Θεοῦ λατρείαν, τῇ τούτου φέρων ὑπέθηκεν ὡς φαντασίᾳ·

καὶ ταύτην μόνην πρεσβεύει πρύτανιν καὶ διοικητὴν τοῦ παντός.

Ἔτι πᾶσα λατρεία καὶ προσκύνησις, τῇ τρισυποστάτῳ παρ' ἡμῶν προσάγεται φύσει, ὡς σωτῆρι καὶ δημιουργῷ πάντων, καθὸ φασὶν, Ἄκτιστε φύσις ἡ τῶν ὅλων δημιουργός. εἰ δὲ τὸ Παλαμικὸν φῶς, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, ταῦτα πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, τούτῳ μάλιστα καὶ τὴν προσκύνησιν καὶ τὴν λατρείαν ἀπονέμειν ἀνάγκη, καὶ οὐκ ἐκείνῃ.

Ἔτι κατὰ τρεῖς τρόπους οἱ ἄνθρωποι τῷ Θείῳ προσανέχειν ἀναγκάζονται· ἔκ τε τῶν παρελθόντων, ὅτι δημιουργός· ἔκ τε τῶν ἐνεστώτων, ὅτι σωτήρ· ἔκ τε τῶν μελλόντων, ὅτι τὸ φοβερὸς διὰ τὴν δικαιοσύνην· καὶ ὅτι τέλος αὐτὸς τῶν ἐφετῶν· εἰ τοίνυν ὥς φησι Παλαμᾶς, ἀνέπαφός ἐστι τούτων ἡ θεία οὐσία, οὐδὲ ταύτῃ προσανέχειν ἀνάγκη.

Ἔτι, εἰ τὸ Παλαμικὸν φῶς, καὶ ὅπερ αὐτὸς ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τῶν σπλάγχνων συνιστάμενον καθορᾷ, τοῦτό ἐστι τῶν ἐφετῶν τὸ ἔσχατον καὶ ὁ πᾶς τῆς μακαριότητος λόγος, ἀπελήλαται τοῦ μέσου καθάπαξ καὶ θεία οὐσία, καὶ πᾶν ὁποιοῦν ἕτερον περὶ ταύτης ἡμῖν πιστευόμενον, μόνον δ' ἐκεῖνο Θεός. ἄλογον γὰρ, τοῦ ἐσχάτου καὶ τελευταίου τῶν ἀγαθῶν, ἐσχατώτερον ζητεῖν. ὀρθῶς ἄρα καὶ ἡμεῖς ἐλέγομεν, ταύτην ἀκριβῶς εἶναι τὴν ἀποστασίαν, ἣν ὁ μακάριος εἴρηκε Παῦλος ἐν ἐσχάτοις παρρησιάσασθαι καιροῖς.

A rum univerſitatis arbitrum ac gubernatorem eſſe.

Præterea, ſi omnis cultus & adoratio, Naturæ trinè ſubſiſtenti à nobis defertur, ut qua omnium ſalus ſit ac creatio, quemadmodum aiunt, *Increata Natura, quæ univerſorum creatrix es.* Siquidem igitur, Palamicum Lumen cuncta hæc præſtat ac operatur, huic maximè adorationem cultumque tribuamus neceſſe eſt, non illi.

Ad hæc homines tribus modis neceſſe habent ut animum Deo adhibeant; ex præteritis, quod rerum conditor ſit: ex præſentibus, quod ſervator ſit; exque futuris, quod propter juſtitiam tremendus ſit; quodque item finis appetibilium ſit: ſi quidem igitur, ut auctor eſt Palamas, divina ſubſtantia hæc B non attingat ab eiſque immunis ſit, nec illi animum adhibere neceſſe ſit.

Præterea ſi Palamicum Lumen, quodque ille intra extraque viſcera conſiſtens videt, hoc ſcilicet ſupremum appetibilium eſt totaque beatitatis ratio, ſublata ſemel è medio eſt tum divina Eſſentia, tum quicquid aliud de illa à nobis creditur, nec præter illud ullus alius Deus eſt. Abſurdum namque eſt, eo, quod ſupremum extremumque bonorum eſt, ulterius aliquid quærere. Rectè igitur nos quoque dicebamus, Eſſe hanc verè defectionem, quam dixit beatus Paulus 2. Theſſ. 2. 3. in noviſſimis temporibus eſſe inolituram.

# ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΤΩΝ ΠΑΛΑΜΙΚΩΝ ΠΑΡΑΒΑΣΕΩΝ.

Ὅτι παρὰ πᾶσαν Χριστιανικὴν κατάστασιν, ἡ τῶν Παλαμιτῶν Ἐκκλησία συνέστη· περὶ οὗ ζητεῖται ι.

# PALAMICARUM TRANSGRESSIONUM. SERMO IV.

*PRÆTER OMNEM CHRISTIANITATIS RITUM* ac ordinem, conflatam eſſe Palamitarum Eccleſiam; de quo quæruntur decem.

## ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ

α. Τίς ἐστιν ὁ λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας.

β' Εἰ διὰ τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα πατριαρχεύοντα, ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία λέγεται.

γ. Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ πρὸ τοῦ καὶ

## INDEX CAPITUM.

1. QVænam ratio ſit, ſanctæ Dei Eccleſiæ,

2. Num propter hunc talem ac illum, qui Patriarcha exiſtat, ſancta Dei Eccleſia dicatur.

3. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ & ante-

quam conſtitueretur, à divina ſacraque Synodo abrogata ſit & anathemati ſubjecta.

4. Num ſancta Dei Eccleſia ſit, quæ ob confuſionem ac proditionis mercedem principatum conſtituit.

5. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ ob libertatem juriſque præſumptam licentiam, eum ſibi in Patriarcham præfecit, qui prius canonicis obſtrictus criminibus, omni fuerat ſacerdotio abdicatus.

6. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ, cùm ſit unus grex, duos ſimul Patriarchas, quorum alter alterum dejiciat, invicemque tumultuantes, retineat atque prædicet.

7. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ tot profanas vocum novitates palam ſit profeſſa.

8. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ poſt impiam fidei novationem, eoſdem Sanctorum judices & accuſatores corrogavit.

9. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ varias tentationes longaque exilia & carceres ac cuſtodias adverſus juſtos omnes pioſque decrevit.

10. Num ſancta Dei Eccleſia, quæ tabulas teſtamentorum infringat, virorumque divinorum cadavera, inſepulta projiciat.

---

## Cap. I.

### *QUÆ SIT RATIO SANCTÆ Dei Eccleſiæ.*

Tanta igitur hæreſeon coluvie, talique defectione adorſus Palamas; ac cùm primùm tres quatuorve diſcipulos ſibi adjunxiſſet, atque adeo nonnullis in Monte ſancto obrepſiſſet, hoc nimirum Barlaamo crimini vertens, ac inde dicam ſcribens, tanquam ille, divinas uſquam exhibitas apparitiones, aliaſque aliis beatis viris factas illuſtrationes traduceret, ac Monachorum inſtitutum omne ſtatumque everteret. Hiſque artibus illis ſeductis, ac per ſimplicitatem, ut Tomum illum adverſus pietatem tumultuaria penè opera conflatum, ſubſcriberent, inductis (cui etiam ex loco palam appellationem indidit) ad Magnam deinceps profectus civitatem, ac, quà impietatis ſimul erroriſque libellum oſtendens, quà ſequaces adjunctoſque Monachos impudentiæ garrulitatiſque fomentum exhibens, id planè apud nonnullos Magnatum effecit, quod dicit magnus Apoſtolus. *Erit tempus cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ſecundùm deſideria ſua coacervabunt ſibi magiſtros; quibus aures pruriant. Et à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Neque hos quovis modo ac temere, ſed, ut quis dicat, ad principatum furtim invadendum eumque parandum, longis prius laboribus, ac cunctis quæ placeant, inſtructos.

In Barlaamum calumnia.

Tomus Palamicus & 1 Fides. Sic ferè Hæreticorum origenes.

2. Tim. 4. 3.

A συστῆναι, παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς Συνόδου καθαιρεθεῖσα, καὶ τῷ ἀναθέματι παραπεμφθεῖσα.

δ' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ διὰ σύγχυσιν καὶ μισθὸν προδοσίας τὴν ἀρχὴν συστᾶσα.

ε' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ δι' αὐτονομίαν εἰς Πατριάρχην ἑαυτῆς ἀναδείξασα, τὸν πρότερον ἐπὶ κανονικοῖς ἐγκλήμασι πάσης ἱερωσύνης καθαιρεθέντα.

ϛ' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ μιᾶς ποίμνης κατὰ τὸ αὐτὸ δύο Πατριάρχας ἀντικαθαιροῦντας ἀλλήλους καὶ συστασιάζοντας, παρακατέχουσα καὶ ἀνακηρύττουσα.

ζ' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν ἐκκλησία, ἡ τοσαύτας βεβήλους καινοφωνίας παῤῥησίᾳ ἀνομολογήσασα.

B η' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ μετὰ τὴν ἄθεον καινοτομίαν τῆς πίστεως, τοὺς αὐτοὺς κριτὰς καὶ κατηγόρους τῶν ἁγίων ἐπισωρεύσασα.

θ' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ ποικίλοις πειρασμοῖς καὶ μακρὰς ἐξορίας καὶ κατακλείσεις καὶ φυλακὰς παντὸς καταψηφισαμένη δικαίου καὶ εὐσεβοῦς ἀνδρός.

ι' Εἰ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, ἡ διαθηκῶν κατατολμῶσα, καὶ τῶν θείων ἀνδρῶν νεκροὺς, ἀτάφους ἐῤῥίφθαι παρασκευάζουσα.

---

## ΚΕΦ. α'

### ΤΙ'Σ Ε'ΣΤΙΝ Ο' ΛΟ'ΓΟΣ ΤΗ'Σ τοῦ Θεοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας.

C Μετὰ τοσούτων τοίνυν τῶν αἱρέσεων καὶ τοιαύτης τῆς ἀποστάσεως εἰσπηδήσας ὁ Παλαμᾶς· καὶ τὸ μὲν πρῶτον τρεῖς ἢ τέτταρας ἑαυτῷ μαθητεύσας· ἐνίοις δὲ καὶ τῶν ἐν τῷ Ἱερῷ ὄρει παρυποκλέψας, ἐπιβοώμενος ὡς ἄρα Βαρλαὰμ τὰς ἑκασταχοῦ θεοφανείας, καὶ τὰς ἄλλοτ' ἄλλας πραγματευθείσας τοῖς πώποτε μακαρίοις ἐλλάμψεις, διασύρει, καὶ πᾶσαν ἀνατρέπει μοναχικὴν κατάστασιν· καὶ τούτοις διὰ τούτων ὑποσύρας, καὶ ὑποσημῆναι δι' ἁπλότητος παρασκευάσας τὸν σχεδιασθέντα κατὰ τῆς εὐσεβείας Τόμον ἐκεῖνον· ὃν καὶ ἐκ τοῦ τόπου ἐπωνυμίας σαφῶς ἠξίωσεν· ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὴν Μεγάλην πόλιν ἐλάσας, καὶ τὸ μὲν ὑποδεικνὺς τὸ τῆς ἀσεβείας D ὁμοῦ καὶ ἀπάτης γραμματεῖον· τὸ δὲ τοὺς ἠκολουθηκότας ἀναιδείας ὑπέκκαυμα καὶ ἀδολεσχίας παρεισῶν, ἐκεῖνο περιφανῶς πρὸς ἐνίους τῶν Δυνατῶν ἐξήνυσεν, ὅ φησιν ὁ μέγας Ἀπόστολος. Ἔσται καιρὸς, ὅτε τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας οὐκ ἀνέξονται· ἀλλὰ κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν. καὶ ἀπὸ μὲν τῆς ἀληθείας τὴν ἀκοὴν ἀποστρέψουσι· ἐπὶ δὲ τοὺς μύθους ἐκτραπήσονται. καὶ οὐδὲ τούτοις ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς ἂν ἡμῖν ῥηθείη, πόνοις πρότερον μακροῖς καὶ πᾶσι τοῖς ἀρέσκουσι πρὸς τὴν τῆς ἀρχῆς κλοπὴν καὶ περιποίησιν.

A Τοὺς οὖν οὕτως ἐπιστρατευθέντας ἑαυτοῖς διδασκάλους, τῶν τροπαίων διηνυσμένων, εἰς ἐκκλησίαν καταστήσαντες, καὶ ταύτην τοῦ Θεοῦ ὀνομάσαντες, πάντας ἐλαύνουσιν ἐπὶ τὴν θρησκείαν· Η Ἐκκλησία ταῦτα πρεσβεύει, κεκραγότες. διόπερ καὶ ἡμεῖς τὸν παρόντα συνεστησάμεθα λόγον, παριστῶντες τὰ τῆς ἐκκλησίας ταύτης ὅπως προέβη, καὶ ὡς οὐ δικαίως, οὐδ' ὁσίως τῷ προσρήματι τούτῳ λέγεται.

Προσέχειν δ' ἄξιον, ὡς οὐ κατὰ πάντων ἡμῖν ὁ λόγος προῆκται τῶν νῦν ταύτην συμπληρούντων· ἀλλὰ περὶ μόνων τούτων ταύτην τὴν ἀρχὴν συστησαμένων· εὐαριθμήτων τινῶν ὄντων, καὶ σχεδὸν αὐτῶν τῶν ἡμῖν ἐπὶ μαρτυρίᾳ μνημονευομένων. B οὔτε γὰρ περὶ τῶν τὸν ἀριθμὸν μόνον συμπληρούντων ἀνάγκη λέγειν, οὔτε τινὸς τῶν ἐν ἀξιώμασι διαπρεπόντων, τοῦ καιροῦ τοῦτο καὶ τῆς συνηθείας καταναγκάσαντος· οὔτε μὴν τῶν δημοτικῶν ἀνδρῶν· ἔργον τὸν βίον, καὶ οὐ τὴν τῶν δογμάτων πρόνοιαν ποιουμένων.

Ως ἂν δὲ πρότερον τὸν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ γνῶμεν ὅρον, Αγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἐστὶ κατὰ τὰ θεοπαράδοτα λόγια, Σύναξις ἱερά, οὐ μόνον ἐκ πλειόνων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἐλαττόνων, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον συνελθοῦσα. ὁ γὰρ ἱερὸς ἔφησέ που λόγος, Οπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Ετι, Αγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, θίασος ἱερός, σχοίνισμα κληρονομίας Χριστοῦ· βασίλειον ἱεράτευμα, λαὸς περιούσιος Θεοῦ, ἐπὶ τῇ πέτρᾳ τῶν Ἀποστολικῶν καὶ Πατρικῶν παραδόσεων τεθεμελιωμένη, καὶ μηδέν τι καινοφανὲς ἐπ' ἀναιρέσει τῶν ἐξ ἀρχῆς παραδεχομένη δογμάτων. τὸ μὲν γάρ, ὁ σωτήριος προησφαλίσατο Λόγος, Διδάσκοντες αὐτούς φησι τηρεῖν πάντα, ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· τὸ δ' ὁ θεῖος Ἀπόστολος, Τὰς βεβήλους καινοφωνίας περιΐστασο. καὶ πάλιν, Κἂν Αγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται παρ' ὃ παρελάβετε, κἂν ἐγὼ Παῦλος, ἀνάθεμα ἔστω.

Ετι, Αγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, διδάσκαλος θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· καὶ κατὰ τὸν μὲν Ἀπόστολον, αἰχμαλωτίζουσα πᾶν νόημα εἰς Χριστόν· τουτέστι πρὸς τὰς κοινὰς περὶ Θεοῦ ἐννοίας· κἀκ τούτων, ὡς ὁ θεῖος φησὶ Βασίλειος, ἀρχομένη πάντα ζητεῖν, καὶ πρὸς αὐτὰς πάλιν ἀποκαθιστᾶν πειρᾶσθαι· κἂν γραφικὸν ἐμπέσῃ τι ῥῆμα, ὡς ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ διωρίσατο Σύνοδος, μὴ ἄλλως ἑρμηνεύουσα τοῦτο, ἢ ὡς οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι διὰ τῶν οἰκείων συγγραμμάτων παρέθεντο· ἐν οὐδενὶ παραβαίνουσα τοὺς ἤδη τεθέντας ὅρους, ἢ τὴν ἐκ τῶν Πατέρων παράδοσιν.

Ετι Αγία τοῦ Θεοῦ ἐστιν Ἐκκλησία, σώματος ὁλομέλεια τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ μίαν ἀναγομένη κεφαλήν, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Κυρίου, Καὶ γενήσεται μία ποίμνη· εἷς ποιμήν.

Eos igitur qui ſibi magiſtros ita coacervaſſent, peractis tropæis, in Eccleſia conſtituentes, quam Dei nuncupaſſent, omnes ad cultum ac Religionem cogunt, ita clamantes ac dicentes: *Hæc tenet ac docet Eccleſia.* Quamobrem nos quoque huncce tractatum idcirco compoſuimus, ut hanc Eccleſiam, qua provexerit, ratione oſtendamus, nec juſtè ſanctéque eam ſibi vendicare appellationem, monſtremus.

Id vero obſervemus operæpretium eſt, non in omnes, qui eam nunc complent, nos ſermonem intendere, ſed de illis duntaxat loqui, qui huncce principatum conſtituerunt: pauci ſcilicet homines, ac ii ferè qui nobis inter teſtimonia memorantur. Neque enim opus eſt ut de illis dicamus, qui ſolum numerum complent, nec verò de ullis eorum qui magiſtratibus fulgent, cùm & tempus, & conſuetudo ita cogant: ac neque de popularibus vulgique hominibus: quibus opus, vita eſt; non dogmatum cura ac diligentia. Quæſtiones de fide ad quos movendæ.

Vt autem prius Eccleſiæ Dei rationem ſciamus; Sancta Dei Eccleſia eſt, juxta divinitùs tradita, & à Patribus accepta eloquia, ſacra congregatio, nedum ex pluribus ac beatis viris conſurgens, ſed ex iis etiam, qui minores ſunt, in nomine veri Luminis, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum: dixit enim quodam loco Verbum, *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Quid Eccleſia 1. Ioan. 1. 9. Matth. 18. 20.

Præterea, Sancta Dei Eccleſia eſt, ſacer Conventus, funiculus hæreditatis Chriſti, regale ſacerdotium, populus acquiſitionis Dei, in petra Apoſtolicarum Paternarumque traditionum fundata; nihilque novitatis admittens, ad evertenda quæ à principio ſuſcepit dogmata. Ac partim cavit, monetque ſalutaris Sermo: *Docentes eos,* inquit, *ſervare omnia, quæcunque mandavi vobis;* partim divinus Apoſtolus, *Profanas vocum novitates devita.* Ac rurſus, *Etſi Angelus de cœlo evangelizaverit, præterquam quod accepiſtis, etſi ego* Paulus, *Anathema ſit.* Quid 2. Deut. 32. 9. 1. Petr. 2. 9. Eph. 2. 20. Matt. 28. 20. 1. Tim. 6. 20. Gal. 1. 8.

Ad hæc, Sancta Dei Eccleſia eſt, divinarum humanarumque rerum Magiſtra; &, ut auctor magnus Apoſtolus eſt, *Captivam in Chriſtum ducens omnem cogitationem:* in communes ſcilicet de Deo rationes: atque ex illis, ut ait divinus Baſilius, omnem quæſtionum ducens originem, eóque rurſus referre ſtudens. Quod ſi verbum aliquod Scripturę inciderit, uti ſancta ac univerſalis Synodus Chalcedonenſis ſtatuit, non aliter exponens, quàm Eccleſiæ Lumina ac Magiſtri Libris ſuis ac ſcriptis expoſuerunt: in nullo terminos jam poſitos tranſgrediens, aut à Patribus acceptam traditionem. Quid. 3. 2. Cor. 10. 5. Baſilii de Eccleſia. Synod. Chal.

Poſtremò, Sancta Dei Eccleſia eſt, Chriſti corporis membrorum integritas, ad unum reducta Caput, juxta quod dictum à Domino eſt, *Et erit unum ovile: unus paſtor.* Quid 4. Capitis unitas. Ioan. 10. 16.

Eccleſiæ munera. Gal.5.22. Comes verò neceſſariò eſt, ſic pulchrè ex divinis eloquiis definitæ ſanctæ Dei Eccleſiæ, *fructus Spiritus.* Hic verò eſt auctore D. Apoſtolo, *Charitas, Gaudium, Pax, Lenitas, Benignitas, Bonitas, Fides, Manſuetudo, Continentia. Adverſus iſtiuſmodi non eſt lex*; ut quod ſpi-
1.Cor.2.15. ritales ſint, omnique lege ſuperiores : & ad quos magis ſpectet ut lege ſanciant ac præcipiant, quàm ut legum diſciplina creditis ipſi dirigantur.

A Ἕπεται δὲ ἐξ ἀνάγκης τῇ καλῶς ἐκ τῶν θεουργῶν ὁρισθείσῃ λογίων ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ, ὁ καρπὸς τοῦ Πνεύματος. ὁ δέ ἐστι κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, Ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια. κατὰ τῶν τοιούτων οὐκ ἔστι νόμος· ἅτε πνευματικῶν ὄντων, καὶ νόμου παντὸς ὑπερβεβηκότων· καὶ νομοθετεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς ἐκ τῶν νόμων εὐθύνεσθαι πεπιστευμένων.

---

## Caput II.

### *NVM PROPTER HVNC talem ac illum, qui Patriarchæ exiſtant, ſancta Dei Eccleſia dicitur.*

HIs ita conſtitutis ac explicatis, conſiderare debet omnis Chriſtianus, quænam vocanda ſit ſancta Dei Eccleſia, ac quinam qui in ea fulgeant: non quia quiſpiam arrepto throno, pari ſenſu hominum ſodalitium conflavit, quibus prius hujus illiuſve opinionis auctor extiterit, ejuſcemodi
Quæ non ſancta Dei Eccleſia. 1. exiſtimanda ſancta Dei Eccleſia. Hoc enim dato, à principio videretur & Arianorum congregatio ſancta Dei Eccleſia: itemque Monothelitarum, ac Iconomachorum: cùm multi talium diverſique Sedem arripuerint, atque his, qui nunc emerſerunt, longè plures Synodos conſtituerint; omnemque terrarum orbem malitiæ labe complexi ſint; cùm pauci quidam, ipſique nullo pretio adverſariis habiti reliqui eſſent, qui recta dogmata & intelligerent & docerent.

Quæ non 2. Præterea, juxta eam, quam aſſignavimus, ſanctæ Dei Eccleſiæ rationem, operæpretium eſt ut qui illi præficitur, tum quæ recta ſunt ſentiat, tum & doceat. Sin autem contraria, iis quæ poſita ſunt, via incedat, nec intra ea, quæ definita ſunt, ſeſe contineat, ſic quoque ad eum quod attinet, non eſt ſancta Dei Eccleſia. Igitur ne talis quidem ſacra hoc meritò gaudeat appellatione: ſolumque videtur non talis conventus eſſe.

Quæ non 3. Oſtium gregis. Ad hæc, Oſtium, qui nos præceſſere, nedum rectam de divinis Chriſti dogmatis, ſeriò ſtatuerunt, expoſueruntque vocari ſententiam, ſed etiam qui Eccleſiaſtica conſtitutione & canonico ordine ad divina proceſſus eſt. Qui igitur utrovis horum munere in gregem introducitur, is palam per oſtium
Ioan.10.1. ingreditur, gregique aptatur: qui autem aſcendit aliunde, fur eſt & latro, ut ſacris oraculis proditum eſt.

## ΚΕΦ. β'

### B ΕἸ ΔΙᾺ ΤῸΝ ΔΕῖΝΑ ΚΑῚ τὸν δεῖνα πατριαρχεύοντα, ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία λέγεται.

ΤΟύτων διορισθέντων, σκοπεῖν προσήκει πάντα Χριστιανόν, Τίνα τε δεῖ καλεῖν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, καὶ ὁποίους τοὺς ἐν αὐτῇ διαλάμποντας· καὶ μὴ ὅτι τὶς ὑπελάβετο τοῦ θρόνου, φατρίαν τῶν ὁμογνωμονούντων συστησάμενος, τάδε ἢ τά δε πρότερον φρονεῖν ἀναπείσας, τοὺς τοιούτους εἶναι νομίζειν ἁγίαν τὴν Θεοῦ Ἐκκλησίαν. εἰ γὰρ τοῦτ' ἦν, ἐξ ἀρχῆς ἐδόκει ἂν καὶ ἡ τῶν Ἀρειανῶν συναγωγή, ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· καὶ ἡ τῶν Μονοθελητῶν, καὶ
C ἡ τῶν Εἰκονομάχων· πολλῶν μὲν τοιούτων καὶ διαφόρων ἐπειλημμένων τοῦ θρόνου· μυριοπλασίους δὲ τῶν νῦν ὄντων συνόδους συστησαμένων· πᾶσαν δὲ τὴν οἰκουμένην περιλαβόντων τῇ τῆς κακίας λύμῃ· εὐαριθμήτων δέ τινων, καὶ τοῖς ἀντιθέτοις ἐν οὐδενὶ τεταγμένων τῶν ὑπολελειμμένων, εἰς τὸ τὰ ὀρθὰ καὶ νοεῖν καὶ διδάσκειν δόγματα.

Ἔτι, κατὰ τὸν δοθέντα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας λόγον, δεῖ τὸν ταύτης προϊστάμενον, καὶ φρονεῖν καὶ διδάσκειν ὀρθά· ἂν δὲ τοῖς τεθεῖσιν ἀντιπολιτεύηται, οὐδὲ τοῖς ὁρισθεῖσι περικλείεται, καὶ οὕτω τὸ κατ' αὐτόν, οὐκ ἔστιν ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία. οὔκουν γε οὐδ' ὁ τοιοῦτος προσηκόντως ἂν διακούσειε τῆς ἱερᾶς ταύτης κλήσεως· δοκεῖ δὲ μόνον μὴ τοιοῦτος ὤν.

D Ἔτι, θύραν οἱ πρὸ ἡμῶν μὴ μόνον καλεῖσθαι τὴν τῶν περὶ Χριστοῦ θείων δογμάτων ὀρθὴν ἔννοιαν ἀκριβῶς ἐξέδοντο· ἀλλὰ καὶ τὴν μετ' ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως καὶ κανονικῆς εὐταξίας ἐπὶ τὰ θεῖα πρόσοδον. ὁ τοίνυν δι' ἀμφοτέρων τούτων εἰσαγόμενος ἐπὶ τὸ ποίμνιον, πρόδηλον ὅτι διὰ τῆς θύρας εἰσάγεται, καὶ ποιμήν ἐστιν· ὁ δ' ἄλλοθεν ἀναβαίνων, κλέπτης ἐστὶ καὶ λῃστής, ὡς ὁ ἱερὸς ἔφησε λόγος.

A

Κεφ. γ΄.

## ΕΙ᾽ ΑΓΙ᾽Α ΤΟΥ͂ ΘΕΟΥ͂ Ἐκκλησία, ἡ διὰ σύγχυσιν καὶ μισθὸν προδοσίας τὴν ἀρχὴν συστᾶσα.

Ὅτι δ' ἡ τῶν Παλαμιτῶν φατρία ἀγεννῶς τὴν ἀρχὴν συνέστη, συγχύσεως οὖσα καρπὸς καὶ προδοσίας μισθὸς, ἴσασι πάντες· καὶ μαρτυρεῖ νῦν ἐξαναλωθέντα πράγματα. φαῦλοι γὰρ τὸ πρότερον τὴν μεγάλην περινοστοῦντες πόλιν, διελέγοντο μὲν τοῖς ἐκτὸς ἄρχουσι περὶ προδοσίας· συνηγωνίζοντο δὲ τοῖς ἐντὸς στασιάζουσι, B καὶ πρὸς τοὔργον ἐπέσπευδον. λαμπρὰ δ' ἀνεστακότες τὰ τῆς ἀπιστίας τρόπαια, πείθουσι τὸν βεβασιλευκότα, μισθὸν ἄλλον μηδένα ἐθελῆσαι παρασχεῖν αὐτοῖς τῶν μακρῶν ἐκείνων ἀγώνων, ἀλλ' ἢ μόνον τὴν τῆς καινοτομίας ἀνάρρησιν· λόγοις πρότερον αὐτὸν ἐξαπατήσαντες πιθανοῖς πρὸς ἀσέβειαν. ὁ δὲ προσδαψιλεύεται σὺν τῇ καινοτομίᾳ, καὶ τὴν τῆς ἐκκλησίας προστασίαν· καὶ οὕτω τὸ Παλαμικὸν τὴν ἀρχὴν εἴληφε συνέδριον, ὑπέκκαυμα προδοσίας ὂν καὶ συγχύσεως ἔπαθλον.

Εἰ δὲ καὶ μακρόθεν ἐπισκέπτεσθαι ταῦτα δέοι καὶ καθέκαστον ἐπιζητεῖν, τὴν περὶ ταῦτα συγγραφεῖσαν τῷ μεγάλῳ τῆς ἀληθείας ἀγωνιστῇ C Νικηφόρῳ διέλθοι τὶς βίβλον· καὶ πάντ' ἀκριβῶς εἴσεται, μηδενὸς ἐν ἐκείνοις ἀποδέοντα, τῶν εἰς ἀλήθειαν καὶ κάλλος εὖ ἠσκημένων. οὔκουν γε ἡ ἐκ τοιούτων ἀρχῶν συστᾶσα φατρία, δικαίως ἂν ἁγία τοῦ Θεοῦ καλοῖτο Ἐκκλησία.

Ἔτι, τῆς εἰς τὴν διδασκαλίαν προόδου καὶ ἀρχῆς, τὴν εἰρήνην ὁ Σωτὴρ προέταξε. φήσας γὰρ τὸ πρότερον, Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν, ἔπειτ' ἐπάγει, Καθὼς ἀπέσταλκέ με ὁ Πατὴρ, κἀγὼ πέμπω ὑμᾶς. φανερὸν οὖν, ὡς ἡ τοῦ Σωτῆρος εἰρήνη, πάσης τῆς κατὰ λόγον ἀρχιερωσύνης προηγεῖται. ἀλλ' ἡ τῶν Παλαμιτῶν φατρία, ἐκ τοῦ ἐναντίου τῆς εἰρήνης, στάσεως καὶ ταραχῆς, τὴν ἀρχὴν εἰλήφει· ἐναντίως οὖν τῇ τοῦ Θεοῦ ἁγίᾳ D Ἐκκλησίᾳ τὴν ἀρχὴν συνέστη.

Ἔτι, πᾶσα προδοσία καὶ πονηρία, μέγιστον ὂν ἐν τοῖς δημοσίοις ἀδίκημα, τοῖς νόμοις εἰς χείρους ὑπόκειται ποινάς. παράνομον τοίνυν τὸν οὕτως ὑπεύθυνον ἐπί τι λειτούργημα καλεῖν· πολλῷ μᾶλλον παρανομώτερον ἐγχειρίζειν αὐτῷ τὴν τῶν θείων ἀρχήν.

Ἔτι, δεῖ πάντα τὸν πρὸς ἀρχιερωσύνην καλούμενον, καὶ ψυχῶν προστασίαν, τὴν τοῦ Θεοῦ περιφέρειν ἑαυτῷ μαρτυρίαν· ἡ δ' ἐστὶν, Δίκαιος, ἄμεμπτος, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ. τοὐναντίον δὲ πᾶν οἱ Παλαμῖται συνγνοῖεν ἂν ἑαυτοῖς, εἴ γε ἐθέλουσιν· ἀναξίως ἄρα οὖν καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἔλαχον· καὶ οὐκέτ' ἂν οὗτοι δι-



Cap. III.

## *NUM SANCTA DEI Eccleſia, quæ ob confuſionem ac proditionis mercedem principatum conſtituit.*

QVod autem Palamitarum ſodalitium, degeneri conatu ſenſuque principatum conſtituerit, confuſionis fructus exiſtens ac proditionis merces, noverunt omnes: ac teſtantur, quæ nunc res perditæ ſunt. Mali enim primùm Magnam circumobeuntes civitatem, cum Tribunis qui extra erant, de proditione ſermonem conferebant; ſeditioſiſque intra urbem ſocii accedebant, atque in rem utilem operam eis conferre ſatagebant: Magnificis verò excitatis incredulitatis tropæis, auctores ſunt ei, qui functus imperio erat, ut unam hanc illis longorum laborum, nec verò aliam velit rependere mercedem; ut ſcilicet nova eorum doctrina publicetur; cùm prius ſuaſibilibus verbis ſeductum, ad impietatem traxiſſent. Is verò majore liberalitate ad novationem, etiam Eccleſiæ præfecturam adjunxit; inque eum modum, primùm cœptum eſt Palamicum Concilium, proditionis fomes exiſtens ac confuſionis præmium.

Proditio atque ambitus Palamici ſodalitii initia.

Cantacuzeno.

Sin verò etiam hæc procul conſideranda ſint, ac velit quiſpiam ſingula diſcutere, is verò Librum percurrat, quem magnus veritatis pugil Nicephorus conſcripſit, ex quo exactè omnia noverit, cùm in his, nulli eorum, qui probè veritatem excoluerunt ac ornatè ſcripſerunt, impar videri poſſit. Non igitur, quod talibus conflatum auſpiciis ſodalitium eſt, meritò ſancta Dei Eccleſia vocetur.

Nicephorus Gregoras.

Præterea, ordinandæ doctrinæ ineundoque principatui, Salvator pacem præmiſit. Cùm enim primùm dixiſſet, *Pacem meam do vobis*, poſtea ſubdit, *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos.* Manifeſtum igitur eſt, Salvatoris Pacem, omni meritò præire Sacerdotio. Atqui Palamitarum ſodalitas, contra ac à pace, à ſeditione tumultuque duxit exordium: contrariis ergo Dei Eccleſiæ moribus primò conflata eſt.

Ioan. 14. 27 & 20. 21.

Ad hæc, Omnis proditio ac nequitia, cùm inter maximas Reip. injurias damnaque computetur, graviſſimis etiam Legum pœnis ſubjicitur. Illegitimum itaque, qui ſic reus teneatur, ad ullum vocari miniſterium; longeque magis legibus adverſum, ut divinus illi principatus credatur.

Palamitarum adverſa legibus ordinatio.

Adhuc, Operæpretium eſt, ut quiſquis ad Epiſcopatum Animarumque præfecturam vocatur, Dei in ſe teſtimonium circumferat. Id autem eſt, *Iuſtus, irreprehenſibilis, ab omni ſe malo abſtinens.* Secus verò Palamitæ ſibi conſcii ſint, ſiquidem rectè animo judicare velint. Ergo etiam indigne ſanctam Dei Eccleſiam

Tit. 1. 8.

arripuere: nec jam meritò ſancta Dei Eccleſia vocandi ſint: ſed longè potiori jure à Dei Eccleſia ſegreges & apoſtatæ audierint.

## Cap. IV.

### *NUM SANCTA DEI Eccleſia, quæ priuſquam conflaretur à divina ſanctaque Synodo abjecta eſt & anathemati tradita.*

VT igitur quæ ſic turpiter conflata Sodalitas eſt, nedum quibus ex cauſis conflata ſit, conſiderare velint, quibus ſit conſtitutum, ut ea ſapiant, quæ Chriſti ſunt; ſed ut adhuc majori dedecore habere eam exiſtimaverint, ex his quoque, quæ & ante proditionem, in illos, à verè ſancta Dei Eccleſia geſta ſunt, pœniſque irrogatis, pauca ex ſacris illius commentariis in medium producam.

Ioannes Patriarcha Palamitis infenſus; puto Beccus, non ὁ Γλυκύς. Palamæ ſequaciũque excommunicatio.

Beatæ igitur recordationis magnuſque Patriarcha ac Confeſſor Ioannes, in multis quidem diverſiſque Synodicis ſuis Actionibus, Palamam, ac qui cum illo ſentirent, à divinis excommunicatum ejectumque ſeptis, ſententia lata pronuntiavit. In defenſione autem adverſus Latrocinalem illam Synodum cujus exordium, *Objiciunt quidam*, ut ſuprema Viri memorem rectè facta ac merita, *Palamitas itaque*, inquit, *velut qui veritatem calumnientur eique detrahant, pravèque ac aſtutè prioris Synodi ſententias evertere ſatagant, excommunicationi, quæ eſt à ſancta & conſubſtantiali & beata ac vivifica Trinitate, noſtra Mediocritas ſubjicit diriſque anathematis, quoadusque reſipuerint & ſubſcripſerint, ac confeſſi veritatem fuerint.* Pauciſque interjectis. *Quapropter, Ipſum quoque Palamam & qui cum illo ſentiunt, cunctoſque nova illa dogmata defendentes, nec illa rejicientes, eidem excommunicationi ſubjicimus.*

[Luc. 9. 29.]

[Matth. 17. 2.]

[Ita Maſſaliani, Deū ipſum humana quaſi induſtria à ſe jactant videri.]

[Exod. 34. 29.]

A tus eſt. Videtis Moyſem quoque, cùm aſcendiſſet in montem transformatum eſſe, atque ita Domini gloriam vidiſſe? Verùm paſſus ille eſt Transformationem, non eſt operatus, juxta eum qui ait, *In hoc me modò fert temperatus veritatis fulgor radiuſque, ut Dei ſplendorem tum videam, tum patiar.* Enimvero Dominus noſter Ieſus Chriſtus, illum à ſe ſplendorem habebat. Vnde nec ipſe opus oratione habebat, quo, divina luce corpus ſplendeſceret; ſed oſtendebat unde Sanctis Dei ſplendor accederet, ac qua illis ratione videndus eſſet. Nam & *Iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum;* ſicque toti divina lux effecti, tanquam divinæ Lucis germina, Chriſtum videbunt, qui divina atque arcana ratione lucis fulgoribus præfulſit; cujus ex Deitate claritas naturâ procedens, corporis quoque communis in Thabor monſtrabatur, ob unitatem ac ſingularitatem perſonæ. Sic nimirum & vultus ejus, ejuſcemodi Lucis munere, tanquam ſol ſplenduit. Qui autem inter nos Græcanica eruditione, ac ſæculari profanaque ſapientia gloriantur, nec viris ſpiritalibus in Spiritus doctrinis morem gerere omnino, ſed & rebellare, in animum inducunt, dum Lumen audiunt Dominicæ in monte Transformationis, quod Apoſtoli oculis viderunt, ad lumen ſtatim ſenſile ac creatum devehuntur, in illudque detrahunt, immateriatum illud inocciduumque ac æternum Lumen, quodque nedum ſenſum, ſed & mentis vim omnem excedit; homines ſcilicet in terra verſantes, ac qui ſupra terrena nihil cogitare poſſint. Tametſi is ipſe, qui eo fulſit Lumine, increatum antè oſtendit, quod Dei regnum appellarit. Non enim Dei regnum ſervum eſt & creatum. Solum enim univerſorum nullius imperio mancipabile atque invictum eſt, omneque tempus excedens ac ævum. *Neque fas*, inquit, *eſt, Dei regnum ullis cœptum ſæculis eſſe aut temporibus, aut ab eis attingi.* Hoc nos illorum credimus hæreditatem eſſe, qui ſalute donantur.

Greg. Theol.

Matt. 13. 43.

Inepta rudis hominis doctorum ſugillatio.

Greg. Theol.

Quandoquidem verò etiam Dominus transformatus ſplenduit, illamque claritatem (ſeu majeſtatem) & ſplendorem & lumen oſtendit; rurſuſque venturus eſt, qualis in monte diſcipulis apparuit, ergone Lumen aliquod aſſumpſit & in æternum habiturus eſt, quod prius non haberet? Apage blaſphemiam. Nam qui hoc dicit, tres in Chriſto naturas opinabitur, tum ſcilicet divinam atque humanam, tum & Lucis illius. Non igitur aliam, ſed quam occultè habebat, claritatem, hanc manifeſtavit. Habebat autem ſub carne latentem ſplendorem divinæ naturæ. Ergo divinitatis eſt Lumen illud, & increatum eſt. Quandoquidem etiam ex Theologorum doctrina Chriſtus transformatus eſt, non aſſumendo quod non erat, nec quod in illud immutatus ſit, ſed manifeſtãdo ſuis diſcipulis id quod erat: nempe illorum aperiens oculos, & ex cæcis reddens videntes. Vides, ad illam Lucem quod attinet, cæcos eſſe oculos, qui ex naturæ rationibus vident? Ergo ne illud quidem Lumen ſenſile eſt, neque videntes, ocu-

Ita de ipſa in ſe Deitate Perſoniſq; Non aſſumpſit; ſed aſſumptæ humanitati collatam detexit.

Nugæ.

A ὁρᾶτε ὅτι καὶ Μωυσῆς μετεμορφώθη ἀναβὰς εἰς τὸ ὄρος, καὶ οὕτως εἶδε τὴν δόξαν Κυρίου; ἀλλ' ἔπαθε τὴν μεταμόρφωσιν, οὐκ ἐνήργησε, κατὰ τὸν εἰπόντα, Εἰς τοῦτο με φέρει τὸ μέτριον ἐνταῦθα φέγγος τῆς ἀληθείας, λαμπρότητα Θεοῦ καὶ ἰδεῖν καὶ παθεῖν. ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οἴκοθεν εἶχε τὴν λαμπρότητα ἐκείνην· διὸ οὐδὲ προσευχῆς αὐτὸς ἐδεῖτο θείῳ φωτὶ λαμπρυνούσης τὸ σῶμα· ἀλλ' ὅθεν τοῖς Ἁγίοις ἡ λαμπρότης τοῦ Θεοῦ προσγενήσεται, καὶ ὅπως αὐτοῖς ὀφθήσεται ὑπεδείκνυ. Λάμψουσι γὰρ καὶ οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν· καὶ οὕτω φῶς ὅλοι γεγονότες θεῖον, ὡς θείου Φωτὸς γεννήματα, τὸν θείως καὶ ἀπορρήτως ὑπερλάμποντα ὄψονται B Χριστόν· οὗ ἐκ τῆς θεότητος ἡ δόξα φυσικῶς προϊοῦσα, κοινὴ καὶ τοῦ σώματος ἐν Θαβὼρ ἐδείκνυτο, διὰ τὸ ἑνιαῖον τῆς ὑποστάσεως. οὕτω καὶ διὰ τοιούτου φωτὸς, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος ἔλαμψεν. οἱ δὲ τὸν Ἕλληνα λόγον, καὶ τὴν τοῦ κόσμου τούτου σοφίαν ἐφ' ἡμῖν αὐχοῦντες, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ τῶν τοῦ Πνεύματος λόγων μὴ πειθαρχεῖν ὅλως, ἀλλὰ καὶ ἀνταίρειν προῃρημένοι, Φῶς ἀκούοντες τῆς ἐπ' ὄρους τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως, τὸ τοῖς ἀποστολικοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωραμένον, εἰς τὸ αἰσθητὸν εὐθὺς καὶ κτιστὸν κατάγονται Φῶς, καὶ κατασπῶσιν εἰς τοῦτο, τὸ ἄϋλον καὶ ἀνέσπερον καὶ ἀΐδιον, καὶ μὴ μόνον ὑπὲρ αἴσθησιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ νοῦν ἐκεῖνο Φῶς· αὐτοὶ κάτω κεί- C μενοι, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὰ πρόσγεια νοεῖν δυνάμενοι. καίτοι αὐτὸς ὁ κατὰ τοῦτο λάμψας, ἄκτιστον ὂν προαπέδειξεν αὐτὸ, βασιλείαν τοῦτο καλέσας τοῦ Θεοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, δούλη καὶ κτιστή· μόνη γὰρ πάντων ἀβασίλευτος καὶ ἀήττητος, καὶ χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος ἐπέκεινα· καὶ οὐ θέμις φησὶν ἄρχθαι, ἢ φθάνεσθαι ὑπὸ αἰώνων ἢ χρόνων τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν· ταύτην δέ πιστεύομεν εἶναι τὴν τῶν σωζομένων κληρονομίαν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ μεταμορφωθεὶς ὁ Κύριος ἔλαμψε, καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν λαμπρότητα καὶ τὸ Φῶς ἔδειξεν ἐκεῖνο, καὶ ἥξει πάλιν οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ἄρα προσελάβετό τι φῶς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας ἕξει, ὃ πρότερον οὐκ εἶχεν; ἄπαγε τῆς βλασφημίας. ὁ γὰρ τοῦτο λέγων, τρεῖς φύσεις ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ δοξάσει, τήν τε θείαν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην καὶ τὴν τοῦ φωτὸς ἐκείνου. τοιγαροῦν D οὐχ ἑτέραν, ἀλλ' ἣν εἶχεν ἀφανῶς λαμπρότητα, ταύτην ἐφανέρωσεν. εἶχε δὲ ὑπὸ τὴν σάρκα κεκρυμμένην τὴν λαμπρότητα τῆς φύσεως τῆς θείας. οὐκοῦν τῆς θεότητός ἐστι τὸ Φῶς ἐκεῖνο, καὶ ἄκτιστόν ἐστιν· ἐπεὶ καὶ μετεμορφώθη Χριστὸς κατὰ τοὺς Θεολόγους, οὐχ ὃ οὐκ ἦν προσλαβόμενος, οὐδὲ εἰς ὅπερ οὐκ ἦν μεταβαλλόμενος, ἀλλ' ὅπερ ἦν τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς ἐκφαινόμενος· διανοίγων τούτων τὰ ὄμματα, καὶ ἐκ τυφλῶν ἐργασάμενος βλέποντας. ὁρᾷς ὅτι πρὸς τὸ Φῶς ἐκεῖνο, τυφλοί εἰσιν οἱ κατὰ φύσιν ὁρῶντες ὀφθαλμοί; οὐκοῦν οὐδὲ τὸ Φῶς ἐκεῖνο αἰσθητὸν, οὐδὲ οἱ ὁρῶντες, αἰσθητικοῖς ἁπλῶς ἑώρων ὀφθαλμοῖς,

ἀλλὰ μετασκευασθεῖσι τῇ δυνάμει τοῦ θείου Πνεύματος. ἐνηλλάγησαν οὖν, καὶ οὕτω τὴν ἐναλλαγὴν εἶδον, οὐχ ἣν ἀρτίως, ἀλλ' ἣν ἐξ αὐτῆς τῆς προσλήψεως ἔλαβε τὸ ἡμέτερον φύραμα, θεωθὲν τῇ ἑνώσει τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ. ἐντεῦθεν καὶ ἡ ἐν παρθενίᾳ συλλαβοῦσα τε καὶ τεκοῦσα ξένως, τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθέντα σαρκοφόρον Θεὸν ἐπέγνω· καὶ Συμεὼν, ὡς βρέφος τοῦτον μετὰ χεῖρας λαβών· καὶ ἡ πρεσβῦτις Ἄννα προσυπαντήσασα. διεφαίνετο γὰρ οἷον δι' ὑαλίνων λεπτῶν ὑμένων ἡ θεία δύναμις, διαυγάζουσα τοῖς ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας κεκαθαρμένους. A

B Τί δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀπολαμβάνει τοὺς κορυφαίους καὶ ἀνάγει τούτους, καὶ κατ' ἰδίαν μόνους. ἵνα τι πάντως ὑποδείξῃ μέγα τε καὶ μυστικόν. πῶς οὖν μέγα καὶ μυστικὸν ἡ τοῦ αἰσθητοῦ φωτὸς θέα, ἣν αὐτοί τε οἱ ἐκλεγέντες καὶ πρὶν ἀναχθῆναι, καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ καταλειφθέντες εἶχον. τίς δὲ αὐτοῖς χρεία καὶ Πνεύματος δυνάμεως, καὶ τῆς δι' αὐτῆς προσθήκης ἢ ἐναλλαγῆς ὀμμάτων, πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς ἐκείνου θέαν, εἴπερ αἰσθητόν τε καὶ κτιστόν. πῶς δὲ δόξα καὶ βασιλεία τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος τὸ φῶς τὸ αἰσθητόν. πῶς δὲ ἐν τῇ τοιαύτῃ δόξῃ καὶ βασιλείᾳ κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἥξει ὁ Χριστὸς· ὅτε οὐκ ἀέρος, οὐ φωτὸς, οὐ τόπου χρεία καὶ τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἀντὶ πάντων, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἡμῖν ἔσται ὁ Θεός. εἰ δὲ ἀντὶ πάντων, καὶ ἀντὶ φωτὸς πάντως. ὅθεν δείκνυται πάλιν, καὶ τὸ Φῶς ἐκεῖνο τῆς θεότητος ὄν. ἐπεὶ καὶ ὁ θεολογικώτατος τῶν Εὐαγγελιστῶν Ἰωάννης, διὰ τῆς Ἀποκαλύψεως ἐκφαίνει, ὡς ἡ μέλλουσα καὶ μένουσα ἐκείνη πόλις, οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτήν· καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. ἆρ' οὐ φανερῶς ὑπέδειξεν ἡμῖν κἀκεῖ, τὸν ἐν Θαβωρίῳ νῦν μεταμορφωθέντα θείως Ἰησοῦν; ὃς ἔχει μὲν ὡς λύχνον τὸ σῶμα· ἀντὶ δὲ φωτὸς, τὴν ἐκφανεῖσαν ἐπ' ὄρους τοῖς συναναβᾶσι δόξαν τῆς θεότητος. ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἐνοικούντων τῇ πόλει ἐκείνῃ, ὁ αὐτός φησιν, Ὡς οὐκ ἕξουσι χρείαν φωτὸς λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίσει ἐπ' αὐτούς· καὶ νὺξ οὐκ ἔσται ἔτι. τί οὖν τὸ Φῶς τοῦτο, παρ' ᾧ οὐκ ἔστι παραλλαγὴ ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. τί τὸ ἄτρεπτον καὶ ἀνέσπερον τοῦτο Φῶς· ἆρ' οὐ τῆς θεότητος; ἀλλὰ καὶ ὁ Μωυσῆς καὶ ὁ Ἠλίας, καὶ μάλιστα ὁ Μωυσῆς, ψυχὴ ὑπάρχων οὐκ ἐνσώματος, πῶς ὤφθησαν καὶ ἐδοξάσθησαν δι' αἰσθητοῦ φωτός. καὶ οὗτοι γὰρ ὀφθέντες ἐν δόξῃ τηνικαῦτα, ἔλεγον τὴν ἔξοδον, ἣν ἔμελλε πληροῦν ἐν Ἱερουσαλήμ. πῶς δὲ καὶ ἐπέγνωσαν, οὓς οὔπω πρότερον εἶδον οἱ Ἀπόστολοι, εἰ μὴ τῇ ἀποκαλυπτικῇ δυνάμει τοῦ Φωτὸς ἐκείνου. C D

Ἀλλ' ἵνα μὴ κατατείνωμεν ὑμῶν ἐπὶ πολὺ τὴν διάνοιαν, τὰ μὲν ὑπόλοιπα τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων, ἐπὶ τοῦ καιροῦ ταμιεύσωμεν τῆς πανιέρου καὶ θείας ἱερουργίας· πιστεύοντες δὲ ὡς ἐδιδάχθημεν παρὰ τῶν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ φωτισθέντων, ἅτε μόνων ἀκριβῶς εἰδότων. τὰ γὰρ μυστή-

A lis ſentiendi vi quoquo modo præditis videbant, ſed qui virtute divini Spiritus eſſent immutati. Immutati itaque ſunt, inque eum modum immutationem viderunt, non quam tunc recens, ſed quam ab ipſa aſſumptione noſtra nacta conſperſio ſit, quæ Dei Verbi unione deitate imbuta ſit. Hinc quoque quæ in virginitate inaudita ratione concepit peperitque, ex ſe natum Deum in carne agnovit. Symeon quoque qui eum tanquam infantem in manus ſuſceperit; Anuſq; Anna quæ & ipſa occurrerit. Elucebat enim velut per tenues mẽbranulas vitreas divina Virtus, illis affulgens ac irradians, qui oculos cordis mundos haberent. *Nugæ: cognoverunt fidei lumine & prophetiæ, non viſibili luce.*

B Quid verò etiam cauſæ eſt, cur è reliquorum choro Principes aſſumit, ac ſubducit, eoſque ſeorſum ſolos? Nimirum ut quidpiam magnum inſinuet atque myſticum. Quonam igitur modo magnum ac myſticum ſenſilis lucis conſpectus, cujus ipſi quoque electi, priuſquam ſubducerentur, copiam habebant, ac cum illis qui relicti fuerunt? Quid verò etiam illi opus Spiritus virtute, ac quæ per eam erat, acceſſionis, ſeu oculorum immutationis, ad Lumen illud intuendum, ſi quidem ejuſmodi erat quod ſenſu perciperetur atque creatum exiſtebat? Quomodo autem majeſtas & regnum Patris ac Spiritus, lumen quod ſenſu percipitur? Quo poſtremò modo in ejuſmòdi majeſtate & regno in futuro ſæculo veniet Chriſtus, quando nec aëre ne luce, nec loco opus erit, ſeu aliorum ejus generis; ſed, teſte Apoſtolo, Deus erit nobis pro omnibus? 1.Cor.15.28 Sin autem pro omnibus, omnino etiam pro Lumine. C Vnde rurſus probatur, illud quoque Lumen eſſe deitatis. Nam & Evangeliſtarum Ioannes divina doctiſſimus, per Revelationem oſtendit, Futuram ac manentem illam civitatem, *non habituram opus Sole aut Luna, ut in ea luceant: Claritas enim Dei illuminabit eam; & lucerna ejus eſt Agnus.* Apoc.21.23 Num illic quoque nobis palam Ieſum oſtendit, qui nunc in Thaborio divinè transformatus ſit? qui ut lucernam quidem corpus habeat; Lucis autem loco, quæ in monte, his qui una aſcenderant, diſcipulis claritas Deitatis effulſit. Quin & de civitatis illius incolis ait idem, *Non egebunt lumine lucernæ & lumine Solis, quoniam Dominus Deus illuminabit ſuper illos. Et nox ultra non erit.* Apoc.22.5. Quodnam igitur Lumen, penes quod non eſt immutatio aut viciſſitudinis obumbratio? Iac.1.17. Quodnam illud Lumen invertibile inocciduumque? Nonne Deitatis Lumen? D Sed & Moyſes atque Elias (ac præcipuè Moyſes, qui Anima eſſet, non in corpore ageret) quonam modo viſi ſunt ac clarificati per lumen ſenſibile? Nam hi quoque *viſi* tunc *in majeſtate, dicebant exceſſum, quem completurus erat in Ieruſalem.* Luc.9.31. Quomodo verò etiam agnoverunt Apoſtoli, quos nũquam antè viderant, niſi ejus Luminis occulta detegendi vi?

Enim verò ne veſtrum animum diutius trahamus, reliquas Evangelicas voces, in ſacratiſſimi divinique ſacrificii tempus reſervemus: credentes verò, uti ab eis didicimus, qui à Chriſto illuminati fuere; quippe qui ſoli certò ſciant. Secreta enim mea mihi, meiſ Iſai.24.16.

A que, ait Deus per Prophetam. Rectè igitur, ut docti ſumus, credentes, ac Chriſti Transformationis myſterium intelligentes, procedamus ad ejus Luminis illuſtrationem; pulchritudiniſque claritatis quæ nihil deteritur amore accenſi, mentis oculum à terrenis cogitationibus emundemus; quicquid placet aut pulchrum eſt, contemnentes, quod nihil ſtabile eſt: quod licet dulce videatur, æterni tamen cruciatus paratium eſt; ac licet corporis venuſtati conducat, fœdam nihilominus animæ inducit peccati tunicam: illam
Matt. 22.13 ſcilicet, ob quam ligatis manibus ac pedibus, in ignem illum tenebraſque exteriores ejicitur, qui incorruptæ conjunctionis indumento caret; quibus liberemur omnes illuſtratione & agnitione immateriati æternique Luminis Dominicæ Transformationis, in ejus gloriam, æternique ipſius Patris ac vivifici Spiritus, quorum unus idemque ſplendor & divinitas & claritas & regnum & virtus, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ρειά μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς φησὶ διὰ τοῦ Προφήτου ὁ Θεός. καλῶς οὖν πιστεύοντες ὡς ἐδιδάχθημεν, καὶ τὸ μυστήριον συνιέντες τῆς τοῦ Χριστοῦ Μεταμορφώσεως, ὁδεύσωμεν πρὸς τὴν λάμψιν τοῦ Φωτὸς ἐκείνου· καὶ τοῦ κάλλους ἐρασθέντες τῆς ἀναλλοιώτου δόξης, τὸ ὄμμα τῆς διανοίας τῶν γηΐνων λογισμῶν ἐκκαθαίρωμεν· πᾶν περιφρονοῦντες τερπνὸν καὶ περικαλλὲς, ὃ μὴ μόνιμον· ὃ κἂν ἡδὺ δοκῇ, ἀλλ' ὀδύνην προξενεῖ τὴν αἰώνιον· κἂν ὡραίαν φέρῃ τῷ σώματι, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ περιβάλλει τὸν δυσειδῆ χιτῶνα τῆς ἁμαρτίας· ἐκεῖνον, δι' ὃν δεθεὶς χεῖρας καὶ πόδας, ὁ μὴ τὸ ἔνδυμα τῆς ἀφθάρτου συναφείας ἔχων, εἰς τὸ πῦρ ἐκεῖνο καὶ τὸ σκότος ἐξάγεται τὸ ἐξώτερον· οὗ
B ῥυσθείημεν ἅπαντες, ἐλλάμψει καὶ ἐπιγνώσει τοῦ ἀΰλου καὶ ἀϊδίου Φωτὸς τῆς τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως, εἰς δόξαν αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἀνάρχου αὐτοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, ὧν μία καὶ ἡ αὐτὴ λαμπρότης τε καὶ θεότης καὶ δόξα καὶ βασιλεία καὶ δύναμις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

## *PALAMÆ, TRACTATVS in eandem venerandam Domini Tranſformationem; in quo probatur, quanquam increatum eſt illius diviniſſimum Lumen, haud tamen Dei eſſentiam eſſe.* Orat. II.

## ΤΟΥ͂ ΠΑΛΑΜΑ͂, ΟΜΙΛΙ'Α εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ Κυρίου σεπτὴν Μεταμόρφωσιν, ἐν ᾗ παράστασις, ὡς εἰ καὶ ἄκτιστόν ἐστι τὸ κατ' αὐτὴν θειότατον Φῶς, ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὐσία Θεοῦ. λόγ. β'

C

Iſai.10.23. ESaias Propheta de Evangelio vaticinatus eſt; *Sermonem breviatum dabit Dominus ſuper terram.* Eſt autem conciſus ſermo ac breviatus, qui paucis verbis, multum ſenſus complectitur. Igitur denuo conſideremus, quæ ante nunc conſideravimus, Evangelicorum verborum, ac quæ ſunt reliqua addamus, ſenſuque intemerato qui repoſitus eſt adhuc ſaturemur, ac toti divinum afflatum hauriamus.

Matth 17.1

In illo tempore; *Aſſumit Ieſus Petrus & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos: Et*
2.Cor.6.2. *reſplenduit facies ejus ſicut ſol. Ecce nunc tempus*
D *acceptabile: ecce nunc dies ſalutis*, Fratres; dies divina novaque ac ſempiterna; non inter-
Mal. 4.2. Iac. 1.17. vallis dimenſa, quæ non augeatur ac minuatur; quam nox non interrumpat. Etenim Solis juſtitiæ dies eſt, apud quem non eſt transmutatio nec viciſſitudinis obumbratio. Is, ex qua die, propenſa Patris voluntate ſan-
1. Petr. 2 9. ctique Spiritus cooperatione, ſuper nos clementiſſima bonitate lucens, nos à tenebris in admirabile lumen ſuum eduxit, tempus omne producit ſuper caput lucens, qui ſit Sol occaſum neſciens. Cumque Sol juſtitiæ ſit ac veritatis, non ſuſtinet lucere, & ut exactè illis cognoſcatur, qui mendacium colunt, &

ΗΣαΐας ὁ προφήτης περὶ τοῦ Εὐαγγελίου προηγόρευσεν, Ὅτι λόγον συντετμημένον δώσει Κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. συντετμημένος δέ ἐστι λόγος, ὁ ῥήμασιν ὀλίγοις, πολλὴν διάνοιαν ἐμπεριέχων. οὐκοῦν ἀναθεωρήσωμεν τὰ προτεθεωρημένα σήμερον τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων, καὶ τὰ λείποντα προσθῶμεν, ἵν' ἐμφορηθῶμεν ἔτι τῆς ἐναποκειμένης ἀκηράτου διανοίας, καὶ τῆς θείας ὅλοι κατοχῆς γενώμεθα.

Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ, παραλαμβάνει ὁ Ἰησοῦς τὸν Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, καὶ ἀναφέρει αὐτοὺς εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν. καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον
D αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος. Ἰδοὺ νῦν καιρὸς εὐπρόσδεκτος· ἰδοὺ νῦν ἡμέρα σωτηρίας, ἀδελφοὶ, ἡμέρα θεία καὶ καινὴ καὶ ἀΐδιος· οὐ διαστήμασι μετρουμένη· οὐκ αὐξομένη καὶ μειουμένη· οὐ διακοπτομένη νυκτί. καὶ γὰρ Ἡλίου δικαιοσύνης ἡμέρα ἐστὶ, παρ' ᾧ οὐκ ἔνι παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα. ὃς ἀφ' ἧς εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐφ' ἡμᾶς φιλανθρώπως λάμψας, ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἀπὸ σκότους εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ Φῶς, διατείνει τὸν ἀεὶ χρόνον ὑπὲρ κεφαλῆς λάμπων, ἄδυτος ὑπάρχων Ἥλιος. Ἥλιος δὲ δικαιοσύνης τε καὶ ἀληθείας ὢν, οὐκ ἀνέχεται φαίνειν καὶ ἀκριβῶς ἐπιγινώσκεσθαι, τοῖς τὸ ψεῦδος

δος περιέπουσι, καὶ ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος λαλοῦσιν, ἢ A διὰ ἔργων ἐπιδεικνυμένοις· ἀλλὰ τοῖς ἐργάταις τῆς δικαιοσύνης καὶ τοῖς ἐρασταῖς τῆς ἀληθείας ἐπιφαίνεται καὶ πιστεύεται, καὶ τούτους εὐφραίνει ταῖς λαμπηδόσι. καὶ τοῦτό ἐστιν ὅπερ ἡ γραφὴ λέγει, Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ ἡ τούτου σύζυγος εὐφροσύνη. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς προφήτης ᾄδει πρὸς Θεόν, Θαβὼρ καὶ Ἑρμὼν ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται, τὴν ἐγγινομένην ἐπ' ὄρους ὕστερον ἐκ τῆς ἐλλάμψεως ἐκείνης εὐφροσύνην, τοῖς ἰδοῦσι προγράφων. ὁ δὲ Ἡσαΐας, Λύε φησὶ πάντα σύνδεσμον ἀδικίας· διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων· πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα. εἶτα τί. τότε. Ῥαγήσεται πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ B ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθεν ἡ δικαιοσύνη σου, καὶ ἡ δόξα τοῦ Θεοῦ περιστελεῖ σε. καὶ πάλιν, Ἐὰν ἀνέλῃς ἀπὸ σοῦ σύνδεσμον καὶ χειροτονίαν καὶ ῥῆμα γογγυσμοῦ, καὶ δῷς πεινῶντι ἄρτον ἐκ ψυχῆς σου, καὶ ψυχὴν τεταπεινωμένην ἐμπλήσῃς, τότε ἀνατελεῖ ἐν σκότει τὸ φῶς σου ὡς μεσημβρία. καὶ γὰρ ἄλλους ἡλίους καὶ αὐτοὺς ποιεῖ, οἷς ἂν ὁ Ἥλιος οὗτος ἐμφανῶς ἐπιλάμψοι. λάμψουσι γὰρ καὶ οἱ δίκαιοι ὡς ὁ ἥλιος ἐν βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτῶν.

Ἀποθώμεθα οὖν ἀδελφοὶ τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ φωτός· ἵνα μὴ μόνον ὡς ἐν ἡμέρᾳ τοιαύτῃ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν, ἀλλὰ καὶ ἡμέρας υἱοὶ γενώμεθα. καὶ δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος ἔνθα Χριστὸς ἔλαμψεν, ἵνα τὰ C ἐκεῖ κατίδωμεν. μᾶλλον δὲ τοιούτους ὄντας καὶ τοιαύτης ἡμέρας γεγονότας ἀξίους, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἀναβιβάσει κατὰ καιρόν. νῦν δὲ συντείνατε καὶ ἀνατείνατε τὸ ὄμμα τῆς διανοίας παρακαλῶ, πρὸς τὸ φῶς τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, ὡς ἂν μεταμορφωθῆτε τέως τῇ ἀνακαινίσει τοῦ νοὸς ὑμῶν, καὶ οὕτω τὴν ἄνωθεν θείαν αἴγλην ἐπισπασάμενοι, σύμμορφοι γένησθε τῷ ὁμοιώματι τῆς δόξης Κυρίου, οὗ τὸ πρόσωπον ἐπ' ὄρους ἔλαμψε σήμερον ὡς ὁ ἥλιος. πῶς ὡς ἥλιος; ἦν ὅτε τὸ ἡλιακὸν τοῦτο φῶς, οὐκ ἦν ὡς ἐν σκεύει τῷ δίσκῳ τούτῳ. τὸ μὲν γάρ, πρωτόγονόν ἐστι· τὸν δὲ δίσκον, τῇ τετάρτῃ τῶν ἡμερῶν παρήγαγεν ὁ τὰ πάντα παραγαγών, ἐνάψας αὐτῷ τὸ φῶς, καὶ οὕτως ὑποστήσας ἡμεροποιὸν ἅμα καὶ ἡμεροφανῆ φωστῆρα. οὕτω δὴ καὶ τὸ Φῶς τῆς θεότητος, ἦν ὅτε D οὐκ ἦν ὡς ἐν σκεύει τῷ Χριστοῦ σώματι· τὸ μὲν γὰρ προάναρχόν ἐστι· τὸ δὲ πρόσλημμα, ὃ παρ' ἡμῶν ἀνέλαβεν ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱός, νῦν ὕστερον ὑπὲρ ἡμῶν παρήχθη, τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν ἑαυτῷ λαβόν· καὶ οὕτω θεοποιὸς ἅμα καὶ θεοφεγγὴς ἀναπέφηνε φωστήρ. οὕτως ἔλαμψε τὸ τοῦ Χριστοῦ πρόσωπον ὡς ὁ ἥλιος· τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ, ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. ὁ δὲ Μάρκος φησί, στίλβοντα λευκὰ λίαν ὡς χιών, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι. ἐλαμπρύνθη μὲν οὖν τῷ αὐτῷ φωτί, καὶ τὸ προσκυνητὸν ἐκεῖνο τοῦ Χριστοῦ σῶμα, καὶ τὰ ἱμάτια· ἀλλ' οὐκ ἐπίσης· τὸ μὲν γὰρ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος ἔλαμψε· τὰ δὲ



injuſtitiam in excelſo loquuntur, ſive qui opera jactant; ſed ſe illis conſpicuum facit qui operantur juſtitiam & veritatem amant, ſeque illis credit ac illos fulgoribus recreat. Atque id eſt quod Scriptura loquitur, *Lux orta eſt juſto*; & quæ illi ſocia eſt, *lætitia*. Idcirco etiam Pſalmodus Vates ad Deum canit, *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt*; nempe quæ poſtea in monte facta eſt, ex divina illa illuſtratione, his qui noverunt lætitiam jam prope delineans. Eſaias autem *Solve omnem colligaturam iniquitatis; diſſolve colligationes violentorum contractuum; omnem ſyngrapham injuſtam diſcinde.* Quid inde? *Erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tuæ citò orientur; & anteibit coram te juſtitia tua, & gloria Domini conteget te.* Et rurſus, *Si abſtuleris à te colligationem, & deſieris extendere digitum & verbum murmurationis; & dederis eſurienti panem ex anima tua, & animam humiliatam repleveris, tunc orietur in tenebris lumen tuum ſicut meridies.* Nam & alioqui ſoles quoque ipſos facit, quibus Sol iſte manifeſtè illuxerit. *Fulgebunt enim & Juſti ſicut Sol in regno Patris eorum.*

Pſal. 96.11. Pſal. 88.13. Iſai. 58.6. & 8. Iſai. 58.9. Matt. 13.43 Rom. 13.12.

*Abjiciamus* igitur, Fratres, *opera Tenebrarum; & operemur opera lucis*; ut non ſolùm, velut in tali die, honeſtè ambulemus, ſed ut etiam filii diei efficiamur. Et venite, & aſcendamus in montem, ubi Chriſtus reſplenduit, ut ibi geſta conſpiciamus. Quinimmò qui tales ſimus, & talis diei digni extiterimus, ipſum nos Dei Verbum per tempus ſubducet, & ut aſcendamus præſtabit. Nunc verò contendite, rogo, mentis oculum, & intendite ad Evangelicæ prædicationis lumen, ut hactenus transformemini renovatione mentis veſtræ, atque ita divinum cœlitus fulgorem attrahentes, efficiamini conformes ſimilitudini claritatis Domini, cujus hodie vultus in monte ut Sol reſplenduit. Quomodo ſicut Sol? Erat quandoque, quando ſolaris lux, non erat in diſco hoc velut in vaſe. Nam Lux primigenia eſt; globum autem die quarta produxit, qui omnium auctor eſt ac productor, conjuncta ei luce, qua diei parentem ſimul, ac interdiu lucens ſidus effecit. Sic quoque Lux divinitatis erat aliquando quando in Chriſti corpore tanquam in vaſe non erat. Nam Lux quidem prææterna eſt; quam verò ex nobis Dei Filius maſſam aſſumpſit, poſteà tandem noſtri cauſâ producta eſt. Deitatis in ſe plenitudine recepta, qua deificum ſidus Deique fulgoribus micans effecta eſt. In eum modum *reſplenduit* Chriſti *facies ſicut ſol: veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut lux.* Marcus autem ait, *Splendida & alba valde ſicut nix; qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere.* Eadem itaque luce ſplenduerunt, tum adoranda illa Chriſti facies, tum veſtimenta? haud pari tamen claritate; ſed facies quidem ejus reſplenduit ſicut ſol; veſtimenta autem,

1. Theſſ. 5.5 Eph. 4.23. Phil. 3.21. Mar. 9.3.

ut quæ illius propè corpori adhæſerant, lucida facta ſunt. Ac per hæc oſtendit, quænam ſtolæ gloriæ futuræ ſint, quas induent qui futuro illo ſæculo Deo propinqui erunt; quænam item indumenta immunitatis à peccato, quibus Adamus per tranſgreſſionem exutus, nudus apparuit ac erubuit.

Gen. 3. 7. Innocentiæ orig. veſtis.

Luc. 9. 29. Vulg. & Eraſm. *candidus*; quod magis eſt λαμπρός, excluſumque vult auctor adjuncta particula.

Sanè quidem D. Lucas; *Facta eſt ſpecies ejus alia; & veſtitus ejus albus refulgens*: quæ illic geſta ſunt omnia, nulla comparatione conveſtiens. Marcus verò aſſimilat quidem veſtimenta; dicendo tamen, *Splendida, alba valde ſicut nix*, ſic quoque oſtendit, imagines & exempla à veſtimentorum illorum conſpectu deficere. Nam nix alba quidem eſt, non verò etiam ſplendet, quippe quæ & inæqualem ſemper ſuperficiem habeat, velut quæ tota ex tenuibus quibuſdam flatuoſo ſpiritu extantibus bullis compoſita eſt, ob interceptum commixtumque aërem. Cum enim nubes necdum perfectè conſtiterit, nec interceptum aërem exprimere potuerit, frigoris vehementia concreſcit; inque eum modum per aërem fertur atque volitat, ſpumæ haud abſimilis, tum ſcilicet ratione albedinis, tum & partium inæqualitatis. Tanquam igitur non ſufficeret nivis albedo, ad ejus ſpectaculi dulcedinem exhibendam, unà adjuncta fulgendi notatio eſt. Præterea etiam ut Evangeliſta illis monſtraret fuiſſe eam Lucem aliquid luce ſuperius, per quam ſplendida albaque facta ſunt illa veſtimenta. Non enim lucis eſt, ut quibus ea affuſa ſit, alba faciat ac ſplendida; ſed ut quali colore exiſtant aperiat. Illa verò, ut par eſt obtexit: quinimmò, illa immutavit, quod ejus lucis non eſt, quæ in ſenſum cadit. Quodque adhuc inauditum magis, ubi etiam immutaverat, nihil tunc immutata ea ſervavit, uti brevi pòſt liquebit. Ubi hæc illius ignis, qui humano uſu cognitus ſit? Idcirco Evangeliſta, nedum præcellentem vultus ſplendorem illum atque decorem, ſed & veſtimentorum eximiam gratiam oſtendens ac venuſtatem, illis ſubduxit quæ naturâ decorem habent, ea ratione, qua nivis albedini fulgorem copulavit. Quia verò etiam ars, majoris aliquid pulchritudinis naturę videtur aſciſcere ac adinvenire, his quoque ex arte fucis pulchritudinem illam anteponens; *Qualia*, inquit, *fullo ſuper terram non poteſt alba facere*.

Planè divinius lumen nemo ut inficias eat, ſi creatum erat.

Enimverò, quod propter nos carnem aſſumpſit prææternum Dei Verbum, verè exiſtens Sapientia Patris, & quod verbum Evangelicum in ſeipſo omnino portet, cujus velut veſtitus litera eſt, alba quidem & plana, ſimulque etiam fulgida ac ſplendida, velutque margaritis interlucentibus limpida; quinimmo majeſtate plena, auguſtaque & appoſita his, qui in ſpiritu, ea quæ ſunt Spiritus, videant, ac quæ in litera poſita ſunt voces, divinè & ut Deum deceant, graviterque dilucidant. Iſtiuſmodique oſtendit Evangelicæ prædicationis verba, *Qualia fullo ſuper terram* (nempe ſapiens hujus ſæculi) non poteſt dilucidare. Et quid dico dilucidare ac explana-

Myſteriũ Chriſti veſtium lucebarum & fulgen-

1. Cor. 2. 10

A ἱμάτια ὡς ἐγγίζοντα τῷ σώματι ἐκείνου, φωτεινὰ ἐγένετο. καὶ διὰ τούτων ἔδειξε, τίνες αἱ στολαὶ τῆς δόξης, ἃς ἐνδύσονται κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα οἱ ἐγγίζοντες Θεῷ· καὶ τίνα τὰ ἐνδύματα τῆς ἀναμαρτησίας, ἃ διὰ τὴν παράβασιν ὁ Ἀδὰμ ἀπεκδυσάμενος, γυμνὸς ὡρᾶτο καὶ κατῃσχύνετο.

Λουκᾶς μὲν οὖν ὁ θεῖος, Ἐγένετό φησι τὸ εἶδος αὐτοῦ ἕτερον, καὶ ὁ ἱματισμὸς αὐτοῦ λευκὸς ἐξαστράπτων· τὰ ἐκεῖ τελούμενα πάντα πρὸς οὐδὲν παράδειγμα βλέπων. ὁ δὲ Μάρκος, εἰκονίζει μὲν τὰ ἱμάτια· εἰπὼν δὲ στίλβοντα, λευκὰ λίαν ὡς χιών, ἔδειξε καὶ αὐτὸς τὰς εἰκόνας καὶ τὰ παραδείγματα, καὶ πρὸς τὴν θέαν τῶν ἱματίων ἐκείνων ἀπολειπόμενα. ἡ γὰρ χιών, λευκὴ μέν ἐστιν· B ἀλλ' οὐχὶ καὶ στίλβουσα. καὶ γὰρ ἀνώμαλον ἀεὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἔχει, οἷον ἐκ λεπτῶν τινῶν πομφολύγων συγκειμένη πᾶσα, διὰ τὴν τοῦ ἐνυπάρχοντος ἀέρος μίξιν. μήπω γὰρ συστὰν τελέως τὸ νέφος, μηδὲ τὸν ἐναπειλημμένον ἀέρα δυνηθὲν ἐκθλίψαι, τῷ σφοδρῷ τοῦ κρύους πήγνυται· καὶ οὕτως ἀεροφόρον καταφέρεται, ἀφρῷ παραπλησίως ἔχον, κατὰ τὸ λευκὸν ὁμοῦ τε καὶ ἀνώμαλον. ὡς οὖν μὴ ἀρκοῦντος τοῦ λευκοῦ τῆς χιόνος εἰς παράστασιν τοῦ τερπνοῦ τῆς θέας ἐκείνης, καὶ τὸ στίλβειν συμπαρελήφθη. προσέτι καὶ διὰ τούτων τοῦ Εὐαγγελιστοῦ δεικνύντος, ὑπὲρ φῶς τὸ Φῶς ἐκεῖνο, δι' οὗ λαμπρά τε καὶ λευκὰ τὰ ἱμάτια γέγονεν ἐκεῖνα. οὐ γὰρ φωτὸς τὰ λαμπόμενα λευκά τε καὶ στίλβοντα C ποιεῖν· ἀλλ' ὁποῖα τὴν χροιὰν δεικνύναι. τὸ δ' ὡς ἔοικεν ἐπεκάλυψε· μᾶλλον δὲ ἠλλοίωσεν αὐτά, ὃ φωτὸς οὐκ ἔστιν αἰσθητοῦ. τὸ δ' ἔτι παραδοξότερον, ὅτι καὶ ἀλλοιῶσαν, ἀναλλοίωτα τηνικαῦτα διετήρησεν αὐτά, ὡς μετὰ μικρὸν ἐδείχθη. ποῦ ταῦτα φωτὸς ἡμῖν γνωρίμου. διὰ τοῦτο ὁ Εὐαγγελιστής, οὐ τὴν ὑπερέχουσαν μόνην τοῦ προσώπου λαμπρότητα καὶ καλλονὴν ἐκείνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ὡραιότητα τῶν ἱματίων ὑπερφυᾶ δεικνύς, τῶν μὲν ἐκ φύσεως ὡραίων ὑπεξήγαγε, τῷ λευκῷ τῆς χιόνος τὴν στιλπνότητα συνάψας. ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ τέχνη δοκεῖ τινὰ καλλονὴν προσεφευρίσκειν τῇ φύσει, καὶ τῶν τεχνιτῶν ὡραϊσμῶν ἐκείνην τὴν καλλονὴν ὑπερτιθείς, Οἷα φησὶ γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς οὐ δύναται λευκᾶναι.

D Ἀλλὰ γὰρ ὁ δι' ἡμᾶς σαρκωθεὶς προαιώνιος Λόγος, ἡ ἐνυπόστατος σοφία Πατρός, καὶ τὸν λόγον τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος ἐν ἑαυτῷ φέρει πάντως, οὗ καθάπερ ἱματισμός, τὸ γράμμα ἐστί· λευκὸν μὲν ὂν καὶ σαφές, ἅμα τε καὶ στίλβον καὶ λαμπρὸν καὶ οἷον μαργαρῶδες, μᾶλλον δὲ θεοπρεπὲς καὶ εὔθετον, τοῖς ἐν πνεύματι τὰ τοῦ Πνεύματος ὁρῶσι καὶ διασαφοῦσι τὰς ἐν γράμματι λέξεις θεοπρεπῶς· καὶ τοιαῦτα δείκνυσι τὰ ῥήματα τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος, οἷα γναφεὺς ἐπὶ τῆς γῆς, τουτέστι σοφὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐ δύναται διασαφῆσαι. καὶ τί λέγω διασαφῆσαι. οὐδὲ γὰρ δύναται γνῶναι διασαφοῦντος ἑτέρου. ψυχικὸς

γὰρ ἄνθρωπος, καθάπερ φησὶν ὁ Ἀπόστολος, οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος, οὐδὲ δύναται γνῶναι. διὸ καὶ εἰς αἰσθητὰς παραγνωρίζει, τὰς ὑπὲρ νοῦν καὶ θείας καὶ πνευματικὰς ἐλλάμψεις, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων, εἰκῇ φυσιούμενος ὑπὸ τοῦ νοὸς τῆς σαρκὸς αὐτοῦ.

Ἀλλ' ὁ Πέτρος, τὸ τῆς μακαριωτάτης θείας ἐκείνης καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, καὶ πρὸς ἔρωτα θεῖον καὶ πόθον ἐπαρθεὶς μείζονα, τοῦ Φωτὸς ἐκείνου διαστῆναι μηκέτι θέλων, Καλόν ἐστιν ἡμᾶς ὧδε εἶναι, πρὸς τὸν Κύριον ἔλεγε, καὶ Ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν, καὶ Μωσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγει. οὔπω γὰρ ὁ καιρὸς ἐφειστήκει τῆς ἀποκαταστάσεως. ἀλλὰ καὶ τοῦ καιροῦ ἐπιστάντος, οὐ χειροποιήτων δεησόμεθα σκηνῶν· ἀλλ' οὐδ' ἐξισοῦν ἔδει τῷ Δεσπότῃ τοὺς δούλους, διὰ τῆς τῶν σκηνῶν ὁμοιότητος. ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς ὡς Υἱὸς γνήσιος, ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρός ἐστιν· οἱ δὲ προφῆται, καταλλήλως ὡς υἱοὶ γνήσιοι Ἀβραάμ, ἐν τοῖς κόλποις Ἀβραὰμ οἰκήσουσιν. ὡς οὖν ταῦτα ὁ Πέτρος μὴ εἰδὼς ἔλεγεν, Ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· διακόπτουσα τοὺς Πέτρου λόγους, καὶ δεικνῦσα, τίς ἡ τῷ Χριστῷ πρέπουσα σκηνή.

Ἀλλὰ τίς αὕτη ἡ νεφέλη, καὶ πῶς φωτεινὴ οὖσα, ἐπεσκίασεν αὐτούς; μὴ αὕτη τὸ ἀπρόσιτόν ἐστι Φῶς, ἐν ᾧ ὁ Θεὸς κατοικεῖ, καὶ, Ὁ Φῶς ἀναβάλλεται ὡς ἱμάτιον; Ἔθετο γάρ φησιν ἐν νέφει τὴν ἐπίβασιν αὐτοῦ· Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ. καίτοι καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, μόνος ἔχων ἀθανασίαν, Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον. ὥστε τὸ αὐτὸ Φῶς ἐστιν ἐνταυθοῖ καὶ σκότος, δι' ὑπερέχουσαν φανότητα ἐπισκιάζον. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῖς ἀποστολικοῖς ὀφθαλμοῖς πρότερον ὁρώμενον Φῶς, ἀπρόσιτον ὑπὸ τῶν ἱερῶν Θεολόγων εἶναι μαρτυρεῖται. Σήμερον γάρ φασι, Φωτὸς ἀπροσίτου ἄβυσος σήμερον αἴγλης θείας χύσις ἀπεριόριστος, ἐν Θαβὼρ τῷ ὄρει τοῖς Ἀποστόλοις αὐγάζεται. καὶ ὁ μέγας Διονύσιος, γνόφον εἰπὼν εἶναι τὸ ἀπρόσιτον Φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ Θεὸς λέγεται, Ἐν τούτῳ φησὶ γίνεται πᾶς ὁ Θεὸν γνῶναι καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος.

Non extat hic modulus in officio, quod habemus: nec ſani ſatis videtur ſenſus.

Οὐκοῦν, τὸ αὐτὸ Φῶς ἦν, ὅ τε πρότερον ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου λάμπον ἑώρων οἱ Ἀπόστολοι, καὶ ἡ ἐπισκιάσασα φωτεινὴ νεφέλη μετὰ ταῦτα· ἀλλὰ τότε μὲν ἀμυδρότερον ἐπιλάμπον, παρεῖχε τὸ ὁρᾶν· ἐκφανὲν δὲ πολλῷ πλέον ὕστερον, ἀόρατον αὐτοῖς ὑπῆρχε δι' ὑπερέχουσαν φανότητα· καὶ οὕτω τὴν τοῦ θείου καὶ ἀεννάου Φωτὸς πηγήν, τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐπεσκίασε Χριστόν. ἐπεὶ κἀν τῷ αἰσθητῷ ἡλίῳ, τὸ αὐτὸ Φῶς καὶ τὸ ὁρᾶν παρέχει διὰ τῆς ἀκτῖνος, καὶ ἀφαιρεῖται πάλιν τὸ ὁρᾶν, ὅταν πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἴδῃ τις. ὑπὲρ γὰρ τὴν συμμετρίαν τῶν ἡμετέρων ὀφθαλμῶν ἐστιν ἡ κατ' αὐτὸν λαμπρότης. ἀλλ' ὁ μὲν αἰσθητὸς ἥλιος, ὡς πέφυκεν, ἀλλ' οὐχ ὡς θέλει, φαίνεται, οὐδ' οἷς ἂν ἐθέλῃ μόνοις· ὁ δὲ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς δικαιοσύνης Ἥλιος Χριστός, οὐ φύσιν μόνον



gnoſcere. Vt enim ait Apoſtolus, *Animalis homo non capit quæ ſunt Spiritus, nec poteſt cognoſcere.* (1. Cor.2.14.) Quamobrem etiam velut res ſenſui ſubjectas, ſic quæ mentem ſuperant, divinaſque accipiens illuſtrationes, errore accipit, ſe illis immiſcens quæ non vidit, ac inflatus ſenſu carnis ſuæ. (Col.2.18.)

Verùm Petrus, beatiſſima illa viſione animo colluſtratus, inque divinum amorem majuſque deſiderium elatus, nihil jam amplius ab eo ſejungi Lumine ſuſtinens, *Bonum eſt nos hîc eſſe*, aiebat ad Dominum. (Luc.9.33.) Et, *Faciamus hîc tria tabernacula, Tibi unum, & Moſi unum, & unum Eliæ; neſciens quid diceret.* Nondum enim tempus aderat in integrum reſtitutionis. Quin nec cùm advenerit, opus nobis erit tabernaculis manufactis. At neque ſervi Domino exæquandi erant, paria iis tabernacula erigendo. Nam Chriſtus quidem tanquam verus Filius, in Patris ſinu exiſtit: (Ioan.1.18.) Prophetæ verò, convenienter ut veri Abrahæ filii, in ſinu Abrahæ habitabunt. (Luc.16.22.) Cùm ergo hæc Petrus neſciens loqueretur, *Ecce nubes lucida obumbravit eos*; (Matth.17.5) nempe Petri ſermones interrumpens, ac quodnam Chriſtum tabernaculum deceat, oſtendens.

Verùm quænam hæc nubes & quomodo lucida cùm eſſet obumbravit eos? Num illa Lux eſt inacceſſibilis, in qua Deus habitat (1 Tim.6.16) &, *Amictus Lumine ſicut veſtimento*? *Poſuit* enim inquit, *in nube aſcenſum ſuum; Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu ejus tabernaculum ejus.* (Pſal. 103.2. & 3. Pſal 17.12.) Tametſi, ut loquitur Apoſtolus, *Solus habet immortalitatem, Lucem habitans inacceſſibilem.* (1.Tim.6.16) Quamobrem idem hîc loci eſt Lumen & tenebra, ob excellentem luciditatem umbraculum præſtans. Sed & quod Apoſtolorum oculis prius Lumen conſpectum eſt, inacceſſum eſſe ſacri Theologi teſtantur. *Hodie* namque, aiunt, *Lucis inacceſſæ abyſſus; hodie divini fulgoris incircunſcriptus radius, in Thabor monte Apoſtolis ſplendeſcit.* Magnus quoque Dionyſius, cùm caliginem, Lumen inacceſſum eſſe dixiſſet, in quo Deus inhabitare dicitur, *In hanc*, inquit, *ſubit, quiſquis Deum ſcire ac videre meretur.* (Dionyſ. de Myſt. Theolog.)

Igitur eadem Lux erat, quam prius Apoſtoli è vultu Domini videbant emicare, & quæ poſtea obumbrabat nubes lucida. Sed tunc quidem tenuiori radio videre præbebat; longè verò poſtea clariore micans jubare, inviſibilis eis erat ob excellentem limpiditatem: atque in eum modum divinæ perenniſque Lucis fōtem, Solem juſtitiæ obumbravit Chriſtum. Nam in ipſo hoc cunctorum oculis expoſito Sole, eadem lux tum videre præſtat affuſo radio, tum rurſus viſum adimit, cùm quis oculos in eum ipſum intenderit. Solis enim ſplendor major eſt quàm pro noſtrorum luminum temperatione: verùm Sol quidem ſenſibilis, uti nactus eſt, non ut adlubet, lucet; ac ne quibus duntaxat velit: Sol autem veritatis ac juſtitiæ Chriſtus, qui nedum natura naturalique

ſplendore & claritate, verũ etiam convenienti voluntate prædítus ſit, quibus duntaxat velit, & quantum velit providè ac ſalubriter ſuæ lucis radios affundit. Quamobrem arbitratu ſuo Solis in morem apparuit, viſuſque eſt Apoſtolorum oculis: idque adeo haud procul minorique diſtantia; deinde ſplendidius emicans, ut voluit, ob excellentem claritatem Apoſtolorum oculis inviſibilis fuit, qui in nubem lucidam ingreſſus ſit. Sed, *Et vox de nube facta eſt, Hic eſt Filius dilectus meus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.* In Iordane quidem Domino baptizato, aperti ſunt cœli, eademque vox facta eſt; ex illa planè majeſtate, quam & poſtea Stephanus, apertis ei cœlis, cùm eſſet plenus Spiritu ſancto, intendens oculos, vidit; nunc verò ex nube, quæ Ieſum obumbravit. Hæc igitur eadem eſt cum ſupercœleſti Majeſtate Dei. Qua ergo ratione erit lumen ſenſibile, quod eſt ſupercœleſte? Docebat autem Paterna è nube vox, cuncta illa, quæ ante Domini Deique noſtri ac Salvatoris Ieſu Chriſti adventum extiterunt, ſacrificia, legiſlationes, adoptiones, imperfecta fuiſſe, nec unquam ex primaria Dei voluntate extitiſſe ac peracta eſſe; ſed indulgentius conceſſa, ob futurum hunc Domini adventum ac apparitionem: Hic verò eſt, in quo, ut in Filio chariſſimo, Pater perfectè adlubet & requieſcit, ſibique placet. Quamobrem etiam eum audire, atque ei obſequi jubet. Vnde etſi dicat, *Intrate per anguſtam portam: quia lata & ſpatioſa eſt, quæ ducit ad perditionem; anguſta verò & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam*: ipſum audite. Etſi dixerit, Lumen iſtud eſſe regnum Dei; ipſum audite, ac illi fidem accommodate, taliſque Lucis vos ipſos dignos præſtate.

Luc. 9. 35. Matth. 17. 5. Luc. 3. 22. Matth. 3. 17. Act. 7. 55.

Vidit Stephanus quid corporeum in imaginaria viſione.

Matth. 7. 13. Matt. 16. 28.

Verùm lucida nube emicante, Paternaque voce è nube inſonante, *Ceciderunt*, inquit, *diſcipuli in faciem ſuam.* Non propter vocem, cùm hæc aliàs quoque ſæpe facta ſit, non ſolùm in Iordane, ſed & ſalutari paſſione admovente Ieroſolymis. Domino enim dicente, *Pater! clarifica nomen tuum*; vox de cœlis facta eſt; *Et clarificavi, & iterum clarificabo.* Ac quidem omnis turba vocem audivit, & tamen nemo eorum cecidit. Hîc verò, non ſolùm vox, ſed & Lumen incomprehenſum cum voce emicuit. Idcirco meritò non propter vocem, ſed propter Lucis excellentiam ac eximiam claritatem cecidiſſe in faciem Diſcipulos viri divini agnoverunt. Nam & priuſquam vox ederetur *timore exterriti erant*, ut ait Marcus; planè à divina illa apparitione.

Matth. 17. 6. Ioan. 12. 28. Mar. 9. 5.

Verùm cùm hiſce omnibus, divinum eximiumque ac increatum Lumen illud proditum ſit, quonam ſe rurſus vertunt, quidve comminiſcuntur, qui plus æquo profanæ & animali addicti diſciplinæ, quæ ſunt Spiritus intelligere non poſſunt? Nempe in aliud ſe pronè præcipitium demittunt. Non enim divinam claritatem ac majeſtatem, non Dei

A ἔχων καὶ φυσικὴν λαμπρότητα καὶ δόξαν, ἀλλὰ καὶ θέλησιν κατάλληλον, οἷς ἂν ἐθέλῃ μόνοις, καὶ ἐφ' ὅσον θέλῃ προμηθῶς καὶ σωτηρίως ἐπιλάμπει. διὰ τοῦτο θελήσας, ὡς ἥλιος ἐπέφανε, καὶ ἑωρᾶτο τοῖς τῶν Ἀποστόλων ὀφθαλμοῖς· καὶ ταῦτα οὐκ ἐκ πολλοῦ διαστήματος. εἶτα τηλαυγέστερον λάμψας, ὡς ἠθέλησε, δι' ὑπερέχουσαν φανότητα τοῖς τῶν Ἀποστόλων ὀφθαλμοῖς ἀόρατος ὑπῆρχεν, ὥσπερ εἰς φωτεινὴν νεφέλην εἰσελθών. ἀλλὰ καὶ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης γέγονεν, Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. ἐν μὲν οὖν τῷ Ἰορδάνῃ τοῦ Κυρίου βαπτισθέντος, ἀνεῴχθησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἡ αὐτὴ γέγονε φωνή· ἐκ τῆς δόξης πάντως ἐκείνης, ἣν καὶ ὁ Στέφανος ὕστερον ἀνεῳγμένων αὐτῷ τῶν οὐρανῶν, πλήρης Πνεύματος ἁγίου γεγονὼς, ἀτενίσας εἶδεν· νῦν δὲ ἐκ B τῆς νεφέλης, ἥ τις ἐπεσκίασε τὸν Ἰησοῦν. οὐκοῦν ἡ αὐτή ἐστιν αὕτη, τῇ ὑπερουρανίῳ δόξῃ τοῦ Θεοῦ. πῶς οὖν ἔσται αἰσθητὸν φῶς, τὸ ὑπερουράνιον. ἐδίδαξε δὲ ἡ ἐκ τῆς νεφέλης τοῦ Πατρὸς φωνὴ, ὅτι πάντα ἐκεῖνα τὰ πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ θυσίαι, αἱ νομοθεσίαι, αἱ υἱοθεσίαι, ἀτελῆ τε ἦν, καὶ οὐ κατὰ τὸ προηγούμενον θέλημα τοῦ Θεοῦ ἐγένοντο τότε καὶ ἐτελέσθησαν· ἀλλὰ διὰ τὴν μέλλουσαν ταύτην τὴν τοῦ Κυρίου παρουσίαν καὶ ἐπιφάνειαν συνεχωρεῖτο· οὗτος δέ ἐστιν, ἐν ᾧ ὡς Υἱῷ ἀγαπητῷ εὐδοκεῖ καὶ ἐπαναπαύεται καὶ ἀρέσκεται τελέως ὁ Πατήρ. διὸ καὶ αὐτοῦ ἀκούειν καὶ αὐτῷ πειθαρχεῖν διακελεύεται. κἂν λέγῃ, Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πλατεῖα ἐστὶ καὶ εὐρύχωρος ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν· στενὴ δὲ καὶ τεθλιμμένη ἐστὶν ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπά- C γουσα εἰς τὴν ζωὴν, αὐτοῦ ἀκούετε. κἂν λέγῃ, Τὸ Φῶς τοῦτο βασιλείαν εἶναι τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ ἀκούετε καὶ αὐτῷ πιστεύετε, καὶ τοιούτου Φωτὸς ἀξίους ἑαυτοὺς ποιεῖτε.

Ἀλλὰ τῆς φωτεινῆς νεφέλης ἐκφανείσης, καὶ Πατρικῆς φωνῆς ἐκ τῆς νεφέλης ἠχησάσης, Ἔπεσον φησὶν ἐπὶ πρόσωπον οἱ μαθηταί. οὐ διὰ τὴν φωνὴν, ἐπεὶ καὶ ἄλλοτε πολλάκις αὕτη γέγονεν, οὐκ ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σωτηρίου πάθους προσάγοντος ἐν Ἱεροσολύμοις. τοῦ Κυρίου γὰρ εἰπόντος, Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα, φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν γέγονε, Καὶ ἐδόξασα καὶ πάλιν δοξάσω. καὶ πᾶς μὲν ὁ ὄχλος ἤκουσεν, οὐδεὶς δὲ τούτων ἔπεσεν. ἐνταῦθα δὲ, οὐ φωνὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ Φῶς D ἀχώρητον ἐξεφάνη μετὰ τῆς φωνῆς. τούτου χάριν εἰκότως οὐ διὰ τὴν φωνὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ τοῦ Φωτὸς ἐξηλλαγμένον καὶ ὑπερφυὲς, πεσεῖν ἐπὶ πρόσωπον τοὺς μαθητὰς ἐπέγνωσαν οἱ θεοφόροι. καὶ πρὶν γὰρ ἐνεχθῆναι τὴν φωνὴν, ἔμφοβοι ἦσαν, ὡς ὁ Μάρκος φησὶν, ἀπὸ τῆς θεοφανείας ἐκείνης πάντως.

Ἀλλ' ὅταν διὰ τῶν τοιούτων πάντων, θεῖον καὶ ὑπερφυὲς καὶ ἄκτιστον ἀναφανῇ τὸ Φῶς ἐκεῖνο, τί πάσχουσι πάλιν οἱ τῆς ἔξω καὶ ψυχικῆς παιδείας ὑπὲρ τὸ δέον ἐπειλημμένοι, καὶ μὴ δυνάμενοι γνῶναι τὰ τοῦ Πνεύματος. ἐφ' ἕτερον καταφέρονται κρημνόν. οὐ γὰρ δόξαν θείαν, οὐ Θεοῦ βασιλείαν,

οὐ κάλλος, οὐ χάριν, οὐ λαμπρότητα, καθάπερ παρὰ Θεοῦ καὶ τῶν Θεολόγων ἐδιδάχθημεν, αὐτό φασιν· ἀλλὰ τὴν Οὐσίαν εἶναι διαβεβαιοῦνται τοῦτο τοῦ Θεοῦ, ὃ πρότερον αἰσθητὸν ἔλεγον εἶναι καὶ κτιστόν. ὁ δὲ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, οὐχ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς μόνον κοινὴν εἶναι φησὶ τὴν δόξαν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ὡς ὁ θεῖος συγγραφεὺς Λουκᾶς. Ὃς γὰρ ἂν φησιν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους ἐν τῇ γενεᾷ ταύτῃ, τοῦτον ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. οἱ τοίνυν οὐσίαν εἶναι τὴν δόξαν ταύτην διατεινόμενοι, τὴν αὐτὴν εἶναι φήσουσιν οὐσίαν, τοῦ τε Θεοῦ καὶ τῶν ἀγγέλων, ὅπερ ἐσχάτης ἀσεβείας ἐστίν. οὐχ οἱ ἄγγελοι δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἐν ἀνθρώποις ἅγιοι ταύτης μετέχουσι τῆς δόξης καὶ τῆς βασιλείας. ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μετὰ τοῦ θείου Πνεύματος, φύσει τὴν δόξαν ταύτην καὶ τὴν βασιλείαν ἔχουσιν· οἱ δὲ ἅγιοι ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι, χάριτι ταύτης μετέχουσιν, ἐκεῖθεν δεχόμενοι τὴν ἔλλαμψιν. καὶ ὁ Μωϋσῆς δὲ καὶ ὁ Ἠλίας, ἐν αὐτῇ τῇ δόξῃ σὺν αὐτῷ ὀφθέντες, τοῦτο παρέστησαν ἡμῖν· ὁ δὲ Μωυσῆς οὐ νῦν μόνον ἐπὶ τοῦ Θαβωρείου κοινωνὸς ὢν τῆς θεϊκῆς δόξης ἀνεφάνη, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα τὸ πρόσωπον οὕτως ἐδοξάσθη, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀτενίζειν πρὸς αὐτό. καὶ τοῦτο παρίστησιν ὁ λέγων, Ὅτι τὴν ἀθάνατον τοῦ Πνεύματος δόξαν, ἐν τῷ θνητῷ ὁ Μωϋσῆς ὑπεδέξατο προσώπῳ· καὶ ὁ πρὸς τὸν Εὐνόμιον, ἀμετάδοτον εἰπόντα πρὸς τὸν Υἱὸν τὴν δόξαν τοῦ Παντοκράτορος, ἀντιφθεγξάμενος, Ὡς εἰ καὶ περὶ τοῦ Μωσέως ὁ λόγος ἦν, οὐδ' οὕτως ἦν ἐδεξάμην ἂν τὸν τοιοῦτον λόγον.

Ego deſiderari puto τὸ μετὰ ex ſimili Mar. 8.38 μετὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἁγίων.

Κοινὴ μὲν οὖν καὶ μία ἡ δόξα καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ λαμπρότης αὕτη, τοῦ τε Θεοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ἁγίων. διὸ καὶ ἡ λαμπρότης τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς, ὁ Ψαλμῳδὸς Προφήτης ψάλλει· κοινὴν δὲ καὶ μίαν εἶναι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἁγίων, οὐδεὶς μέχρι καὶ νῦν ἐτόλμησεν εἰπεῖν. καὶ κοινὴ μὲν τῆς τοῦ Λόγου θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς ἐπὶ τοῦ ὄρους ἡ θεία λαμπρότης ἀρτίως ἀνεφάνη· κοινὴν δὲ εἶναι τὴν οὐσίαν τῆς θεότητος καὶ τῆς σαρκὸς, Εὐτυχοῦς ἐστι καὶ Διοσκόρου λέγειν, ἀλλ' οὐ τῶν ἐθελόντων εὐσεβεῖν. καὶ τὴν μὲν δόξαν ταύτην καὶ λαμπρότητα πάντες ὄψονται, ἡνίκα ὁ Κύριος ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν φανεῖται λάμπων· ἑωράκασι δὲ καὶ νῦν, οἱ τῷ Ἰησοῦ συναναβάντες· οὐδεὶς δὲ ἔστη ἐν ὑποστήματι καὶ οὐσίᾳ Θεοῦ, καὶ Θεοῦ φύσιν ἢ εἶδεν ἢ ἐξηγόρευσε. καὶ τὸ μὲν θεῖον φῶς τοῦτο μέτρῳ δίδοται, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπιδέχεται, κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν ὑποδεχομένων ἀμερίστως μεριζόμενον· καὶ ἡ παράστασις ἐγγύς. τὸ μὲν γὰρ πρόσωπον τοῦ Κυρίου, ὑπὲρ ἥλιον ἔλαμψε· τὰ δὲ ἱμάτια, λαμπρὰ γέγονε καὶ λευκὰ ὡσεὶ χιών· καὶ Μωσῆς δὲ καὶ Ἠλίας, ἐν τῇ αὐτῇ ὤφθησαν δόξῃ· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν τηνικαῦτα ὡς ἥλιος ἤστραπτε. καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ μαθηταὶ, τὸ μὲν εἶδον τοῦ φωτὸς ἐκείνου· τὸ δὲ ἀτενίζειν οὐκ ἠδυνήθησαν. μερίζεται μὲν οὖν οὕτω καὶ μερίζεται ἀμερίστως, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπι-



A regnum, non decorem, non gratiam, non ſplendorem, quemadmodum à Deo & à Theologis didicimus, eſſe dicunt; ſed Dei illud Eſſentiam ſtatuunt, quod prius rem ſenſum moventem & creatam dicebant. Deus autem in Evangeliis, nedum ſui ipſius & Patris communem eſſe majeſtatem ait & claritatem, verum etiam ſanctorum Angelorum, ut beatus Lucas conſcripſit. *Qui me* enim, inquit, *erubuerit & meos ſermones in generatione hac, hunc Filius hominis erubeſcet cùm venerit in majeſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum.* Qui itaque hanc majeſtatem ipſam Dei eſſentiam eſſe affirmant, eandem tum Dei tum Angelorum eſſentiam

Ita Leo Allatius in ſuo de Cōſenſu utriuſque Eccleſiæ; quod ſummopere diſplicet.

Luc. 9.26.

B dicturi ſunt, quod extremæ impietatis eſt. Nec ſolùm Angeli, ſed & qui inter homines ſancti ſunt, ejus claritatis ac regni exiſtunt participes. Verùm Pater quidem & Filius cum ſancto Spiritu, eam à natura majeſtatem & regnum habent; ſancti verò Angeli pariter & homines, per gratiam illius exiſtunt participes, qui divinam inde illuſtrationem recipiant. Quin & Moyſes quoque & Elias, in eadem ac ille viſi majeſtate, id nobis manifeſtarunt; Moyſes autem non ſolùm nunc in Thaborio, divinæ conſors claritatis effulſit, ſed & quando vultus ejus clarificatus eſt, ita ut non poſſent filii Iſraël intentis oculis in eum aſpicere. Atque id confirmat, qui ait, *Immortalem Spiritus claritatem, in mortali Moyſes ſuſcepit facie.* Is quoque qui adverſus Eunomium, negantem Omnipotentis majeſtatem cum Filio eſſe communicabilem, reſpondit, *Nec ſi de Moſe ſermo eſſet, vel ſic quidem ejuſmodi doctrinam admitterem.*

Luc. 9.31.

Exod. 34. 29.

Baſil cōtra Eunom.

C

Communis igitur unaque majeſtas eſt & regnum & ſplendor ſeu claritas, tum Dei, tum Sanctorum ejus. Propterea etiam pſallit Pſalmodus Propheta *Et ſplendor Dei noſtri ſuper nos*: communem verò unamque Dei Sanctorumque ſubſtantiam ſeu eſſentiam, nemo hactenus auſus eſt dicere. Ac quidem Verbi Deitatis & carnis in monte divinus ſplendor modò oſtenſus eſt: communem verò Deitatis eſſentiam & carnis, ut dicant, Eutychis eſt & Dioſcori, at non eorum qui piè ſentire ac loqui velint. Atque hanc quidem majeſtatem & claritatem videbunt omnes, cùm Dominus ab Oriente ad Occidentem lucens parebit: quin & nunc quoque viderunt qui unà cum Ieſu montem aſcenderunt; nemo verò ſtetit in ſubſiſtentia & eſſentia

Claritas Dei, ut à Deo quæ eſt in Sanctis: nec ipſa Dei claritas; aut una phyſicè.

Pſal. 89.17.

Ier. 23. 18. Etiam Greg. Orat. 2. de Theol. ſic malè intellexit. Vulg. bene *in conſilio*; quaſi in *ſtatione*; qui uſus τῶν 70. hujus vocis. Inſulſa omnia, aliter intellecta quàm de Dei effectu in creatura.

D Dei; Deique naturam aut vidit, aut enarravit. Ac quidem diuinum iſtud Lumen menſura datur, magiſque ac minus recipit, pro eo ac digni ſunt qui ſuſcipiunt indiviſè diviſum. Atque in promptu probatio eſt: vultus enim Domini ſupra ſolem reſplenduit; veſtimenta verò ſplendida facta ſunt & alba ſicut nix. Quin & Moſes & Elias, in eadem viſi ſunt majeſtate. Nemo tamen horum tunc temporis Solis in morem reſplenduit. Sed & ipſi Diſcipuli, iſtud Lumen partim viderũt, partim in ipſum intendere oculos nequiverũt. In hunc itaque modum menſuratur ac indiviſè dividitur, magiſque ac minus recipit Lumen illud;

1. Cor. 13. 9. ac quidem partim modò, partim poſtea cognoſcitur. Vnde & D. Paulus, *Nunc*, inquit, *ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.* Indiviſa vero omnino & incomprehenſibilis Dei eſſentia; nec ulla ſubſtantiarum eſt, quæ magis minuſque recipiat. Præterea etiam devotorum Meſſalianorum eſt, ut à ſuis qui digni ſint, exiſtiment divinam videri eſſentiam. Nos verò, qui tum veteres, tum hujus nunc ævi Hæreticos vitemus, regnum & majeſtatem & ſplendorem, Lumenque arcanum, & divinam gratiam, non Eſſentiam videre Sanctos credentes, ejuſque conſortes eſſe, ad lucis gratiæ illuſtrationem procedamus; ut, agnoſcamus ac veneremur trinæ Lucis Deitatem ſingularem, nulla vi verborum explicabilem radium jubarque effulgentem, ex natura una trinè ſubſiſtente; mentiſque oculum ad Verbum, quod nunc ſuper cœleſtes axes cum corpore collocatum eſt, intendamus, quod nimirum à dextris majeſtatis divinæ ſedens, velut ex edito hanc ad nos vocem mittit. *Si quis vult huic claritati adſtare, quoad licet imitetur, & incedat, quam in terra viam tenui, ac quam oſtendi diſciplinam.* Aſpiciamus itaque animi oculis magnum illud ſpectaculum; Naturam noſtram æterno fœdere cum Deitatis, qui ſine materia eſt, Igne verſantem; pelliceaſque tunicas, quas ex tranſgreſſione induimus (terrenas ſcilicet carnaleſque cogitationes affectuſque) ponentes, ſtemus in terra ſancta, ſuam quiſque terram, ſanctam virtutis cultu, ſublimique contemplationis conatu exhibentes; quò fiduciam habeamus, in Dei Luce verſantes, ac accurrentes illuminemur, perenneſque illuminati gratias agamus, in laudem ac gloriam trini ſingulariſſimique Splendoris; nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum, Amen.

A δέχεται τὸ φῶς ἐκεῖνο· καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ νῦν, τὸ δ' ὕστερον γνωρίζεται. διὸ καὶ Παῦλος ὁ θεῖος, Νῦν φησιν ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν. ἀμερὴς δὲ ἐστι παντάπασι καὶ ἄληπτος ἡ τοῦ Θεοῦ οὐσία, καὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον οὐδεμία τῶν οὐσιῶν ἐπιδέχεται. ἄλλως τε, καὶ τῶν καταράτων Μεσαλιανῶν ἐστὶν, ὁρᾶσθαι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ τοῖς κατ' αὐτοὺς ἀξίοις. ἡμεῖς δὲ, καὶ τοὺς πάλαι καὶ τοὺς νῦν κακοδόξους ἐκτρεπόμενοι, βασιλείαν καὶ δόξαν καὶ λαμπρότητα καὶ φῶς ἀπόρρητον, καὶ χάριν θείαν, ἀλλ' οὐ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν ὁρᾷν καὶ κοινωνεῖν τοὺς ἁγίους πιστεύοντες, ὡς ἐδιδάχθημεν, ὁδεύσωμεν πρὸς τὴν ἔλλαμψιν τοῦ φωτὸς τῆς χάριτος, ἵν' ἐπιγνῶμεν τε καὶ σεφθῶμεν τρισοφανῆ θεότητα, ἑνιαίαν ἐκλάμπουσαν ἀπόρρητον αἴγλην, ἐκ μιᾶς τρισυποστάτου φύσεως· καὶ τὸ ὄμμα τῆς διανοίας ἀνατείνωμεν πρὸς τὸν μετὰ σώματος νῦν ὑπὲρ
B τὰς οὐρανίας ἀψῖδας ἱδρυμένον Λόγον· ὃς ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθήμενος θεοπρεπῶς, οἷον ἐξ ἀπόπτου φωνὴν ταύτην πρὸς ἡμᾶς ἀφίησιν. Εἴ τις ἐθέλει παραστῆναι τῇ δόξῃ ταύτῃ, μιμείσθω κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, καὶ ὁδευέτω τὴν ἐμὴν ἐπὶ γῆς, ἣν ὁδὸν καὶ πολιτείαν ὑπέδειξα. θεώμεθα τοιγαροῦν τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς τὸ μέγα θέαμα τοῦτο, τὴν ἡμετέραν φύσιν αὔλῳ συνδιαιωνίζουσαν θεότητος πυρί· καὶ τοὺς δερματίνους χιτῶνας, οὓς ἐκ παραβάσεως ἐνδεδύμεθα· τὰ γεώδη καὶ σαρκικὰ φρονήματα, ἀποθέμενοι, στῶμεν ἐν γῇ ἁγίᾳ· τὴν καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος γῆν, ἁγίαν δι' ἀρετῆς καὶ τῆς πρὸς Θεὸν ἀνατάσεως ἀποδείξαντες· ὡς ἂν παῤῥησίαν σχῶμεν, ἐπιδημοῦντες ἐν Φωτὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ φωτισθῶμεν προσδραμόντες, καὶ
C συνδιαιωνίζωμεν φωτιζόμενοι, εἰς δόξαν τῆς τρισηλίου καὶ μοναρχικωτάτης φαιδρότητος· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

## AD MANUELIS CALECÆ ORD. FF. Prædicatorum Librum de Eſſentia & Operatione adverſus Palamitas, Notæ.

IPſius Manuelis Calecæ res, quantas aſſequi liceat, vindicandas, chariſſimo commilitioni; ac utraque palæſtra (Sanctioris ſcilicet inſtituti reique literariæ) ſocio, qui Scriptorum Ordinis Bibliothecam, elogiaque adornet, R. P. Iacobo Quetif, hujus ipſius operis ac molitionis mihi maximè auctori, quaſi ſpecimen quoddam, ejus ipſius quam iiſdem Auctoribus ſua lucubratione allaturus eſt, lucis, relinquo: ipſe ad opus ipſum Calecæ quod ex Regia Biblioth. in manibus eſt, planè eruditum, ac quo nocentiſſimum ſequioris Græci errorem, graviſſimè confutat, ſtylum converto.

Nempe coaluit inter ſimpliciores Monachos, diſciplinarum rudes, velut Theophili, Epiphanii, Hieronymi temporibus, Antropomorphitarum error, ſive etiam Maſſalianorum, qui
D vel humana, vel alia ſenſibili ſpecie Deum eſſe, eaque viris ſpiritalibus in oratione ſe conſpicuum facere, exiſtimarent; ſic paulò ſequiore (Palæologorum circiter) ætate, Palamitarum inſana nimis deliratio, diſtinguentium divinam Virtutem ab ejus Eſſentia; quæ ipſa Deitas ſit & increata, Deoque naturalis, quæ ſe una rebus communicet ac videatur, ipſa penitus incommunicabili Eſſentia ac inviſibili. Quanta denique ex Palamitarum ipſa Synodo, ipſe Calecas recenſet, ſolidéque confutat; ac qui in eadem arena ſtrenuè dimicantes pro veritate ſteterunt, Barlaamus Mo-

nachus, Acindynus, Nipho Hieromonachus, qui & Demetrius Cydonius, Ioannes Cypariſſiotus, dictus ſapiens, cujus extat grande volumen in Chriſtianiſſimi Regis Bibliotheca, hoc argumento, præter illa quæ ejus Latine ſolum vulgata ſunt, extantque Græcè penes R. P. Petrum Poſſinium S. I. Romæ. Aliorum etiam quædam refert Leo Allatius, tum libro de Conſenſu utriuſque Eccleſiæ Græcæ pariter & Latinæ, tum 2. tomo Græciæ ſuæ Orthodoxæ, tum demum in ſuo de Symeonum ſcriptis à me nuper vulgata Diatriba, quæ hîc repetere longum foret, ac actum agere. Non pigebit tamen Ioannis Patriarchæ Conſtantinopolitani Tomum, ipſum breviorem, exſcribere, quo is, ſuccreſcens Palamæ dogma elidit: ac, num eò reſpiciens noſter Calecas, ipſo operis ſui exordio aliter eam Eccleſiam, haud ita pridem ſenſiſſe dicit ac decreviſſe; nec veram proinde Eccleſiam eſſe, quæ ſic fidem mutet. Ioannem ipſum proſcribunt Palamitæ, Tomo illo ſub Cantacuzeno, quem Calecas ac relati alii impugnant. Sic ergo habet. Τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ, καὶ πάντα τὰ ἀσεβῆ αὐτῶν δόγματα· οἰκειότερον δὲ εἰπεῖν, παραληρήματα· τούς τε ἐκδικοῦντας καὶ ἐκλαμβάνοντας καὶ ἐκδεχομένους τὰ ἐν τῷ Τόμῳ κατὰ τὴν αὐτῶν ἐξήγησιν, μᾶλλον δὲ φλυαρίαν, καὶ οὐ καθ' ἔννοιαν θεοπρεπῆ καὶ ὀρθόδοξον, καὶ καθὼς οἱ τῆς ἐκκλησίας φωστῆρες καὶ διδάσκαλοι, οἷς καὶ ἡμεῖς ἑπόμενοι καὶ ἀκολουθοῦντες, τὰ τῶν Ἁγίων ῥητὰ ἐνεγράψαμεν ἐν τῷ Τόμῳ, καὶ πάντας τοὺς δι' αὐτὸ τοῦτο, ἤγουν ὅτι μὴ παραδεχόμεθα τὰ τοιαῦτα αὐτῶν παραληρήματα, ὧν τὰ μὲν ἀπεστάλησαν μὲν παρ' αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων ἐμφανίσθησαν, τολμήσαντας ἀκανονίστως καὶ ἀκρίτως ἀποκόψαι τὸ μνημόσυνόν μου, τῷ ἀπὸ τῆς ζωαρχικῆς καὶ ἁγίας Τριάδος δεσμῷ καθυποβάλλομεν, καὶ τῷ ἀναθέματι παραπέμπομεν. ἡ ὑπογραφή. Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς Πατριάρχης. *Palamum ejuſque ſectatores, & omnia illorum impia dogmata, ſeu verius nugamenta; nec non defenſores, & qui adſtipulentur, recipiuntque quæ in Tomo habentur, ſecundùm eorum expoſitionem, immò vaniloquentiam, & non ſecundùm ſenſum, qui Deum deceat, & orthodoxum, & ut Eccleſiæ Lumina & Magiſtri tradiderunt; quorum nos veſtigiis inſiſtentes & ſententias ſequentes, Sanctorum dicta in Tomo digeſſimus; cunctoſque illos, qui ob eam ipſam rem, quod eorum nugamenta non recipimus, quæ partim ipſi tranſmiſerunt, partim etiam aliorum relatione cognovimus, contra Canones nullaque recti ac æqui libra, mei memoriam exſcindere auſi ſunt, vivificæ ſanctæque Trinitatis ſubjicimus vinculo, ac anathemate ferimus.* Subſcripto. *Ioannes Dei miſericordia Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus novæ Romæ, & Oecumenicus Patriarcha.* Eodem fidei zelo, Ignatius Patriarcha Antiochenus, novam illam hæreſim proſcribit; cujus Tomum, quod paulò prolixior, Allatius non edidit. Contentioni locum dedit Barlaamus Calaber Monachus, vir eruditus, qui, ut ſe Monachorum diſciplinæ tradidit, eorum errores detexit ac traduxit; quibus Palamas Archiepiſcopus Theſſalonicenſis ſe vindicem & auctorem præbuit, Barlaamumque ipſum oppreſſit. Damnato enim procacitatis in ſanctius inſtitutum Barlaamo Monacho, ſuppreſſa de dogmate quæſtio eſt, ne Palamus pravæ ipſe doctrinæ ac hæreticæ damnatus abiret. Vidend. Gregor. l. 2. Cantacuz. l. 2. Hiſtor. & in Procemio ſuarum Contradictionum, adverſus Hieromonachum Prochorum Cydonium, Demetrii fratrem, de Lumine Thaborio.

Sic putida viſa ſunt nonnulla Palamæ dogmata ac nugamenta, ut ſequaces poſtmodum conati ſint aut illius negare aut ſubtegere: cujus rei præter noſtrum Calecam, locuplex teſtis Ioan. Cypariſſ. l. 1. c. 2. à me productus. Poſt Palamam hæreſis Antiſtites fuere, Iſidorus, quem Tomi auctorem teſtatur Cypariſſ. etſi ille Calliſto ſucceſſore promulgatus eſt: Coccinuſque & Nilus. Quodque Thaborium Lumen illuſtre exemplum viſum eſt Palamitis, ſic diſtinctæ Virtutis ab Eſſentia, quæ ipſis corporeis oculis viſa ſit & divinitas, occulta Eſſentia, eoque argumento duplicem dogmaticum ſermonem edidit Palamas, libuit hîc repræſentare, quaſi ad ſpecimen doctrinæ ac ſectæ. Noſtri Dei effectum ordinis ſuperioris (ſpeciem ſcilicet glorioſam & δόξαν, in qua Deus videri cenſeatur, intimo quodam ejus præſentiæ ſenſu guſtuque) exiſtimant, qualem mortali præſertim corpore, Dei munere nanciſci licet: non ut illa claritas & fulgor ſit ipſa Dei Eſſentia & Divinitas increata, in quam ſententiam adduci ſe paſſus eſt Leo Allat. l. de Conſenſu utriuſque Eccleſiæ: cujus tamen incommodi defugiendi cauſa, Palamitæ ſuam hanc diſtinctionem Virtutis & Eſſentiæ commenti ſunt, ut auctor eſt noſter Calecas, & ne Maſſaliani audirent, ipſam Dei Eſſentiam videri exiſtimantes in divinis apparitionibus.

Præter Palamam, alius Theologus eſt illo ſenior, Symeon Abbas ſancti Mamantis in Xerocerco, dictus ſuis Iunior Theologus: cujus Vita fuſiſſime ſcripta Niceta Sthetate auctore, extat in Cod. Card. Maz. nunc Regio: fuique auctor Henſchenio & Papebr. S. I. ne Vitis Sanctorum in ſuo Martio. infererent, qua ſuſpicione laborat, & tanquam is fuerit fons omnis Palamici erroris. Eram tamen hîc repræſentaturus, niſi moles obſiſteret, ipſeque ſumptibus parcens Typographus ac Bibliopola intercederet. Libet interim ejus hîc, atque doctrinæ, majorem notitiam, Lector, præbere, quam ulli noſtrûm hactenus habuerint: ſpecimen quoque ex verbis ejus apponere, unde vel tueri ut orthodoxum virumque pium ac eximiè ſpiritalem proclive ſit, vel etiam ut hominem ſeductum nec ſanæ mentis proſcribere. Pontani conjectura in Viri ætate, cauſa carceris, ejuſque aliis non ſatis felix, quibus quædam illius Latinè vulgavit ex Codicibus Bavaricis. Leo Allatius ex Vitæ auctore Sthetato (nos Pectoratum dicimus) quem liquet adverſus Latinos cum Michaële Cerulario plurimum decertaſſe, ac Cerularii partes foviſſe, ejus propius ætatem venatus eſt: cauſam tamen carceris, quod eum monumenta defecerint, nec ipſe aſſequi potuit; divinanſque, nigriore forſitan calculo viri memoriam notavit. Ex Vita itaque hæc ſumma habeto.

Fuit Symeon Paphlago, oppido Galata (ſic dicto) ingenuis parentibus, Baſilio & Theophanone natus; Baſilio & Conſtantino Porphyrogennitis; patruo in Aula potente & à ſacro Cubiculo, ipſequoque Sphatarocubicularii munere inter Senatores merens, etſi ætate juvenis,

Patruo brevi extincto, Symeonis Studitæ dicti Venerabilis conſilio atque opera (quem perpetuo Magiſtrum ac Patrem ſpiritalem vocat) ſervientis habitu in Studiano Monaſterio tyronem induit, ſubque illo exercuit. Eximiæ ſanctitatis ipſa exordia: iis Monachorum alii delectati, alii offenſi. Præpoſitus à ſeveriore diſciplina conatus avocare; cùm non pareret, è Monaſterio ejicit. Symeon Venerabilis Antonio ſancti Mamantis in Xerocerco Præpoſito commendat, ejuſque in illo curam gerit, monaſtico habitu induit, ſanctioribus documentis communit. Hìc ille divinis recreatur viſionibus, altiore contemplatione Deo conjungitur: cibus quotidianus, ὁ ζωοποιὸς ἄρτος καὶ τὸ αἷμα τὸ τίμιον τοῦ Χριστοῦ: *Panis vivificus & Chriſti pretioſus ſanguis: herbæ & legumina, quibus ſolis vitam ſuſtentabat exceptis diebus Dominicis.* Arctiſſima ſolitudo, Orationis juge ſtudium, Scripturæ ſedula lectio, B ac Vitarum Monachorum, qui ſuperiore ævo ſanctitate claruiſſent: diei omnis accuratiſſima exercitatio; ad ſacram Communionem inaudita præparatio. Dierum Quadrageſimæ, exceptis Sabbato & Dominica, inedia.

Defuncto Antonio, ſancti Mamantis Monaſterio præficitur ac Sacerdos ordinatur à Nicolao Chryſoberge Patriarcha: Spiritus ſancti, immenſi luminis ſpecie, deſcenſus in caput ordinati: viſio eidem familiaris inter rem ſacram per annos quadraginta octo ſui Sacerdotii, καθὼς αὐτὸς πρός τινα, ὡς περὶ ἄλλου τινὸς ἔλεγεν ἑαυτὸν ὑποκρύπτων· καὶ γέγραπται ἐν τοῖς αὐτοῦ ἀποφθέγμασι, *ut ipſe ad quendam tanquam de alio quodam narrabat, ſeipſum tantiſper occultans; habeturque ſcriptum inter ejus Apophtegmata.* Sic Nilus ad ipſum Chryſoſtomum refert, quod ille velut de alio loquitur, cernente locum altaris plenum cœleſtibus Poteſtatibus ſub ipſum ſacrificii tempus. Porro ſenſibilis hic Spiritus adventus ac viſio, etſi res inſolita eſt, videaturque ad Maſſalianos nonnihil inclinare, qui ſic divinas quaſi juges viſiones jactarent; non deſunt tamen etiam inter Catholicos ſimilia exempla; in Baſilio & Chryſoſt. alioque Epiſcopo, cujus jam non occurrit nomen, Agathone Pontifice: qui omnes, Miniſtri laſcivia, ſolita hac viſione eiſque familiari quandoque privati leguntur, ac donec illa fuit coërcita. Putabant illi, non ipſum ſe Spiritum videre, quod Maſſalianorum hæreſis ſit, ſed ſignum ſenſibile ejus præſentiæ, ſive illud lumen, ſive quodlibet aliud dicere neceſſe eſt.

Sacerdotalis muneris ingens exiſtimatio, Πολλάκις ἐρωτώμενος παρά τινων, ὁποῖος εἶναι ὀφείλει ὁ ἱερεύς, μόλις μετὰ κατανύξεως ἀπεκρίνατο στένων, Οἴμοι ἀδελφοί· τί με περὶ τοιούτων ἐρωτᾶτε. καὶ τὸ πρᾶγμα ἐστὶ φρικτὸν καὶ νοούμενον. ἐγὼ μὲν ἱερεύς, οὐδαμῶς εἰμι ἄξιος, τὸ φρικτὸν τῆς ἱερᾶς ἐννοῶν ἀξίας· πλὴν ὅμως ἀσφαλῶς ὁ ταπεινὸς οἶδα, ποταπὸς ὀφείλει εἶναι ὁ ἱερεύς. πρῶτον μὲν ἁγνὸς, οὐ τῷ σώματι μόνον, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πάσης ἁμαρτίας ἀμέτοχος· καὶ τῷ μὲν ἔξωθεν ἤθει, ταπεινός· τῷ δὲ ἔνδοθεν καταστήματι, συντετριμμένος. ὅταν δὲ τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ παρίσταται, νοερῶς μὲν τὴν θεότητα· αἰσθητῶς δὲ, τὰ προκείμενα δῶρα ὀφείλει ὁρᾶν, καὶ αὐτὸν τὸν ἐν τοῖς δώροις ἀοράτως παρόντα, γνωστῶς κεκτῆσθαι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἵνα μετὰ παῤῥησίας δύναται τὰς ἱκετηρίας προσφέρειν, καὶ ὡς φίλος φίλῳ διαλέγεσθαι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, καὶ ἀκατακρίτως λέγειν, Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὡς τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ φύσει ὄντα Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἔχων οἰκοῦντα ἐν ἑαυτῷ, διὰ τοῦ οἰκοῦντος ἁγίου Πνεύματος ἐν ἑαυτῷ. *Sæpius rogatus, qualis debeat eſſe Sacerdos, vix tandem compuncto animo gemens reſpondit; Heu me! fratres; Quid me de iſtiuſmodi interrogatis? Res eſt tremenda, vel ipſo cogitatu. Sanè ego haudquaquam dignus Sacerdos ſum; dum ſacri muneris ac dignitatis tremendum faſtigium reputo: certò tamen humilis ego novi, qualis debeat eſſe Sacerdos. Primum quidem caſtus, non ſolum corpore, verùm potiori longe ratione etiam animo ac mente: ac exteriori quidem compoſitione atque indole, humilis; animi autem ac interiori ſtatu ſenſuque compunctus. Cùm verò ſacræ menſæ aſſiſtit, mente quidem Deitatem, ſenſu verò, propoſita dona contueri debet, ipſumque inaſpectabili ratione in donis præſentem, ſcientiæ munere altaque contemplatione in corde ſuo poſſidere, ut cum fiducia liceat ſupplicationes offerre, ac ſicut amicus amico loquitur, cum Deo ſermonem conferre, nulloque judicii reatu dicere,* Pater noſter, qui es in cœlis, *ut qui verum Deum & natura Dei Filium, in ſe habitantem, per Spiritus in ipſo habitantis præſentiam habeat.* Deterret ſeriò ab ejus ordinis ambitu: Angelico penè vultu ipſe celebrans, & in quem aſtantes vix poſſent aſpicere. Viſa ſæpius nubes lucida quæ totum obtegeret ſtantem in Bemate.

Inſtauratum ab eo ſancti Mamantis, cui præerat, Monaſterium; auctus illi Monachorum grex: Viſione nubis lucidæ alta quædam conceſſa ſapientia, doctuſque ξένα τινὰ καὶ κεκρυμμένα μυστήρια. Quamobrem ex eo tempore, οὐκ εἶχεν αὐτὸς ἑαυτὸν, ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις ὅλον αὐτὸν πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπάσασα· τὴν μὲν γλῶτταν αὐτοῦ, κάλαμον ὀξυγράφου· τὴν δὲ διάνοιαν, πηγὴν σοφίας Θεοῦ ἀπειργάσατο. διὰ τοῦτο καὶ ἀμαθὴς ὢν πάντη τῶν θύραθεν μαθημάτων, ὡς ὁ Ἠγαπημένος, ἐθεολόγει, καὶ τὰ τῆς θεολογίας ὅλας νύκτας ἀνετάττετο. C *Ipſe ſeipſum non habebat; ſed Dei gratia ad ſe totum trahente, lingua quidem calamus ſcribæ velociter ſcribentis; mens verò, fons Dei ſapientiæ effecta erat. Idcirco etiam, licet omnium prorſus ex ſæculi uſu diſciplinarum rudis, perinde ac dilectus ille Diſcipulus, quæ divinæ ſcientiæ ſunt, edebat, totaſque noctes theologica inſtruebat.* Hæc tantarum Symeonis Lucubrationum origo. Hinc Θεοδίδακτος repente Magiſter ac ſcriptor Symeon evaſit: quanquam nihil vetat, vel ſi à Deo dederimus hanc viſionem, eaque affuſam ſapientiam, aliquid ex genio ipſum addidiſſe, uti ferè in Bernardo, noſtroque Alberto, ſic divinitus auctis ſcientia, quorum tamen omnia non probantur.

Hinc crebræ Symeonis ad ſuos Catecheſes ſeu Paræneſes, Studianorum ferè Monachorum ritu; atque in eis magni præſertim Confeſſoris Theo- D dori, quo vel maximè Antiſtite duceque Monaſticæ exercitationis, Symeon gloriabatur. Eorum pertæſa Monachorum, ſub eo merentium pars (triginta circiter Monachi) diſciſſis palliis una coitione vix non violentas injicientes manus, enectoque Paſtore, effractis Monaſterii foribus, tumultu in Patriarchium irrumpunt, querelas effundunt. Audita Symeonis ſatisfactione, ejuſque ad ſuos probata Paræneſi, damnati exilio à Patriarcha proterui Monachi; vixque Symeonis rogatu permiſſi in Vrbe manere, Monaſterio tamen excluſi. Symeon ſic per Vrbem diſperſos ſingulos adiens demulcere, ad

ſeque revocare; brevique tanta illa humanitate ac ſedulitate, ad officium caulamque univerſos cogit. ἐν ὀλίγῳ πάντας συνήγαγεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ τὴν ἰδίαν αὖθις αὐλὴν τοῖς ἡμέροις, καὶ πρὸ βραχέος ἀγριωθεῖσι προβάτοις ἐγέμισεν. *Brevi tempore bonus Paſtor cunctos congregavit, ſuamque rurſus caulam manſuetis ovibus, paulò antè efferis, implevit.* Hoc ſequentium Symeonis turbarum ac tentationum rudimentum, nec diſpar admodum cauſa: improbata nimirum ejus vel diſciplinæ vel doctrinæ quædam capita. Vitæ Auctor unam arceſſit Stephani Syncelli in eum invidiam; de quo poſtea.

Diſcipuli ſanctitate ac moribus celebres; Arſenius ipſe Paphlago, Eunuchus, quem & abdicata demum præfectura, ſui loco Paſtorem voluit. Viri inſtitutio; fervoris coërcita nimia vis; inſinuata diſcretio ciborumque indulgentia, cùm ita poſcat neceſſitas corporis. Hierotheus ex Epiſcopo Monachus Symeonis diſcipulus. Abdicata Sedes dignitaſque Epiſcopalis, nepotis ex improviſo, caſuque homicidio. Adita primùm Roma pœnitentiæ cauſa; tum Conſtantinopolis ipſa nova Roma. Satis enim per ea tempora utrique Eccleſiæ conveniebat, ſopito interim Photiano ſchiſmate, necdumque Cerularii turbulentiſſimi hominis artibus ac fraude inſtaurato. Hactenus enim, ut etiam auctor eſt Michaël Pſellus in Oratione, ejus pro funere Laudatoria, deceſſores mitius cum Latinis egerant, ac ferè ἀδιάφορον, quicquid alterutri ſentirent, integra Eccleſiarum communione, habuerant: quod nimirum eandem utroſque fidem aliis aliiſque verbis profiteri ſentiebant: etſi non deerant qui Latinos roderent, erroriſque inſimularent ac traducerent. Sic ergo Auctor de Epiſcopo, quem πάνυ θεοφιλῆ τὸν τρόπον, καὶ τὸν βίον μετὰ τοῦ λόγου καθαρὸν καὶ ἐνάρετον· *moribus religioſiſſimum, vitaque cum doctrina ac eloquio clarum ſtudioſumque*, dixerat; quem & ab homicidio vix à ſe avelli ejus paſſus eſſet Clerus, ſic ille dignè Paſtoris partes implebat: Διαδραμὼν οὖν τὸ τοσοῦτον δρόμον πεζῇ τῆς μακρᾶς ἐκείνης ὁδοῦ ὁ Ἐπίσκοπος μετὰ κοπετῶν καὶ δακρύων, καὶ τὴν Ῥώμην καταλαβὼν, ὑπὸ τοῦ δούλου ἐν ἁλύσει ἑλκόμενος, ἐξομολογεῖται τὸ πταῖσμα τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς ἐν Ῥώμῃ Ἀρχιερεῦσι, θρήνοις καὶ οἰμωγαῖς τὴν φωνὴν τῆς ἐξομολογήσεως ἐγκοπτόμενος. τὴν ἄπειρον οὖν συντριβὴν εἰδότες τοῦ Ἐπισκόπου, καὶ τὴν ἐν πένθει τούτου διάνοιαν, οὐ μόνον συγγνώμην ταχεῖαν τῷ πάθει διδοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μυρίαις παρακλήσεσι τὸ κατώδυνον παρακαλοῦσιν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. ἀλλὰ τῷ περικαρδίῳ κρατούμενος ὁ Ἐπίσκοπος πόνῳ, ἀπαράκλητος ἔμενεν. ἐκεῖθεν οὖν πρὸς τὴν Κωνσταντίνου μεγαλόπολιν, τὸν ἕλκοντα ἀποστρέφει. πεζῇ τοίνυν καὶ ταύτην ποιησάμενος τὴν πορείαν, καταλαμβάνει τὴν βασιλεύουσαν· καὶ εἰς τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ εἰσελθὼν ἐκκλησίαν, ἐξομολογεῖται μετὰ δακρύων τῷ τε Πατριάρχῃ καὶ τοῖς Ἀρχιερεῦσι τὸ πταῖσμα, καὶ σὺν τῷ λόγῳ, τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα μετὰ τῆς ἁλύσεως ἀποτίθεται). *Epiſcopus ergo tanto pedes, viæ ſic longæ, planctu luctuque decurſo itinere, Romamque veniens, trahente ex catena famulo, delictum Papæ confitetur, Romæque conſtitutis Epiſcopis, lamentis & ejulatu crebiſque gemitibus interciſa illi confeſſionis voce. Immenſam itaque Epiſcopi contritionem videntes, luctuque oppreſſum animum, nedum veniam citius delicto indulgent, verùm etiam ejus animi dolorem modis omnibus ſolantur ac deliniunt. Ille tamen graviore cordis dolore tentus atque obrutus, omnem reſpuit conſolationem. Inde igitur verſus magnam Conſtantini Vrbem, trahentem vertit. Hocque adeò iter pedes conficiens, in Vrbem Auguſtam venit; ingreſſuſque majorem Eccleſiam, offuſus lacrymis, delictum Patriarchæ confitetur eique aſſidentibus Epiſcopis: interque verba, cum catena, Epiſcopalem dignitatem deponit.* Inſigne hoc pœnitentiæ exemplum, ejuſque diſciplinæ, qua ſe ipſi Græci Sacerdotes abdicant, ubi aliquid, etiam cauſu aut ignorantia, in canones deliquerint. Novum quoque pro ea ætate, obſervantiæ erga Eccleſiam Romanam ejuſque Antiſtitem, Eccleſiæ Græcæ documentum. Illi facta confeſſio, ab eo conceſſa indulgentia, oblataque, ut videtur, Sedis dignitas, ni ipſe ſponte ſeſe abdicare maluiſſet; ac vitæ reliquum inter Monachos pœnitentiæ laboribus ſubducere: delecto in eam rem Symeone duce; ſub quo etiam eximia illi edita ſanctitatis exempla. Sed ad Symeonem revocanda oratio.

Annuente Sergio Patriarcha, Præfecturæ onus in Arſenium rejicit. Documenta illi pariter gregique, egregia tradita. Ex illis diſciplinæ caput non pigebit adſcribere; quod ipſum, nec longe remotis verbis habetur Orat. 24. ex editis à Pontano. Μὴ ἐν προσποιήσει πρᾳότητος διὰ ἔπαινον τῶν ἀνθρώπων, μικροῦ πράγματος ἐφ' ὕβρει γινομένου τοῦ εὐαγγελικοῦ βίου, καὶ τῆς τῶν μοναχῶν καταστάσεως, καταφρονήσεις· ἀλλὰ τὸν σὸν μιμούμενος Χριστὸν καὶ Θεὸν, ἐμβριμούμενος, καὶ ἑαυτὸν ἀπαθῶς ἐκταράσσων, ἐκδίκησιν ποιοῦ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ. ἔστω σοι ἐπὶ πάντων, καὶ ἐπὶ τῇ ἐξετάσει τῶν λογισμῶν ἑκάστου, ἀκρίβεια, ὡς ἂν εἰδείης τίνες μὲν αὐτῶν δέονται τῆς τῶν εὐχομένων καὶ κοινωνούντων συστάσεως, τίνες δὲ ἀφορισμοῦ, καὶ τῆς μετὰ τῶν μετανοούντων τάξεως· ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν Θεοῦ, ἀντὶ ναοῦ ἁγίου, σπήλαιον λῃστῶν, ἢ πορνεῖον, ἐν γνώσει ἢ ἐν ἀγνοίᾳ, ποιήσῃς, καὶ τὸ φοβερὸν ἐπὶ τούτῳ κρίμα οὐκ ἐκφεύξῃ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ. εὐλαβεῖς ποιήσεις, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τοὺς πνευματικούς σου υἱούς, καὶ διδάξεις εὐλαβεῖσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἱερῶν τοῦ Θεοῦ τόπων ὁμοῦ καὶ σκευῶν, καὶ λειτουργίας αὐτοῦ. μόνοις γὰρ ἴσθι τοῖς ἱερωμένοις καὶ εὐλαβεστάτοις τῶν μοναχῶν, τοῖς καὶ τῶν μυστηρίων μετέχουσι, τὸ ἅπτεσθαι αὐτῶν, παρὰ τῶν Ἀποστόλων ἀφιερώθη. διὰ ταῦτα οὐ συγχωρήσεις πᾶσι, καὶ τοῖς βουλομένοις, τὴν τοῦ θείου βήματος εἴσοδον· ἀλλ' ἢ μόνοις, ὡς εἴρηται, τοῖς ἱερωμένοις, καὶ ἡγιασμένοις τῶν ἀδελφῶν. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν τῶν λυσιτελούντων σῇ τῇ μονῇ, ἔχεις τὴν διδασκαλίαν καὶ τὸν παραδοπαράδοτον τύπον ἡμῶν, ἐν τῇ θεοπνεύστῳ διατυπώσει τοῦ μεγαλομάρτυρος Χριστοῦ καὶ ὁμολογητοῦ Θεοδώρου τοῦ κοινοῦ πατρὸς καὶ διδασκάλου, ἡμῶν τε τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν τοῦ Στουδίτου. *Ne lenitatis prætextu, humanam aucupando laudem, vel minimum quid, quod in vitæ Evangelicæ ſtatuſque monaſtici injuriam cedat, neglexeris; ſed Chriſti tui Deique imitator, infremens, teque ipſe imperturbatè turbans, vindictam fac mandatorum Dei. In omnibus, ſingulorumque excutiendis animis, acrem diligentiam habe, ut noveris quinam illorum in precibus conſiſtere ac communicare neceſſe habeant; quinam ſint ſegregandi, eademque cum pœnitentibus claſſe collocandi; ne Dei Eccleſiam, pro ſancto Dei templo, ſpeluncam latronum aut lupanar, ſciens vel ignorans efficias; eamque ob rem, tremendum iræ Dei judicium non effugias. Religioſos cautoſque, ſicut Scriptum eſt* (Levit. 15. 31.) *facies ſpiritales filios tuos, docebiſque illos à ſacris Dei locis vaſiſque, ac ejus miniſterio, revereri atque time-*

A *re. Scito enim, ſolis illis qui ſacri ordinis ſunt, reverentiſſimiſque Monachis, quibus & Myſteriorum indulta perceptio, Apoſtolicis ſanxionibus conceſſum horum contactum. Idcirco non permittes omnibus, ac cuique collibitum ſit, in divinum Bema ( locum ſcilicet altaris ac Sacerdotum ) intrare; ſed iis duntaxat ( uti dictum eſt ) qui Sacerdotalis ſint ordinis, vel ſanctis Fratribus. Ad alia quod attinet, Monaſterio tuo utilia, doctrinam habes, Patrumque traditione acceptam normam, in magni Chriſti Martyris ac Confeſſoris, communiſque Patris atque Doctoris, noſtri pariter ſervorum ejus, ac ſancti Patris noſtri Studiotæ, divino afflatu conſcripta Theodori informatione.* Studiota hic, ſeu Studianus, communis Symeonis ac Arſenii magiſter, Symeon ille Venerabilis eſt, cui Symeon B acceptum referebat, quicquid Monaſticæ inſtitutionis hauſerat; cujus etiam gratia, ac quod vita functum annua celebritate coleret, tanta paſſus eſt. Sed præſtat Sthetatum vitæ Auctorem audire, ut liqueat, num in eo ſaltem contra diſciplinam peccarit Symeon, dignuſque inde irrogato & carcere & exilio fuerit. Ait itaque, poſt relatas divinas ejus viſiones, quibus in ſenſu quodam futuræ Sanctorum beatitudinis, eorumque corporis levitatis ac claritatis fuit; qua Deus genus noſtrum ἐδόξασε, καὶ κοινωνὸν τῆς αὐτοῦ θεότητός τε καὶ βασιλείας ἀπειργάσατο. *glorificavit, ſociumque ſuæ tum Deitatis tum regni effecit* ( quod nihil cogit craſſo Palamæ ſenſu intelligi, ac velut alia Deitas ſit, quam divina ipſa eſſentia, ejuſque in nobis bonitatis effectus ) inque hunc modum Symeonis alterius res, junioriſque in eum Theologi noſtrique Symeonis officia deſcribit. C

Συμεὼν ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ᾧ ἦν ἐπώνυμον φερωνύμως ὁ Εὐλαβὴς, ὁ καὶ τοῦ θαυμαστοῦ τούτου Συμεὼν πατὴρ χρηματίσας ὁμοῦ καὶ διδάσκαλος, ἐπεὶ πρὸς γῆρας ἧκεν ἤδη καλὸν, τεσσαρακονταπέντε χρόνοις νομίμως τὸ τῆς συνειδήσεως ἀθλήσας μαρτύριον, χάριτος ἀποστολικῆς ἠξιώθη, ἰάσεις καὶ θαύματα πεποιηκὼς, καὶ βίβλον ὅλην ὠφελείας οὖσαν πνευματικῆς, ἀγράμματος ὢν, θείῳ Πνεύματι συνεγράψατο. ἔδει δὲ αὐτὸν καταπαῦσαι τῶν μακρῶν ἐκείνων τῆς ἀσκήσεως πόνων, περὶ ὧν ὁ μαθεῖν ζητῶν, ἐκ τῶν κατὰ πλάτος γεγραμμένων αὐτῷ εἴσεται ἀκριβῶς. γεννοσηκὼς τὰ τῆς λύσεως, πρὸς Κύριον ἐνεδήμησεν, ἐκδημήσας τοῦ πολυάθλου καὶ καρτερικοῦ αὐτοῦ σώματος. Τοῦτον οὖν καὶ τὰ τούτου λαμπρὰ κατορθώματα, οἷα δὴ μαθητὴς ὁ μακάριος οὗτος εἰδὼς, καὶ τὸν ἀποστολικὸν αὐτοῦ βίον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, Θεοῦ ἔργα καὶ θεῖα χαρίσματα μὴ εἰδὼς κατορύττειν, ἀλλὰ ἀνακηρύττειν καὶ ἀνυμνεῖν, ὕμνους εἰς αὐτὸν καὶ ἐγκώμια ἐκ θείας ἀποκαλύψεως συνεγράψατο, καὶ ὅλον τὸν βίον αὐτοῦ. D ἵνα δὲ καὶ πρὸς ζῆλον ἐγείρῃ τινὰς, εἰς τὸ μιμήσασθαι τὸν ὑμνούμενον καὶ τῆς ἀρετῆς ἐργάτας γενέσθαι, τὴν μνήμην αὐτοῦ, κατὰ τὴν τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν, ἐτησίως μετὰ πάντων λαμπρῶς ἑώρταζε τῶν ἁγίων, στήλην ἀρετῆς γεγραμμένην, τὴν ἱερὰν ἀναζωγραφήσας τῆς εἰκόνας αὐτοῦ. *Symeon, vir ille divinus, cui convenienter aptéque Venerabilis cognomen fuit, qui & admirabilis hujus Symeonis Pater ſimul ac Magiſter extitit; cùm in bonam jam ſenectutem veniſſet, annos quinque ſupra quadraginta, conſcientiæ martyrio legitimè perfunctus, Apoſtolicam gratiam nactus erat, ſanitatum patrator ac miraculorum, librumque ſpiritalis utilitatis confertiſſimum homo idiota ac literarum rudis divino Spiritu conſcripſerat, neceſſeque erat, ut à religioſæ exercitationis longis illis laboribus quieſceret ( de quibus qui noſſe quærat, ex iis quæ illi fuſè ſcripta ſunt, accuratè pleneque intelliget ) ſuprema laborans ægritudine, multis certaminibus victore tolerantiſſimoque corpore ſuo emigrans, ad Dominum commigrarat. Hunc itaque ejuſque præclaras virtutes ac facinora, velut utique diſcipulus, Vir hic beatus cùm explorata haberet, ejuſque vitam Apoſtolicam perfectè noſſet; Dei opera ac divina dona haud doctus defodere, ſed prædicare ac collaudare, laudum in eum cantica ac encomia, divina revelatione conſcripſit, ejuſque Vitam omnem literarum monumentis conſignavit. Vt verò etiam aliquos ad æmulationem provocaret, atque viri laudibus ad imitationem, ac virtutis cultum accenderet, eius quot annis memoriam, pro eo ac Apoſtolica traditione accepimus, cum Sanctis omnibus, feſtis gaudiis celebrabat, conſcripto virtutis titulo, illius ſimulacri ac imaginis depicta hiſtoria.* Hactenus Symeon ex privata revelatione ac ſcientia, pluſculum fortè ſibi indulſiſſe videatur, ut Sanctorum plenos honores Patri ſuo ſpiritali deferret. Laudanda quidem illa œconomia ac conſilii ratio, ut eos laudemus, quos nobis aliiſque virtutis palæſtra antiſtites volumus ac duces: Præſtantque egregiè Romani Pontifices, vindicatis Ordinum Religioſorum Inſtitutoribus, qui clariores in Eccleſia habentur, ſi qui ſanctitatis radiis fulſerunt; nec Romanis duntaxat faſtis adſcriptis, ſed & ſolenni officio, nedum apud ſuos, ſed & toto orbe Romano ac Eccleſia Latina, donatis. Id tamen ut ritè fiat, nec civilibus duntaxat, ſed & ſacris, publicè ſaltem conſectentur honoribus, neceſſaria Epiſcopalis cognitio eſt, ac probatio; quam impotentiori zelo non expectavit Symeon, etſi ea ſecuta eſt. Subdit enim Sthetatus.

Ἤκουσε ταῦτα καὶ ὁ Σέργιος Πατριάρχης· καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Ἅγιον, πυνθάνεται περὶ τῶν ἀκουσθέντων αὐτῷ. ὡς δὲ περὶ πάντων ἀνεδίδαξεν αὐτὸν ὁ μακάριος, καὶ ὅπως ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ἄνωθεν ἐμπνευσθεὶς, τοὺς ὕμνους τῷ Πατρὶ ἀνετάξατο, καὶ τὸν βίον αὐτοῦ συνεγράψατο, ζητεῖ ταῦτα διελθεῖν, καὶ αὐτοῖς ἐντυχεῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένοις. λαβὼν οὖν ἐπὶ χεῖρας τὰς βίβλους ὁ Πατριάρχης, καὶ ἅπασαν τὴν πραγματείαν φιλοπόνως διελθὼν, ἠγάσθη ἐπὶ τῷ πράγματι, καὶ πολλὰ προσεπαινέσας, καὶ τὸ βέβαιον τῆς αὐτοῦ πίστεως ἐγκωμιάσας, ἀπέλυσεν, ὑπομιμνήσκειν αὐτῷ προστεψάμενος, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Πατρὸς μνήμης, ὡς ἂν καὶ αὐτὸς κηροὺς καὶ μύρα παρέχῃ, καὶ ἀφοσιοῦται τὴν τιμήν. *Audivit hæc & Patriarcha; accerſitoque Sancto, ex illo percontatur, de his quæ audierat. Docet ille omnium rationem, divinaque pridem revelatione atque afflatu, cantica compoſuiſſe, ac vitam illius conſcripſiſſe. Quærit Patriarcha hæc percurrere, ipſaque ab eo ſcripta pellegere. Sumptis itaque in manus libris, cunctiſque diligenter pellectis ac evolutis, re gaviſus eſt, multiſque laudibus cumulans; firmamque eius fidem magnificè commendans, dimiſit; monens ipſum, jubenſque, ut temporis quo celebranda foret Patris memoria certiorem faceret, ut & ipſe cereos unguentaque conferret, ac Sancto honorem impenderet.* Viſa hæc, pro Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ritu ſufficiens Symeonis Studitæ, dicti Venerabilis, vindicatio, & ut ſancti titulo publicos in Vrbe (aut certè in Sancti Mamantis Monaſterio) honores haberet. Inque hunc modum annos ſexdecem, ejus cultum illibatum perſeveraſſe, celebrataque frequenti religioſo conventu ſolennia, auctor Sthetatus: donec Sthephanus Alexinæ ex Metropolita Nicomedienſi, Sergii Patriarchæ Syncellus, eo nomine cœpit exagitare, inque Symeo-

ne Venerabili quædam reprehendere, ipſumque proinde ejus religioſum cultum, ſic præſertim tota Vrbe ſolennem, improbare. Totum Sthetatus adſcribit invidiæ, ac quod utriuſque Symeonis ſanctitas ac ſcientia, illius famæ ſcientiæ ac ſanctitatis videretur officere. Nolim ego ſic nigro virum lapide damnare. Præter Scylitz. & Cedr. ipſe Sthetatus, clariſſimi nominis, eoque nedum Patriarchæ, ſed & Imperatori chariſſimum, magnæque apud eos auctoritatis, eum ſcribit facillimum ſcilicet ſolvendis quibuſque dubiis ac quæſtionibus, λόγῳ καὶ γνώσει τῶν πολλῶν διαφέρων· *longè vulgo præcellens eloquentia ac ſcientia.* Legatum ad Sclerum Vrbi jam imminentem, ſuæque tyrannidis terrorem illi inferentem, à Baſilio & Conſtantino miſſum, qua ſuadendi vi, ſapientiaque ac virtute præſtabat, docent relati Scylitz & Cedr. ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐπράττετο, ὁ Σύγκελλος Στέφανος καὶ τῆς Νικομηδείας B Πρόεδρος, ἀνὴρ ἐλλόγιμος, καὶ ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀρετῇ διαβόητος, καὶ πειθοῖ μαλάξαι ἱκανὸς γνώμην σκληρὰν καὶ ἀπίθασον, πρέσβυς εἰς τὸν Σκληρὸν ἀποστέλλεται, εἴπως δυνηθῇ πεῖσαι τοῦτον ἀποθέσθαι τὰ ὅπλα. *Interim Stephanus Syncellus, Nicomediæ Præſul: vir eruditus & eloquens, ſapientiaque ac virtute clarus, durumque animum ac indomitum ſuadæ vi emollire idoneus, legatus ad Sclerum mittitur, num fortè ad arma ponenda verbis cogere poſſit.* Miratur P. Goar. Notis ſuis ad Cedr. quomodo Syncellus Stephanus, quaſi Patriarchæ Concellaneus, illique aſſiduus, qui Nicomediæ Præſul eſſet, ibique pro officii munere, potius quàm Conſtantinopoli in Patriarchæ ædibus, vitam ageret; nec Patriarchæ ſucceſſor, quod ferè Syncellorum videbatur, deſignatus eſſet. Potuiſſet Sthetatus ſi ejus copia fuiſſet, lucis aliquid afferre. Docet itaque eum, abdicato Epiſcopatu ſic aſſiduè verſatum cum Patriarcha, ac verè Syncelli partes C impleſſe, non ſolo titulo atque nomine ornatum fuiſſe; ſive aliàs inhiabat Sedi Conſtantinopolitanæ, eoque munere ſibi ad eam gradum parabat: quam ne aſſequeretur, in cauſa eſſe potuit longa Sergii ætas ac Sedes annorum viginti, intra quos nihil vetat Stephanum humanis exceſſiſſe, & ubi totam in Symeonem fabulam luſerat, per cujus vel mortem vel ingraveſcentem ætatem, ille poſtmodum pace potitus ſit, libereque Patri ſuo ſpiritali, Symeoni Venerabili, ſolennes annuos honores perſolverit: ſive nihil eam Sedem ambiens (ut non erat certa ullove jure ſancita ac neceſſaria Syncellorum in eam Sedem ſucceſſio) velut utiliorem rebus Eccleſiaſticis navaturus operam, ſic à conſiliis Patriarchæ, in regenda univerſa diœceſi, D quàm ſi unam aliquam civitatem, vel ipſam Metropolim Epiſcopus regeret; vel ipſe ſponte, vel invitante Patriarcha, ſive etiam Imperatoribus, pro ejus nominis celebritate, ea relicta, Conſtantinopoli quaſi Patriarchæ aſſeſſor, illique intimus ac familiaris, conſederit. Quo ferè modo, apud Latinos, etiam Archiepiſcopi in Cardinales ſanctæ Rom. Eccleſiæ Presbyteros paſſim cooptantur; vacantque ipſo jure ſic aſſumptorum Sedes, quod non ſatis conveniat utrique muneri in uno homine: ut quis ſcilicet addictus ſit Romanæ curiæ ejuſque Vrbis Cleio, & ut Pontificis partes ſedulò exequa- A tur, in Eccleſia ac plebe, cui præfectus Epiſcopus eſt; juris tamen fictione, eiuſque velut fraude quadam, eædem illis, ac quandoque maiores Sedes commẽdantur; etſi non deſunt, qui utroque munere præclarè functi, tum purpuram ornarunt, tum & magis infulas, ſanctis moribus compoſito grege peculiariùs credito, nihilque illo ſecũdùm Deum, ſive purpuram dicas, ſive quid aliud humanæ dignitatis, antiquius habentes, eiuſque cura pervigiles; veri ſcilicet Paſtores, Chriſtique Ἀρχιποίμενος veſtigia ſedulò prementes, decorarunt; in quibus ſol quidam effulſit Carolus Borrhomæus; ſecuti plures eximio exemplo, Franciſcus Sourdiſius Burdigalenſis, meus ipſe Metropolita, vitæque regularis aſſertor & vindex in ſanctiſſimi Roſarii FF. Prædicatorum Burdigalenſi Cœnobio, in quo & nomen ſanctiori inſtituto (ſancto verè tunc, modoque ſodalitio) dedi; Galaminius noſter, aliique.

Stephanus ergo, τὸν τῆς ἐπισκοπῆς παραιτησάμενος θρόνον, συνῆν ἀεὶ τῷ Πατριάρχῃ, καὶ μεγάλην ἐφέρετο παρὰ πᾶσι τὴν φήμην τῆς γνώσεως. *Repudiata Sede Epiſcopali, cum Patriarcha ſemper verſabatur, magnaque apud omnes ſcientiæ æſtimatione erat.* Potuit ergo vir eruditus ſuſpectum habere, quod ambo Symeones viri illiterati ex ſolo quaſi afflatu de Deo diviniſque tanta loquebantur; quodque alter, alterius iam defuncti memoriam conſecrans, ad eius ſolennia totam ferè cogeret civitatem; ut iam magna civium pars, nihil niſi ſanctum haberent, quod illis auctoribus accepiſſent. Primùm itaque illi tentata Symeonis de Deo doctrina: Tum ſollicitatus Patris ille honor, annum unum atque alterum, Patriarcha ac Epiſcopis ægrè aſſentientibus, ut damnarent, quod jam antè ipſi approbarant. Raptus tandem in Concilium eo nomine Symeon, ipſaque Patris Imago divis honoribus conſecrata; ejus in eo ventilata cauſa; & longa Symeonis ſatisfactio, pro ſe ac Imagine: juſſa ex illa oblini vox Ο ΑΓΙΟΣ; abolitæ & omnes aliæ ejus, in ſancti Mamantis, imagines. Altera coacta Synodo; juſſus Symeon aut à Patris illis laudibus ceſſare, aut Cœnobio; Vrbeque excedere. Nolenti cedere, decreta Synodicè exilii pœna. Deportatus ad Chryſopolim, in oppidulum quod Paluſiatarum vocant. Nactus ibi oratorium penè dirutum atque deſertum, in eo cum diſcipulo conſidet. A Chriſtophoro Senatorii ordinis Viro, cujus poſſeſſionis erat, ipſum dono obtinet, ea conditione, ut ſi Deus mitius ipſi dederit, Monaſterium in eo extruat. Per eum, alioſque ejus diſcipulos delatæ querelæ ad Patriarcham. Revocatus ipſe in Vrbem; tentata rurſus conſtantia, oblati honores, Metropolitica Sedes, nobili aliqua civitate, modò tantiſper contentionem remitteret. Cunctis immoto, facta licentia colendi Patrem ut libuerit ac vel in Vrbe, prioreque Cœnobio degendi, vel in nova ſolitudine. Delecta ſolitudo; in ea coactus novus grex, extructum egregiis ædibus nobile Cœnobium, cunctis ad vitæ Aſceticæ neceſſariis ſatis inſtructum; ſanctæ Marinæ vocant. In eo aucta Symeonis Venerabilis religio & cultus, confluente ex ipſa Vrbe Auguſta, totaque vicinia, innumera hominum multitudine ad ejus quot annis ſolennia. Derivata

hæc eadem ad diverſa alia Cœnobia. Nulla deinceps Symeoni creata moleſtia. Extinctus brevi poſt reſtitutum Symeonem Patriarcha Sergius, eique ſubrogatus Euſthatius, cujus omne tempus videatur vixiſſe Symeon, & ad ipſum Alexii, qui fuerat Studianus Monachus, perveniſſe. Stephanus, vel ipſe, quo tempore Sergius, diem obierit, vel eo ſublato, animos poſuerit; aliis jam Patriarchis Symeoni æquioribus, majoriſque præ Sergio firmitatis, qui probata Symeonis inſtituti ratione colendo Patrem ſuum, non debuit obtundente Syncello, eaque duntaxat ratione, ac niſi certò deprehenſo erraſſe ſibi calculum, nec eum Sanctum, ſed vel hypocrytam vel hæreticum eſſe, à conſtantia reſilire. Hæc ſumma Vitæ Symeonis, quæ longè multa impleret folia. Ex ea planum, quàm non in obſcuro manſerint res ejus, poſt breve ipſius exilium & carcerem, nec quaſi oblivione ejus ſepulta cantica, ſermoneſque, ac ſcripta alia; ut ſibi viſus fuerat divinare Leo Allatius, quod eum defecerint vetera monumenta. Ægrè fero, ut tantum Virum pro adverſariis ſtare admittam, vel Palamitarum fontem eſſe, niſi hoc ſolum, quod illi ſimplicius ei dicta, nimiaque emphaſi, de Dei unione ac viſione, ejuſque Luce ac divinitate, in ſuam niſi ſunt detorquere ſententiam; uti & illo ſuperiorum, Dionyſii, Baſilii, Greg. Chryſ. Maximi: vixque ullus occurrat, eorum, qui myſticam atque amoris Theologiam propenſiùs tradidere, cui non proclive ſit eandem propè ac Symeoni inferre calumniam. Sic & Thaulero noſtro viſi aliqui detrahere, quem Ludovicus Bloſius vir eruditus ac pius, ritè vindicat. Viſio illa, aliaque ejus generis, guſtus quidam eſt expectatæ felicitatis, altiorque præſentiæ Dei ejuſque unionis in perfectis, ſenſus, quam Symeon in eis negare, hæreſeos notat; nec fortè aliud in eo, ejuſque Patre ſpiritali, Symeone Venerabili, Stephanus reprehendebat. Libet ex ejus Orat. Περὶ γνώσεως ἀληθινῆς· cujus init. Καὶ νῦν εὐκαίρως καλὸν εἰπεῖν, hæc exſcribere. Τὸ μορφωθῆναι ἐν ἡμῖν τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, τί ἐστιν, ἢ μὴ τὸ, ἡμᾶς αὐτοὺς πάντως μεταποιεῖν τε καὶ ἀναπλάττειν, καὶ εἰς τὴν τῆς θεότητος εἰκόνα μεταμορφοῦν. οἷον ἔγνωμεν ἄρα γεγονότα καὶ τὸν ἅγιον Συμεὼν τὸν Εὐλαβῆ, τὸν ἐν τῇ μονῇ τοῦ Στουδίου ἀσκήσαντα· τῇ πείρᾳ αὐτῇ τὰ περὶ αὐτοῦ βεβαιωθέντες. τῇ γὰρ ἀποκαλύψει τοῦ ἐν αὐτῷ Πνεύματος, τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν ἐπισφραγίσαντες, ἀναντιρρήτως ταύτην φυλάττομεν. μᾶλλον δὲ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ φωτὸς, ὡς ἐκ λαμπάδος τινὸς, τὸν τῆς ψυχῆς ἡμῶν λύχνον μεταδοτικῶς ἀνάψαντες, ἄσβεστον διατηροῦμεν, ταῖς ἐκείνου εὐχαῖς καὶ πρεσβείαις φρουρούμενοι. *Quid eſt Formari in nobis, eum, qui eſt verè, Deum; niſi nos ipſos omnino transmutare, & in imaginem divinitatis ſuæ transformare? Qualem utique etiam evaſiſſe novimus ſanctum Simeonem Venerabilem, qui in monaſterio Studii exercuit; ipſo periculo, rei ejus certò notitiam adepti. Divini enim in eo Spiritus revelatione, obſignatam in eum fidem, citra omnem hæſitationem ſervamus. Quinimmo ex eadem Luce, velut ex quadam lampade, mentis noſtræ lucernam commercio quodam accendentes, ejus precibus ac interceſſionibus muniti, inextinctam ſervamus.*

Tumque de æmulis, Ἀπιστοῦσι, καὶ ἀδύνατον εἶναι ἑαυτοὺς πείθουσι, τὸ καθαρεῦσαι ἄνθρωπον τελείως ἀπὸ παθῶν, καὶ ὅλον οὐσιωδῶς ἐν ἑαυτῷ δέξασθαι τὸν Παράκλητον. διὰ τοῦτο τοίνυν καὶ κατὰ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας λαλοῦσι καὶ πράττουσι, κλείοντες ἐφ' ἑαυτοῖς τὰς πύλας τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ πάντας ἄλλους τοὺς εἰσελθεῖν βουλομένους, κωλύοντες. εἰ πού δὲ καὶ ἀκούσωσι περὶ ἑτέρου τινὸς νομίμως ἀγωνισαμένου, καθαρεύοντός τε ἀπὸ πάντων παθῶν, καὶ πᾶσι τὰ μεγαλεῖα κηρύττοντος τοῦ Θεοῦ, ὅσα δηλονότι ἐποίησεν ἐπ' αὐτῷ ὁ Θεὸς, κατὰ τὰς ἀψευδεῖς ὑποσχέσεις αὐτοῦ· καὶ ὅπως μὲν λέγοντος πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀκουόντων, κατηξιώθη φῶς ἰδεῖν Θεοῦ καὶ Θεὸν ἐν φωτὶ δόξης· ὅπως δὲ γνωστῶς ἔγνω ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐπιφοίτησιν καὶ ἐνέργειαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ ἅγιος ἐν ἁγίῳ Πνεύματι γέγονεν· εὐθὺς ὥσπερ κύνες λυσσῶντες καθυλακτοῦσιν αὐτοῦ, καὶ κατεσθίειν, εἰ δυνατὸν, τὸν ταῦτα λέγοντα σπεύδουσι, Παῦσαι, λέγοντες, πεπλανημένε καὶ ὑπερήφανε σύ. τίς ἄρα τοιοῦτος ἄρτι γέγονεν, ὡς οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐγένοντο. τίς δὲ Θεὸν εἶδεν, ἢ ἰδεῖν κἂν ὁπωσοῦν δύναται. τίς Πνεῦμα ἅγιον ἐπὶ τοσοῦτον ἔλαβεν, ὡς δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀξιωθῆναι ἰδεῖν.
B παῦσαι, μή σε λίθοις καταλεύσωμεν πείσωμεν. Ἐξ ὑμῶν μὲν, ὦ οὗτοι, ὡς αὐτοί φατε, οὐδεὶς οὐδαμῶς· ἐκ δὲ τῶν προαιρουμένων τὸν σταυρὸν ἆραι καὶ τὴν στενὴν ὁδεῦσαι ὁδὸν, καὶ τὰς ἑαυτῶν ἀπολέσαι ψυχὰς ἕνεκεν τῆς αἰωνίου ζωῆς, πολλοὶ μὲν εἶδον καὶ πρότερον· πλείους δὲ οἶμαι ὁρῶσι καὶ νῦν, καὶ τῶν βουλομένων ἕκαστος ὄψεται· κἂν ὑμεῖς σκαιότητι γνώμης καὶ βασκανίας φαυλότητι τούτους ἰδεῖν οὐκ ἰσχύετε. *Non credunt, ſibique perſuadent fieri non poſſe, ut homo perfectè à libidinibus atque vitiis mundus ſit, & ut totum ſubſtantialiter in ſe Paracletum recipiat. Idcirco etiam contra ſuam ipſorum loquuntur aguntque ſalutem, claudentes ſuper ſe ipſos fores regni cœlorum, cunctoſque reliquos, qui velint intrare, prohibentes. Sin autem etiam de alio quodam audierint, legitimè eum certaſſe, mundumque à perturbatis omnibus affectibus eſſe, ac Dei mirabilia omnibus prædicare, quæ-*
C *cunque nimirum Deus in illo fecit, juxta veriſſimas promiſſiones ſuas; dicentemque, ut auditorum ſaluti conſulat, hoc ſe conſecutum eſſe ut Dei lumen videret, Deumque in claritatis ſeu majeſtatis lumine, utque adeò ſapienter actu Spiritus ſancti in ſe adventum ſecundum operationem, ſanctaque in ſancto Spiritu facta conſpiceret: ſtatim velut canes rabidi adverſus eum oblatrant, feſtinantque ut qui hæc loquitur, ſi fieri poteſt, devorent. Ceſſa aiunt, ſeducte tu ac ſuperbe. Quis modò talis, ac ſancti Patres extitere? Quis verò Deum vidit, aut vel minimum videre poteſt? Quis tanta copia Spiritum ſanctum accepit, ut per eum, Patrem Filiumque mereretur videre? Ceſſa, ne te lapidibus obruamus. Ex vobis quidem, Amici, nemo prorſus, ut vos dicitis: Ex illis verò qui crucem tollere ſtatuerunt, & arctam viam ambulare, atque ſuas animas*
D *propter vitam æternam perdere, viderunt multi etiam prius; pluresque etiamnum, uti arbitror, vident, ac viſurus eſt quiſquis voluerit; tametſi vos mentis perverſitate livoriſque malitia eos videre non valetis.* Plura ejus generis toto illo ſermone, quæ ipſa ejus cauſa ac crimen apud Syncellum videantur; quæ tamen ſic ab eo diluta auctor eſt Sergius, ut mera calumnia viſa ſint Synodi judicio, uno hoc in eo reprehenſo, quod ita Patris, ſicque ambitioſè culti memoriam celebraret. Sic enim ille ad Proceres, Symeoniſque diſcipulos. Ἐγὼ μὲν, ἐνδοξότατοι, οὐδεμίαν ἔλαβον πώποτε πονηρὰν ὑπόληψιν κατὰ τοῦ κυροῦ Συμεών· ἀλλὰ καὶ ἀναγνοὺς κατάρχας τὰ εἰς τὸν Πατέρα τούτου ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα, ἤδειν ἐπ' αὐτοῖς, τὸν ἐκείνου βίον εἰδὼς, καὶ ψάλλειν ἐπέτρεψα ἐπ' ἐκκλησίᾳ αὐτά, ὑπερεπαινέσας τὴν πίστιν αὐτοῦ. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅθεν, καὶ πῶς γέγονεν ἀναμεταξὺ ἐκείνου καὶ τοῦ Συγκέλλου διαφορά, καὶ μνείας κατ' αὐτοῦ καὶ τοῦ Πα-

ϖρὸς αὐτοῦ, τὰς κατηγορείας ἐξήγειρεν, οὐδὲν πλέον ἐχούσας, A ἢ μόνον διαβολάς. ἃ δὲ πέπονθε παρ᾽ ἡμῶν, οὐχ ὡς παρασφαλεὶς ἐν τοῖς τῆς ἐκκλησίας δόγμασι, δι᾽ ὧν ἡ ὀρθὴ καὶ ἀμώμητος πίστις ὠχύρωται, πέπονθεν, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐκεῖνος μὲν τοῦ ἰδίου ἀμεταθέτως εἴχετο σκοποῦ, καὶ τιμῶν τὸν Πατέρα, τοῦ λαμπρῶς ἑορτάζειν οὐκ ἐπαύετο· οἱ κατήγοροι δὲ αὐτοῦ ἐταράσσοντο, καὶ δι᾽ ὄχλου καθεκάστην ἡμῖν ἐγίνοντο. διὰ τοῦτο τῆς μονῆς αὐτοῦ καὶ τῆς πόλεως αὐτὸν παρεχώρησα. νῦν δὲ, εἰ βούλεται, καὶ τοῖς ἐμοῖς εἴξει λόγοις, κύριος αὖθις καὶ τῆς ἰδίας μονῆς γενήσεται, καὶ Ἀρχιερέα τοῦτον ἐν μιᾷ τῶν ὑψηλῶν μητροπόλεων, συνευδοκούσης πάσης τῆς ἱερᾶς συνόδου, χειροτονήσω, καὶ τὰ κακῶς ἐκβεβηκότα, διορθώσεως τεύξεται τῆς πρεπούσης. *Ego ſanè, Viri inclyti, nullam unquam malam ſuſpicionem adverſus dominum Symeonem admiſi: ſed & lectis initiò quæ ab illo in Patrem ſuum conſcripta erant, illis gaviſus ſum, qui illius vitam exploratam haberem, eius fidem ſupra modum laudans. Verùm, unde, neſcio, quæve inter eum ac Syncellum orta* B *diſcordia; innumeraque adverſus eum eiuſque Patrem excita accuſationum capita, nihil præter meras calumnia habentia. Quæ verò à nobis illi mulcta irrogata eſt, non eò irrogata eſt, tanquam in Eccleſiaſticis dogmatis, quibus recta ac inculpata fides tota conſiſtit, erraverit; ſed quod in ſuo ille propoſito immobilis perſiſteret, Patriſque honore, dies feſtos agitandi ſplendido cultu ac magnifico, nullum finem faceret; eaque re turbarentur illius accuſatores, ac quotidie moleſti nobis obtunderent. Hæc cauſa eſt, cur ſuo illum Monaſterio ac Civitate moverim. Nunc verò ſi velit, meiſque ſermonibus acquieverit, tum rurſus Monaſterii ſui arbiter erit, tum univerſa comprobante ſacra Synodo, in una celſarum Metropoleωn Epiſcopus à nobis ordinabitur; & quæ mala obtigerunt, convenienter emendabuntur.* Notabant ſuperbiæ potius, quàm prorſus perverſæ doctrinæ; quippe qui jactaret ipſe, quod C antiquis Sanctis præ ſumma puritate non inficiabantur conceſſum eſſe, ut ſcilicet divinis potirentur viſionibus; pro eo tamen ac humana fert conditio, non Meſſalianorum errore, ut ad libitum ipſa eis conſpicua fieret divina Eſſentia, vel ipſa claritas eis viſa, increata Dei gloria eſſet, non Dei in eis effectus & immutatio ac transformatio, uti ipſe relatus Symeon ſatis expreſſit.

Quod ait, ὅλον οὐσιωδῶς ἐν ἑαυτοῖς δέξασθαι τὸν Παράκλητον, Clarius Serm. Περὶ τῶν δουλευόντων Θεῷ, τίνες ἂν εἶεν, expreſſit. Ὥσπερ ἐκκαιόμενος κλίβανος, ἐπὰν σφοδρῶς ἐκκαῇ, ὅλως διαυγὴς γίνεται καὶ τοῦ πυρὸς ὅμοιος· οὕτω δὴ καὶ ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, ἐπὰν μόνη χωρὶς πάθους ἐναπομείνῃ, τότε οὐσιωδῶς καὶ αὐτῇ ἑνοῦται τὸ θεῖον καὶ ἄυλον πῦρ, καὶ εὐθὺς ἀνάπτεται καὶ διαυγάζει· καὶ μεταλαμβάνει ὥσπερ ὁ κλίβανος τοῦ αἰσθητοῦ τούτου πυρὸς, οὕτω καὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου καὶ ἀῤῥήτου φωτὸς, καὶ αὐτὸ πῦρ κατὰ μέθεξιν γίνεται. *Velut* D *accenſa fornax, cum valde accenſa fuerit, prorſus lucida igniſque ſimilis evadit; ſic nimirum etiam animi eſſentia, ubi ſola abſque affectibus vitiorumque expers remanſerit, tunc illi quoque divinus extraque omnem materiam Ignis eſſentialiter unitur, ſtatimque accenditur & luceſcit; ac velut fornax, ignis huius, qui ſenſu percipitur, commercio gaudet, ſic & corpus divinæ ac arcanæ lucis; ipſumque ignis evadit quà ignis particeps eſt.* His penè affinia Chryſoſt. quibus præſertim locis divinæ in nobis Euchariſtiæ effectus exaggerat: quæ ſanè intelligenda, ut ſic nobis Deus, ipſaque ejus eſſentia, per ſua dona, quibus comes eſt, illabatur, veréque copuletur, non ut una ejus noſtraque eſſentia fit, quod nec poſcit exemplum fornacis accenſæ, ſed ut intima quædam nullaque verborum vi explicabilis Dei unio ac præſentia in anima ſic affecta, ſignificetur; quæ ipſa per gratiam eſt in juſtis omnibus, ſed occulta & quaſi habitu, nulloque vel exiguo illius ſenſu; in perfectis longè notior actuque ac maximo quodam velut ſenſu, velut guſtu quodam expectatæ cum Deo θεώσεως, cùm eum videbimus ſicuti eſt, indeque perfectè dii erimus, Deo perfectè ſimiles; cùm tunc quoque Deus infinitè emineat, ſicque οὐσιώδης (vera ſcilicet unio futura ſit) ut Dei noſtraque diſcreta eſſentia; tanquam Ens à ſe, & ab alio, maneat.

Serm. Περὶ ἀπαθείας καὶ ἐναρέτου βίου, incip. Πολλοῖς τοῖς ἐν κόσμῳ πολλάκις προσομιλοῦσι, de Animo Dei amore ebrio ac verè exſtatico. Συνάπτεται τοῖς ἀγγέλοις, τῷ φωτὶ ἀναμίγνυται, ἀπογεύεται B τῆς ζωῆς, τῇ ἀθανασίᾳ συμπλέκεται· ἐν ἀπολαύσει γίνεται τῆς τρυφῆς, εἰς τρίτον ἀνέρχεται οὐρανὸν, ἁρπάζεται εἰς παράδεισον, ἀκούει ἄῤῥητα ῥήματα, εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσέρχεται, εἰς τὸν παστὸν παραγίνεται, τὸν νυμφίον ὁρᾷ, τοῦ πνευματικοῦ γάμου ἐν μετοχῇ γίνεται, τοῦ μυστικοῦ κρατῆρος ἐμπίπλαται, τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ, τοῦ ἄρτου τοῦ ζωηροῦ, τοῦ πόματος τῆς ζωῆς, τοῦ ἀμώμου ἀμνοῦ, τοῦ μάννα τοῦ νοητοῦ· πάντων τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἐν ἀπολαύσει γίνεται, εἰς ἃ οὐδὲ τῶν ἀγγέλων αἱ δυνάμεις ἀξίως ἐνατενίσαι τολμῶσιν. οὕτως ἔχων, πυροῦται τῷ Πνεύματι, καὶ ὁρᾷ τὸ τῆς θεώσεως αὐτοῦ ἐντεῦθεν μυστήριον. πῦρ ὅλως γίνεται τῇ ψυχῇ, μεταδιδοὺς καὶ τῷ σώματι τῆς οἰκείας λαμπρότητος· δίκην τοῦ ὁρωμένου πυρὸς, τῆς οἰκείας τῷ σιδήρῳ φύσεως μεταδιδόντος. καὶ γίνεται ἡ ψυχὴ τῷ σώματι, ὅπερ γέγονε τῇ ψυχῇ ὁ Θεὸς, καθά φησιν ἡ Θεολόγος φωνή. οὔτε γὰρ ψυχὴ ζῆν δύναται, μὴ φωτιζομένη παρὰ τοῦ κτίσαντος· οὔτε σῶμα, μὴ πα- C ρὰ τῆς ψυχῆς δυναμούμενον. σκόπει ἀκριβῶς τῶν λεγομένων τὴν δύναμιν. σῶμα, ψυχὴ καὶ Θεός· τὰ τρία ταῦτα. Θεὸς ἄναρχος, ἀτελεύτητος, ἀπρόσιτος, ἀνεξιχνίαστος, ἀόρατος, ἄῤῥητος, ἀναφὴς, ἀψηλάφητος, ἀπαθὴς, ἀνεκδιήγητος, ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν φανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκὶ δι᾽ Υἱοῦ, καὶ γνωρισθεὶς διὰ τοῦ παναγίου αὐτοῦ Πνεύματος, ὡς πιστεύομεν, ἴσος ἡμῖν κατὰ πάντα χωρὶς ἁμαρτίας, ψυχῇ νοερᾷ μίγνυται, διὰ τὴν ἐμὴν ψυχὴν, ὥς πού τις ἔφη, ἵνα καὶ τὸ πνεῦμα σώσῃ καὶ τὴν σάρκα ἀθανατίσῃ. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐπαγγέλλεται, λέγων, Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω. ἀλλὰ πρόσεχε. Θεοῦ κατὰ τὰς ἀψευδεῖς ἐπαγγελίας ἐνοικοῦντος ἐν ἡμῖν τοῖς γνησίοις δούλοις αὐτοῦ, καὶ διὰ τῶν ἐνεργειῶν καὶ ἐλλάμψεων τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐμπεριπατοῦντος ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, ἀχώριστοι εἰσὶ τοῦ Θεοῦ τὰς ἀξίας τῶν τοιούτων ψυχὰς ὁμολογουμένως πιστεύομεν. τῶν δὲ ψυχῶν πάλιν διήκουσῶν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ μηδένι μέρει ἀπολιμπανομένων, ἀνάγκη πάντως καὶ αὐτὴν τὴν σάρκα, ἀχώριστον D οὖσαν τῆς ψυχῆς, μᾶλλον δὲ, μηδὲ ζῆν χωρὶς αὐτῆς δυναμένην, ὅλην ἄγεσθαι τῆς ψυχῆς τῷ θελήματι· καὶ ὡς οὐκ ἔστι σῶμα ζῆν ἄνευ ψυχῆς, οὕτως οὐδὲ θέλημα ἔνι τὸ σῶμα ἔχειν τό τε παρεκτὸς ψυχῆς. *Conſociatur Angelis, commiſcetur lumini, vitam deguſtat, immortalitati conſeritur, deliciis fruitur, in tertium cœlum aſcendit, rapitur in paradiſum, audit arcana verba, in thalamum ingreditur, thorum nuptialem adit, videt Sponſum, ſpiritalium nuptiarum communione donatur, myſtico cratere impletur; vitulo ſaginato, vitali pane, vitæ poculo, Agno immaculato, manna ſpiritali reficitur: illis omnibus bonis potitur, in quæ nec Angelicæ Poteſtates intrepidè audent proſpicere. Ita ſe habens, inflammatur ſpiritu, indeque ſuæ deificationis myſterium cernit. Animo prorſus igneſcit, ipſumque corpus ſua claritate impartit; haud ſecus ac ignis*

*oculis conſpicuus in naturæ ſuæ commercium ferrum aſciſcit. Hocque ipſum animus corpori efficitur, quod Deus animo exiſtit, iuxta ac Theologus loquitur. Neque enim fieri poteſt ut animus vivat, niſi eius qui condidit fulgoribus illuſtretur, neque ut corpus, quin ab animo roboretur: Attende diligenter quò ſpectent ea, quæ dicuntur. Corpus, Anima, Deus. Tria hæc. Deus principii ac finis expers, inacceſſus, imperſcrutabilis, inviſibilis, ineffabilis, qui nec tangi nec palpari poteſt, nullique obnoxius affectui eſt, nec enarrari poteſt, extremis temporibus apparens nobis in carne per Filium, ac maniſeſtatus per ſanctiſſimum ſuum Spiritum, uti fide docemur, æqualis nobis per omnia ſine peccato, animæ intelligenti miſcetur, mei animi cauſa, ut quidam ait, ut & ſpiritum ſalvum faciat, & carni immortalitatem præſtet. Quin & pollicetur, dicens,* Inhabitabo in eis & inambulabo. *Verùm animum attende. Deo, iuxta quod verè pollicitus eſt, in nobis veris ſervis ſuis inhabitante, ſanctiſſimique Spiritus afflatu & illuſtrationibus in animis noſtris inambulante, qui talibus digni ſunt Animi, à Deo ſeparari non poſſe exploratè credimus. Cumque rurſus Animi per omne pervadant corpus, nec ulli deſint parti, prorſus neceſſe eſt, ipſam quoque carnem, quæ ab Animo inſeparabilis ſit, quinimmo, quæ nec vivere abſque illo poſſit, totam Animi regi voluntate. Ac ſicut non poteſt corpus vivere ſine Animo, ſic neque tunc voluntatem habere poteſt ſine illo.* Hoc Chriſti, noſtręque Trinitatis myſterium. Chriſti ut exemplaris, quod id eo Deus ſit altiori aliaque ac in nobis ratione. In ipſo enim, ipſa hypoſtaſi unus, & in quo caro ſit ipſa ὁμόθεος, ut loquitur Gregorius, *unà Deus*: in nobis verò, ἐνεργείᾳ, ἐλλάμψει, *dono gratiæ, afflatu, illuſtratione*, ac quicquid in Sanctis Deus operatur, ut peculiarius filiis ac diis, non tamen naturâ, φύσει, ſed dono gratuito & adoptione, θέσει· quod diſertis verbis Symeon profitetur, ut non ſit nævus in ſcirpo quærendus, tantiſque vexanda hæc ejus creata Trinitas, divinæ imago, in qua ipſa, tria unus ſint Deus. etſi ſunt cautè omnia ad probatæ Theologiæ normam reducenda: quæ maximè cautio eſt Myſticis adhibenda, cujus defectu poſſint ſimplicioribus offenſioni eſſe, ac errorum illis anſam præbere. Infert ergo Symeon, Ἀποδέδεικται τοίνυν, ὅτι ὥσπερ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἷς Θεὸς ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως προσκυνεῖται· οὕτω πάλιν ἐν Θεῷ καὶ ψυχῇ καὶ σώματι, ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως κατὰ χάριν ὁ ἄνθρωπος γίνεται· μήτε τοῦ σώματος εἰς ψυχὴν μεταβαλλομένου, μήτε τῆς ψυχῆς εἰς θεότητα μεταποιουμένης· ἀλλὰ μένων ὁ Θεὸς καθὸ Θεός ἐστι, καὶ ἡ ψυχὴ καθὼς ἔχει φύσεως, καὶ τὸ σῶμα καθὼς ἐπλάσθη πηλός· ὁ παραδόξως συνδήσας αὐτὰ, καὶ τῷ ἐπιπλῷ συγκεράσας τὸ νοερόν τε καὶ ἄϋλον, αὐτὸς ἀμφοτέροις τούτοις ἀσυγχύτως ἑνοῦται· κἀγὼ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν ἐκείνου, ὡς ὁ λόγος ἀπέδειξε, γίνομαι. ἀλλὰ πάλιν, εἰ δοκεῖ, τὸν λόγον ἐπαναλάβωμεν. Πατὴρ, Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, εἷς Θεὸς, ὃν σεβόμεθα· Θεὸς, ψυχὴ καὶ σῶμα, ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος καὶ θεὸς εἶναι καταξιούμενος. *Igitur probatum eſt, ſicut in Patre & Filio & Spiritu ſancto, unus Deus inconfuſè ac indiviſè adoratur; ſic rurſus in Deo & Anima & Corpore, qui per gratiam eſt, fieri hominem indiviſè ac inconfuſè: ita nimirum, ut neque corpus in animam mutetur, neque anima in deitatem conſletur; ſed manente Deo quatenus Deus eſt, animaque, quomodo illi natura comparatum eſt, ac corpore, pro eo ac lutum formatum eſt; qui inaudita hac ratione devinxit, mentemque ac quod omni vacat materia luto miſcuit, ipſe ambobus his inconfuſè unitur; egoque, uti ſermo probavit, hoc nanciſcor, ut ad eius imaginem ac ſimilitudinem ſim. Verùm rurſus, ſi lubet, ſermonem reſumamus. Pater, Filius & Spiritus ſanctus, unus Deum, quem colimus. Deus, Anima & Corpus, homo ad Dei imaginem conditus, & cui obtingit ut ſit deus.*

Greg. Theol.

Nec longè eſt locus ille ex Orat. 27. Pontano durior viſus, ac Leoni Allatio in eorum exemplum adductus, quæ nemo pius æquo animo ferat in Symeone. Ὢ τοῦ θαύματος, ὅτι ἄνθρωπος Θεῷ ἑνοῦται πνευματικῶς καὶ σωματικῶς, εἴπερ οὐ χωρίζεται τοῦ νοῦ ἡ ψυχὴ, οὐδὲ τῆς ψυχῆς τὸ σῶμα· ἀλλὰ τῇ οὐσιωδῶς ἑνώσει γίνεται τρισυπόστατος κατὰ χάριν καὶ ὁ ἄνθρωπος· εἷς θέσει θεὸς, ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς, καὶ οὗπερ μετείληφε, θείου Πνεύματος· καὶ πληροῦται τηνικαῦτα τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ προφήτου Δαβὶδ, Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες· καὶ εἰκόνα δηλαδὴ καὶ καθ' ὁμοίωσιν τοῦ Ὑψίστου, γεννήματα θεῖα ἐκ τοῦ θείου Πνεύματος. *O rem miram! Homo Deo ſpiritaliter corporaliterque unitur; ſiquidem anima non à mente, nec ab anima corpus ſeiungitur: ſed & eſſentialiter unione quæ eſt per gratiam homo* τρισυπόστατος (velut trium ſubſtantiarum dicas) *efficitur; unus ſcilicet adoptione deus, ex corpore atque anima, & cuius factus eſt particeps, divini Spiritus. Tuncque impletur quod dictum eſt à Davide Propheta*, Ego dixi, Dii eſtis, & filii Excelſi omnes. Filii Excelſi, *imaginis ſcilicet ratione ac ſimilitudinis Altiſſimi; divina progenies ex divino Spiritu.* Pont. & Allat. ac ſi eſſet τῇ οὐσιώδει ἑνώσει, *unione eſſentiali*; monetque Pont. illud *nec ad Deum, nec ad gratiam referendum eſſe* (*Neque enim homo iuſtus aut cum Deo, aut cum gratia eſſentialiter unitur*) *ſed ad ſolam coniunctionem corporis & animæ; quæ utique eſſentialis eſt.* Malim ego τὸ, οὐσιωδῶς, uti eſt, adverbialiter reddere, quo determinetur vox τρισυπόστατος, ut dicatur homo trium ſubſtantiarum (quaſi ſcilicet in eis ſubſiſtens) ſimilitudine quadam ad divinas perſonas, non quovis modo, ſed οὐσιωδῶς, verè ſanè veraque unione, ſed per gratiam, & qua unus θέσει fiat, non una eſſentia. Notum eſt ſanctis Patribus pro eodem accipi οὐσίαν ac φύσιν· Sic paſſim exponunt Damaſc. Maxim. & alii: idem itaque illis φυσικῶς & οὐσιωδῶς, atque unio φυσικὴ & οὐσιώδης. Uti igitur unio φυσικὴ in Chriſto, naturalis, ſic dicta Cyrillo Anath. 3. non in eo conflat naturas, uti malè carpit Theodoretus, vel unam, alia abſorpta, factam adſtruit, Apollinarii errore; ſed earum veram unionem, καθ' ὑπόστασιν tamen (ſubſiſtendi ſcilicet ratione) ſic & ſignificat Symeoni, trium eſſentialis unio, vel qua homo unus eſſentialiter deus, tribus conſtans fiat, vera unio eſt, & qua verè id fiat, κατὰ χάριν tamen (per gratiam) non ut ex illis una quædam eſſentia emergat. Sic ſuperius ſemel & iterum uſurpata ea vox Symeoni, in iis quæ ex illo attulimus; poſſitque Pontanus vel Theodoreti exemplo emendari, ejuſque vocis uſum, ut & illi affinis, ex Cyrillo doceri. Φυσικὴν φαμὲν γενέσθαι τὴν ἕνωσιν, ἀλλ' ἐκ δύο πραγμάτων ἀνομοίων, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, τὸν ἕνα γενέσθαι Χριστὸν καὶ Υἱὸν καὶ Κύριον διαβεβαιούμεθα. *Naturalem dicimus factam eſſe unionem; ſed ex duabus rebus diſſimilibus, Deitate ſcilicet & humanitate, unum factum eſſe Chriſtum*

*& Filium & Dominum affirmamus.* Duabus, inquam, rebus diſſimilibus, quæ & diſſimiles reipſa ac eſſentia ſua, ab unione maneant; uti ſe res habet in illis exemplis, quibus Sancti unionem ſive hypoſtaticam, ſive quæ per gratiam eſt (amoris ſcilicet & charitatis, ſive etiam viſionis ac cognitionis) explicant. A

Videtur ipſe Cyrillus Symeoni præiviſſe libr. 9. in Ioan. verſus finem, ubi de prima creatione loquens, qua ad Dei imaginem homo conditus eſt, & ad quam per Chriſtum reformamur; excluſa ea opinione, quæ ſpiraculum à Deo homini inſufflatum, Animam rationalem exponit; ipſe Spiritum ſanctum interpretatur, velut ſignaculum perfectæ jam ex anima & corpore humanæ naturæ, à Deo impreſſum; quo ſic hom. Deus unus θέσει ſit, ac in tribus verè exi- B ſtens. Μέτοχον αὐτὸν τῆς ἰδίας φύσεως ἀποτελεῖ Θεός. Ἐνεφύσησε γὰρ εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, τοῦτ' ἔστι, τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ. καὶ γάρ ἐστιν αὐτὸς ἡ ζωὴ μετὰ Πατρὸς, συνέχων εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. κινεῖται γὰρ ἐν αὐτῷ τε καὶ ζῇ, τὰ ζωῆς δεκτικά. *Participem eum Deus reddidit ſuæ naturæ.* Inſufflavit enim in faciem ejus ſpiraculum vitæ; *hoc eſt, Spiritum Filii. Ipſe enim Vita eſt cum Patre, in eſſe omnia continens. In eo quippe moventur & vivunt, quæ vitæ capacia ſunt.* Aliiſque in eam rem interiectis, Ὡς οὐκ ἄν οἰμαί τις εὖ φρονῶν τὸ ἐκ τῆς θείας οὐσίας προελθὸν ἐμφύσημα, ψυχὴν οἴοιτο γενέσθαι τῷ ζώῳ· ψυχωθέντι δὲ μᾶλλον, καὶ πρὸς ἰδιότητα τῆς τελείας φύσεως δι' ἀμφοῖν ἀρτιουμένῳ. ψυχῆς δὴ λέγω καὶ σώματος, διά περ τινα σφραγῖδα τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἐνέπηξεν ὁ Δημιουργὸς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τοῦτ' ἔστι τὴν πνοὴν τῆς ζωῆς, δι' ἧς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον διεπλάττετο κάλλος· ἀπετελεῖτο δὲ κατ' C εἰκόνα τοῦ κτίσαντος, πρὸς πᾶσαν ἰδέαν ἀρετῆς, δυνάμει τοῦ ἐνοικισθέντος αὐτῷ διακρατούμενος Πνεύματος. *Neminem ſanæ mentis exiſtimaturum unquam arbitror, afflatum ex divina ſubſtantia procedentem, animali animam extitiſſe; ſed animato potius, & ad proprietatem naturæ perfectæ ex anima & corpore deducto, naturæ ſuæ veluti ſignaculum Creatorem impreſſiſſe, Spiritum ſanctum, id eſt, ſpiraculum vitæ; per quod ad archetypi pulchritudinem formaretur, & ad Creatoris imaginem, ad omne virtutis genus, inſerti ei Spiritus inque eo locati, virtute conſervatum, perficeretur.* Amiſſa hæc, per facultatem arbitrii (quæ ipſa in homine, ait Cyril. quædam imaginis portio eſt) ut in Chriſto unione itidem divinitatis cum humana natura, reparata ſint, & per eum ipſoque Mediatore in nobis; idem pluribus proſequitur: ſed hæc nobis ſufficiant.

Poſſem alia afferre, ut quod habet ſerm. de Prævaricatione Adæ, ubi & illud οὐσιωδῶς recurrit. Ἐκεῖθεν τὸ φρικτὸν ἀκούων τοῦ μυστηρίου, καὶ τὸν D λόγον πιστὸν ὄντα, μετὰ πάσης ἀπόδεξαι πληροφορίας καὶ πίστεως. συλλαμβάνομεν οὖν αὐτὸν, οὐχὶ σωματικῶς, ὡς ἡ παρθένος καὶ Θεοτόκος αὐτὸν συνέλαβεν· ἀλλὰ πνευματικῶς μὲν, οὐσιωδῶς δέ· καὶ ἔχομεν αὐτὸν ἐκεῖνον, ὃν καὶ ἡ ἁγνὴ Παρθένος συνέλαβεν, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, καθὼς ὁ θεῖος Παῦλος φησίν. Ὁ Θεὸς ὁ εἰπὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, αὐτὸς ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· οἷον εἰπεῖν, ἀντὶ τοῦ, Αὐτὸς ὅλος οὐσιωδῶς γέγονεν ἐν ἡμῖν. *Obtupeſce tremendum audiens myſterium; ac ſermonem, qui fidelis ſit, omni certitudine ac fide ſuſcipe. Illum itaque concipimus, non corporaliter, quemadmodum Virgo ac Deipara eum concepit, ſed ſpiritaliter quidem, verùm eſſentialiter; eundemque ipſum habemus (quem & Virgo caſtiſſima concepit) in noſtris cordibus, uti beatus Paulus ait,* Deus qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, ipſe illuxit in cordibus noſtris; *pro eo ac diceret, Ipſe totus eſſentialiter in nobis verſatus eſt.* Ergo, vult eſſentiale Deo in nobis eſſe? Nugæ. Vult certè ipſum revera Deum eſſe in nobis peculiari præſentiæ modo, nihil ſeparatum à ſuis donis, quorum auctor eſt, ſupra omne debitum naturæ. Sequitur Ὅτι δὲ καὶ ἡμεῖς τὸ ἄστεκτον πῦρ τῆς θεότητος ὡσαύτως δεχόμεθα, ἄκουσον τοῦ Κυρίου λέγοντος, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τῆς γῆς· ποῖον ἄλλο, εἰ μὴ τὸ ὁμοούσιον αὐτοῦ τῆς θεότητος Πνεῦμα, μεθ' οὗ συνεισέρχεται καὶ συνθεωρεῖται σὺν τῷ Πατρὶ καὶ αὐτὸς, καὶ ἔνδον ἡμῶν γίνεται. *Quod autem nos etiam importabilem Deitatis ignem ſuſcipiamus, audi Dominum dicentem,* Ignem veni mittere in terram. *Quem ignem, niſi Spiritum Divinitati ſuæ conſubſtentialem, cum quo unà cum Patre ipſe quoque ingreditur & intelligitur, ac in nobis verſatur.* Modumque ſpecialem ſequentibus explicat, qui eſt Euchariſtiæ perceptione, qua extenſio eſt, eius quod in Maria peractum myſterium eſt; & qua eius carnem manducantes, ὅλον τὸν σαρκωθέντα Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν αὐτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ υἱὸν τῆς παρθένου καὶ παναμώμου Μαρίας, τὸν ἐν δεξιᾷ καθήμενον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἐν ἡμῖν ἔχομεν κατὰ τὸ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένον, Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα κ. τ. ἑ. *Totum incarnatum Deum & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, eundem Dei, Virginiſque ac intemeratiſſimæ Mariæ Filium, eum qui ſedet in dextera Dei & Patris, in nobis habemus, juxta ac dictum ab illo eſt,* Qui manducat meam carnem, &c. Quæ verba alibi ſic exponit, *In me manet,* ἐν τῇ ἐμῇ δόξῃ, ἐν τῷ ἐμῷ φωτὶ, ἐν τῇ ἐμῇ θεότητι. *In mea claritate, in mea lumine, in mea Deitate;* quæ ſunt dignè communicantium, & eorum qui divino illo cibo verè mente reficiantur.

Nimium eſt, quod ita revelationem, notitiam, illuſtrationem, ac quæ eiuſmodi ſunt prædicat, ut & donum gratiæ, quod habentem lateat, videatur excludere, certamque omnino inhabitantis Dei cognitionem invehere. Haud quidem inficiandum, viris perfectis ex divinorum in eis ſenſu ac guſtu, ingentem quandam oriri perſuaſionem, quod iuſti ſint, ac verè ſint templum Dei, eiuſque eſſe quos patiuntur divinos ardores ac illuſtrationes: ſecluſa tamen revelatione, quam & Dei eſſe certò quis noverit, nemo ſe iuſtum ſic omnino exiſtimare poteſt, ut non ſit formido aliqua oppoſiti, ut neceſſe ſit & illi dicere cum Apoſtolo, *Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc juſtificatus ſum.* In actu tamen exercito, ut loquuntur, ſic afficiuntur, ut unum Deum cogitent, nec ab eo eiuſque amore ſe unquam divelli poſſe putent. Quem affectum expreſſit Paulus, cùm ait, *Quis nos ſeparabit à charitate Dei?* Sicque ſane intelligenda illa Symeonis, quæ plus aliquid emphaſis habere videntur. Facit & illud eiuſdem Apoſtoli, *Vos ipſos probate, ſi eſtis in fide, in dilectione.* Ad eam probationem ſpectant, quæ Serm. de Iudicio ſic habet. Ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν θεατάσθω, εἰ τὸν Θεὸν Λόγον ἐλθόντα ἔλαβεν, ἢ τέκνον Θεοῦ ἐγένετο, εἰ οὐκ ἐξ αἵματος καὶ σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ Θεοῦ γεγέννηται, εἰ ἔγνω τὸν σαρκωθέντα Λόγον σκηνώσαντα ἐν αὐτῷ, καὶ εἰ ἐθεάσατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ Πατρός· ἰδοὺ γέγονε Χριστιανὸς, καὶ ἀναγεννηθέντα ἑαυτὸν ἐθεάσατο, καὶ τὸν γεννήσαντα αὐτὸν Πατέρα ἐγνώρισεν. οὐ λόγῳ

μόνον, ἀλλ' ἔργῳ χάριτος καὶ ἀληθείας. ἐμμείνωμεν ἀδελ- A
φοὶ ἐν τούτῳ τῷ ἐσόπτρῳ τῆς ἀληθείας, καὶ ἀποστῶμεν τῆς
βλαβερᾶς καὶ αἱρεσιώδους διδασκαλίας καὶ ἀπονοίας, τῶν
λεγόντων μὴ ἀποκαλύπτεσθαι νῦν ἐν ἡμῖν τοῖς πιστοῖς, τὴν
δόξαν τῆς θεότητος τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, διὰ τῆς τοῦ ἁγίου
Πνεύματος δωρεᾶς. ἡ γὰρ δωρεὰ, ἐν τῇ ἀποκαλύψει δί-
δοται· καὶ ἡ ἀποκάλυψις διὰ τῆς δωρεᾶς ἐνεργεῖται.
*Quiſque noſtrum videat, num Deum Verbum venientem ſuſceperit, num Dei filius effectus ſit; an non ex ſanguine ſolum & ſanguine, ſed & ex Deo natus ſit; num Verbum incarnatum in ſe habitans cognoverit, & gloriam ejus, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre viderit? Ecce Chriſtianus evaſit, ſeque regeneratum vidit, & quo natus eſt, Patrem cognovit, non verbo ſolum, ſed opere gratiæ & veritatis. Perſeveremus, fratres, in veritatis hoc ſpeculo, & à noxia ac hæretica doctrina ſententiaque eorum abſcedamus, qui dicunt, non revelari nunc nobis fidelibus, Domini Ieſu Deitatis claritatem, per donum ſancti Spiritus. Donum enim in revelatione* B *datur, & revelatio ſeu manifeſtatio, per donum præſtatur.* Videntur hæc paulò duriora, niſi intelligantur de ſenſu quodam ac guſtu in Fidelibus, præſertim ſapientibus & perfectis, quos Græci γνωστικοὺς vocant. Quandoque etiam in incipientibus & pœnitentibus in fervore animi, quos videre divinum Lumen ait Symeon, ſed non adipiſci, quod ulteriores pœnitentiæ labores & certamina detrectent. Nec abſque errore negari poteſt. Quod autem omnes, in quibus gratia ſecretius operatur; nec eſt illa revelatio ſeu manifeſtatio, quod Symeon videtur exigere, mortuam fidem habeant, hocque ille velit, majoris erroris ſit. Hæcque forte alter alteri Symeon & Syncellus oppoſuerint. Quod refert Symeon Euſtratii Martyris, virtute clariſſimi, exemplum, rem non conficit; quod C
ſcilicet dixerit, Νῦν ἔγνων, ὅτι ναὸς Θεοῦ εἰμὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ οἰκεῖ ἐν ἐμοί. ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας. πρὸς δὲ τὸν δικάζοντα τύραννον, Εἴ σοι τὰ αἰσθητήρια τῶν φρενῶν μὴ ἠλλοίωτο, καὶ τῷ τῶν παθῶν φυράματι μὴ κατεσκεύαστο πρὸς τὸ γεῶδες ἡ ψυχή σου, ἔδειξα ἄν σοι τὸν Ἐσταυρωμένον τοῦτον, Σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν καὶ εὐεργέτην τυγχάνοντα. *Nunc cognovi, quod templum Dei ſum, & Spiritus ejus habitat in me. Diſcedite à me omnes operarii iniquitatis. Et ad Tyrannum judicem, Niſi tibi ſenſus mentis evariati eſſent, animuſque vitiorum colluvie & affectuum in terrenum habitum tranſiſſet, oſtendiſſem utique tibi hunc Crucifixum, qui Salvator & redemptor ac beneficus ſit.* Non enim ſequitur, quod ita Symeon infert, Εἶδες πῶς ἡ πίστις τῶν ἔργων δίχα νεκρά ἐστι; πρὸ γὰρ τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τοὺς τοῦ μαρτυρίου ἀγῶνας τὸν ἅγιον, ἐπειδὴ τὴν πίστιν μόνην εἶχεν, οὐκ εἶχε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν αὐτῷ· ὅτε δὲ ἐκ τῶν ἔργων τὴν πί- D
στιν ἔδειξε, τότε καὶ ναὸν ἑαυτὸν Θεοῦ ἐπέγνω, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ τὸ ἅγιον οἰκοῦν ἐν ἑαυτῷ γνωστικῶς, τοῖς νοεροῖς ὀφθαλμοῖς ἐθεάσατο. *Vides quomodo Fides ſine operibus mortua eſt? Priuſquam enim Sanctus martyrii certamina ſubiret, quod ſolam fidem haberet, non habebat in ſe Spiritum ſanctum. Vbi autem ex operibus fidem oſtendit, tunc & ſe Dei templum eſſe agnovit, ejuſque Spiritum ſanctum in ſe habitare, ſapienter mentis oculis conſpexit.* Vnde enim vir ἐπ' ἀρετῇ περιφανὴς ὄντος, Chriſtiana ſcilicet virtute conſpicuus, ſola fide, eaque adeò mortua præditus? Imò habuit & Spiritum ſanctum & donum, ſed inter certamina magis habuit & agnovit, uti Auguſt. in Ioan. de promiſſione Spiritus

A Apoſtolis facta, exponit.

Vnus locus eſt, quem refert Leo Allatius ex Symeonis Sermone 3. de Oratione ſeu Attentione, quem etiam Nipho Monachus adverſus Palamam urget, qui nec apparentem medicinam, ſenſumve ullum commodum, videatur recipere. Non occurrit mihi ille Sermo in Cod. E. Card. Mazar. ac nec in illis quæ Pontanus latinè edidit. Certe ſe ita ſcripſit Symeon, non divino Spiritu, ſed ſuo, illoque errante, ſcripſit. Sic autem ſcripſiſſe; & in diſcipulos ſparſiſſe quæ Meſſaliani & Omphalopſyci inter paucos duntaxat magiſque fideles muſſitabant, & in illis damnata erant, non facilè mihi perſuadeam; quod in aliis locis nihil eiuſmodi habeat. Exigit ille quidem, ut & reliqui Myſtici, ad recipiendum divinum lumen, aliquam in nobis præparationem; puritatem cordis, contritionem, humilitatem; omnem denique ἀπάθειαν, & ut homo ſenſibus excedat eiſque moriatur; quæ ſunt quaſi removens, quod afflatum divinum prohibeat: qui nec ipſe his neceſſariò comes ſit, ſed prout ſederit divinæ voluntati, ac ſe Sponſus dignabitur ſponſæ manifeſtare. In qua ipſa re neceſſaria ſit maxima quædam modeſtia & cautio, ne dum ſponſa nimium tenere cupit ſibique addicere, & in eius intrare ſecreta, Sponſum cogat avolare. Serm. Περὶ τῆς ζωοποιοῦ νεκρώσεως, poſt exaggeratam Dei dignationem, quod in nobis per pœnitentiam inhabitare ac inambulare ſuſtineat, redeuntibus occurrere, in collum ruere, oſculo accipere, ac reliqua præſtare, quæ ſub Prodigi perſona ac parabola perſcripta ſunt in Lucæ Evangelio; unde homo, quaſi prægnans Deo, eoque plenus, intra notitiam eum portat, qui ipſum portantem & omnia produxit creavitque; θησαυρὸν ἄφατον, ἀνεκλάλητον, ἄποσον, ἀνείδεον, ἄϋλον, ἀσχημάτιστον, ἐν ἀμηχάνῳ κάλλει μεμορφωμένον, ὅλον ἁπλοῦν, ὥσπερ φῶς, τὸ ὑπὲρ πᾶν φῶς. *Theſaurum ineffabilem, nulla ſermonis vi explicabilem, qualitatis, quantitatis, formæ, materiæ, figuræ expertem, immenſa pulchritudine, totum ſimplicem, velut Lumen, quod omne excedit lumen*; quo utique omnium ditiſſimus beatiſſimuſque, nullius egens, & quem nulla foris deſideria fatigent, evadit; ita ſapienter admonet. Βλέπε ὁ τοιοῦτος γενέσθαι ἀξιωθεὶς, ὁ ἔνοικον κτησάμενος ὅλον ἐν σεαυτῷ τὸν Θεὸν, μήποτε ἀνάξιόν τι τοῦ θελήματος αὐτοῦ ἢ πράξεις, ἢ ἐκ χειλέων προφέρεις, καὶ εὐθὺς ἀπολέσεις τὸν ἔν σοι κεκρυμμένον θησαυρὸν, ἀπαναστάντος αὐτοῦ ἀπὸ σοῦ. τίμησον αὐτὸν ὅσον εἰς δύναμιν, καὶ οὐδὲν τῶν αὐτῷ μὴ ἀρεσκόντων, μηδὲ πρεπόντων αὐτῷ φυσικῶς περιεργάσῃς εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ ἐάσῃς σε ἀναχωρήσει ὀργισθεὶς κατὰ σοῦ. μὴ πολυλόγει πρὸς αὐτὸν, μηδὲ προσάπτε ἀναιδῶς, ἐν σεαυτῷ λογιζόμενος, καὶ λέγων, Ἐπιδείξομαι ὑπερβάλλουσαν θερμότητα, καὶ ζῆλον ἀγάπης πολὺν τῆς πρὸς αὐτὸν, ἵνα μου τὴν πρόθεσιν ἀποδέξηται, καὶ γνῷ, ὅτι ἀγαπῶ καὶ τιμῶ αὐτόν. ἴσθι οὖν, ὅτι πρὸ τοῦ ταῦτα ἐννοῆσαί σε, ἐκεῖνος πάντας τοὺς λογισμούς σου ἐπίσταται, καὶ οὐδὲν αὐτὸν λέληθεν. ἀλλὰ γὰρ μηδὲ νοεραῖς χερσὶ κρατῆσαι αὐτὸν ἐπιχειρήσῃς· ἄληπτος γάρ ἐστι· καὶ ὅσον ἅψασθαι αὐτοῦ τολμήσεις ἢ καταχεῖν αὐτὸν οἰηθῇς, ἕξεις ἔνδον οὐδέν· ἀλλ' εὐθὺς ὅλος ἀφαντωθήσεται ἀπὸ σοῦ, καὶ πολλὰ μεταμελήσῃ καὶ κλαύσεις συντρίβων σεαυτὸν καὶ μαστίζων, καὶ ὠφελήσεις ὄντως οὐδέν. *Vide cui obtigit ut talis fieres, qui totum in teipſo nactus es Deum hoſpitem, ne quando indignum aliquid ejus voluntate aut egeris, aut ex labiis protuleris,*

A *protuleris, moxque occulti in te theſauri jacturam feceris, abeunte illo à te. Cole eum pro virili tua, nec eorum quæ minus ei placent, nec ei naturâ inſunt, in eius domum aliquid intuleris, iſque te relicto abſcedat, iratus in te. Ne cum illo verboſior ſis, néve impudenter irruas, apud temetipſum cogitans ac dicens, Eximium fervorem oſtendam, multamque charitatis in ipſum æmulationem, ut meum propoſitum probet ac voluntatem, ſciatque, quod eum diligam & colam. Scito igitur, priuſquam hæc tibi in animum venerint, noſſe illum omnes tuas cogitationes, nec quicquam eum latere. At neque mentis manibus tenere eum moliaris: Incomprehenſibus enim eſt; quantumque attingere auſus fueris, aut detinere eum putaveris, intus nihil habebis: ſed ſtatim totus à te diſparebit, multaque te pœnitudo tenebit, & lugebis, contereſque teipſum & cades, nec planè quicquam commodi referes.* Quid hæc ſic caſta & elimata, cum Meſſalianorum nugis verè meretriciis & ex orco profectis? Vix ipſe niſi B aliis edita proferrem. Priora quidem tria documenta ad contemplationem non inutilia; otium quoddam ac vacatio à negotiis omnibus, iis etiam quæ honeſta videantur; conſcientia munda, & ut nullis rebus afficiaris, vel ipſi corpori. Hæc enim ἀπάθεια, & unde mentis tranquillitas, cui divini Solis fulgor proclive illucet. Quod verò ſequitur plenum ineptiæ eſt, cum pari impietate. Εἶτα καθίσας ἐν κελλίῳ ἡσύχως, καὶ ἐν μιᾷ καταμόνας γωνίᾳ, πρόσεξαι ποίησαι ὃ λέγω σοι. κλεῖσον τὴν θύραν, καὶ ἔπαρον τὸν νοῦν σου ἀπὸ παντὸς ματαίου, ἤγουν προσκαίρου. εἶτα οὖν ἐρείσας τῷ στήθει τὸν πώγωνα, κινῶν τὸν αἰσθητὸν ὀφθαλμὸν σὺν ὅλῳ τῷ νοῒ ἐν μέσῃ κοιλίᾳ, ἤγουν ἐν τῷ ὀμφαλῷ, ἄγξον καὶ τὴν τοῦ ῥινὸς τοῦ Πνεύματος ὁλκὴν, τοῦ μὴ ἀδεῶς ἀναπνεῖν, καὶ ἐρεύνησον νοητῶς ἔνδον ἐν τοῖς ἐγκάτοις εὑρεῖν τὸν τόπον C τῆς καρδίας, ἔνθα ἐμφιλοχωρεῖν πεφύκασι πᾶσαι αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις. καὶ πρῶτον μὲν σκότος εὑρήσεις, καὶ πάχος ἀνένδοτον. ἐπιμένοντος δέ σου, καὶ τοῦτο τὸ ἔργον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ποιοῦντος, εὑρήσεις, ὢ τοῦ θαύματος, ἄληκτον εὐφροσύνην. ἅμα γὰρ εὕρῃ ὁ νοῦς τὸν τόπον τῆς καρδίας, βλέπει παρευθὺς, ἃ οὐδέποτε ἠπίστατο· βλέπει γὰρ τὸν μεταξὺ τῆς καρδίας ἀέρα καὶ ἑαυτὸν, φωτεινὸν ὅλον καὶ διακρίσεως ἔμπλεων, κ. τ. ἑ. *Tum ſedens quietè in cellula, inque uno ſeorſim angulo, animum adhibe ut facias, quod tibi dico. Clauſo oſtio, mentem eleva ab omni re vana, temporanea ſcilicet & caduca. Tumque innixa pectori barba, ſenſibilemque oculum cum omni mente, in ventris medium (id eſt, umbilicum) movens; comprime & narium ſpiritus attractionem, ne libera ſit reſpiratio; mentiſque indagine ſcrutare intus in viſceribus ut in-* D *venias locum cordis, ubi omnes facultates animæ immorari ſolent. Primúmque tenebras offendes, & duram craſſitiem. Verùm ubi perſeveraveris, ac opus hoc, diu noctuque continuaveris, invenies (rem miram!) jugem conſolationem. Mox enim ac mens, cordis locum invenerit, confeſtim videt, quæ nunquam noverat. Videt enim interjectum äërem, ipſaque ſemetipſam lucidam totam ac diſcretionis plenam,* &c. Hæc ſic affectata ac ridicula, ipſa ſe fatuæ mentis deliria produnt, & quibus malus ſpiritus illudat, non ipſe bonus Spiritus cor hominis impleat, cui potius humilitas & compunctio ac cordis contritio, luctuſque pœnitentiæ iter in animum pandant: quæ ferè exigat Symeon, quo fit, ut hæc ejus non facilè admittam. Hac regula ſanctus Nicephorus Patriarcha, Theodoto Ancyrano abrogat, quos ei ſermones adſcribebant Iconomachi, & quibus illi ſuo errori præſidium quærebant; quod nimirum Orat. in Symeonem & Annam, quæ ejus certum monumentum eſſet, ille aliter ſenſiſſet; quanquam ejus auctoritas (quippe auctoris non omnino laudati) non admodum premeret. Potuerint æmuli, quos tantos Symeon paſſus eſt, hoc illi affingere, ut eſt facilè, unum aliquem ejuſmodi tractatum, vel ſermonem vel epiſtolam, non tantæ molis aut induſtriæ, vel ejus infamandi cauſa, vel captandæ auctoritatis, alteri ſubdere. Hinc innumera illa ἐπιγραφομένων ſeges & ψευδεπιγράφων apud Græcos pariter & Latinos. Michaël Pſellus Orat. ſua ad Synodum in cauſa Cerularii, Sede pulſi ſeculari poteſtate, ac Synodali cognitione damnandi, quam ille damnationem ac depoſitionem ſeriò urgeret; viſa B illa, quibus aliquid non ſatis Chriſtianam decens honeſtatem; exque Dei & Sanctorum rationibus, immiſceatur; diabolica commenta eſſe probat; cujuſmodi oſtendit, quibus ſe patronum Cerularius præberet, hinc graviſſimè arceſſens Chaldaiſmi, ut vocat; ſuperſtitionis Scilicet ſpirituum & Animorum: quæ, aliaque in eum dicta ſcriptaque, nec injucunda lectu, nec inutilia fore ſpero, in vulgando à me Hiſtoriæ Byzantinæ expectato tomo, quo ſuis coloribus egregiè depicti atque expreſſi prodantur, qui Græcis ſchiſmatis Auctores extitere; nequiſſima verè capita, & qui tantæ gentis & Eccleſiæ labe ac ἀποστασίᾳ, ulti ſint, quas videbantur injurias ipſi accepiſſe. Hæc hactenus, juſto fortè παρεκβατικώτερον· in quibus ipſis meliora expe- C cto, ſi quis docere habeat, ac vel Symeonem certius vindicare, vel etiam reum facere. Supereſt pauca quædam in ipſam Calecæ lucubrationem ex more annotare.

1. Ὡς τὰ ὄντα ἄγια. Portentoſa omnia Palamitarum de Dei Eſſentia, ejuſque Operatione; tantis hîc à noſtro Caleca, expoſita; ut ſolùm memoraſſe, confutaſſe ſit; quod palam ſit, ejus, quam eſſentialem ac coæternam Deo ἐνέργειαν ponunt, eas eſſe conditiones, quæ verè creatum aliquid extra Deum illam eſſe oſtendant; proinde ejus effectum, ſolaque ejus voluntate exiſtens, non neceſſaria aliqua conjunctione illi cohærens. Idque omnino evincit Dionyſii uterque locus, hîc allatus, quibus illi per ſummum ſtuporem, nitebantur ſua confirmare· D ἐνέργεια ergo, non ipſa in ſe, quæ Deus ipſe eſt, ſumma cum Deo unitate, nihilque reipſa à natura & eſſentia diverſa, ſed ejus effectus; majeſtas ipſa & claritas, δόξα, quam Deus extra ſui in viſionem ſeipſo quandoque amicis impartitur; ad Deum ſe habet, ut quæ non ſunt ſancta, iis comparata quæ Sancta ſunt; quæ ipſa creati ad Deum ratio eſt: τὸ μὴ ὄντος, πρὸς τὸ ὄν: Tanquam non ſint, ac nihil ſint, ſic ſunt omnia, relata ad Deum. Hocque volunt ſic emphatica Dionyſii verba, quibus reddendis non ſatis felix deſudavit Corderii induſtria, potuitque meliora vel à Sodali Lanſelico habere. Priori loco ex 2. ad Caium, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ἐπέκεινα, nullo ſenſu reddit, ac velut eſſet θεαρχία καὶ ἀγαθαρχία, *tanquam principium divinitatis & principium bonitatis.* Cùm ſit, *Superior eſt* ὁ

ὑπεράρχιος (*Deus omni principio eminens*) *ſic dicta divinitate & bonitate, uti etiam divinitatis & bonitatis principio*; quod Dei donum vocat, quo & dii & boni efficiamur, participatè ab illo; cui proinde liquet eum eminere. Altero loco ex 12. de Divin. nom. καὶ πάντων τῶν μετεχόντων καὶ τῶν μετοχῶν· ſubaudi, ὑπερίδρυται, *eminet omnibus participantibus & participationibus*; Cord. *cum ὁ αἴτιος omnium participantium & participationum auctor.* Paulò melius Lanſelius, *Superat ea omnia quæ participant*; ſed debuit addere, *& quæ participantur.*

2. Ὀφθαλμοῖς σωματικοῖς ληπτὸν γίνεται. Hæc Palamas, de effectu in animo (ipſoque corpore) quo ſic totus homo afficiatur, & in Deum B transferatur videatque (corporeis maximè oculis) non ipſum Deum, ſed claritatem, ſeu aliquid divini luminis, non Deo congenei, ſed ab illo facti atque creati, ad præſentiæ ſuæ ſenſum ingerendum, ſi loqueretur, non ſic à vero aberraret; nec alia ferè diceret, quàm quæ pleriſque Sanctorum ſapientiæ cultu longè provectis (viris ſcilicet γνωστικοῖς, ut Græci vocant) accidiſſe legimus. Exiſtimat Calecas in ſequentibus, Palaman ac ſequaces ad depellendũ crimen, quaſi ipſam Dei Eſſentiam videri oculis corporeis dicerent, ad increatam Operationem, ſicque dictas Deitates, confugiſſe; malum malo curare ſtudentes, per ſummam inſcitiam. At nec ego illos capio, qui Thaborium Lumen ipſam verè Deitatem, oculis ipſis corporeis, Apoſtolis viſam exiſtimant; videndamque Beatis in cœlis putant; nec in Armenorum errorem, *ita ſentiendo*, ac quaſi velint non ipſum Deum videndum, ſed quandam ejus claritatem, C impingere dubitant. Aliter doctus ſum in Schola S. Thomæ, nec mihi videtur Deus, ad quem potentia limitata, qualis eſt oculus organo affixus, quantavis elevatione attingere poſſit. Rem altius hîc arceſſere ac diſputare nolim.

3. Ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκεῖνο σύμφυσις. Major certè animorum, quàm corporeum unio; divini præſertim Spiritus per ſua dona nobis illabentis, ſibique adhærentem, unum ſecum ſpiritum facientis: quæ maxima quædam σύμφυσις & συμφυΐα, *unio, coalitio, conſociatio, concretio*, ac quicquid ejuſmodi ea voce ac ſequenti, ἀνάκρασις, ad idem ſpectans, reddi poteſt ac intelligi. Poſſetque Palamas recte dicere, niſi προσλήψει ad increatam Deo eſſentialem operationem cuncta referret, quæ ſunt effectus, ejuſque liberæ voluntatis, quanquam altioris præ natura ordinis ac divini.

4. Ὡς ἀπὸ τῶν Ἁγιορειτῶν. Τὸ Ἅγιον ὄρος vocant D Græci montem Athos in Macedonia, excelſum inſtar peninſulæ in mare Ægeum excurrentem, ſolis Monachis Baſilienſibus addictum; ex quo ferè omnes Epiſcopi aſſumebantur ad Eccleſias regendas ſub Throno Conſtantinopolitano: ceſſitque optimè, quandiu cum pietate cultuſque diſciplina in eis eruditio viguit ac recta fides, qua obſcurata, Palamitarum erroris nebula, ac quod rudes Monachi nec ſatis pietatem docti, exiſtimatæ Viri ſanctitatis ſpiritaliſque ſcientiæ larva deluſi, Græcæ ferè Eccleſia erant ejuſque capita, facilè fuit labem in eam propagari, ipſamque invadere Sedem Conſtan- A tinopolitanam, nec non libris eorum Eccleſiaſticis inſpergi, etiam impreſſis. In quo certè gravius peccatum Venetis, apud quos prodiere, quod nebuloni Græculo re tanti credita, fucum Genti fieri permiſere. Quos enim deficiant libri antiquiores manu exarati, editis illis typorum partu utantur neceſſe eſt, exque illis hauriant Palamitarum virus omne, ipſumque Palamam ut Sanctum ac eximium Doctorem habeant. Nec aliter dicendum de Triodi Synaxariis, à Calixto ipſo hæretico ac ſchiſmatico ei adjectis, innumeriſque erroribus infercitis, cùm Triodium antè nulla Synaxaria haberet, ſed ſola Cantica & Canones, quos vocant, atque modulos, omnia ſummam pietatem ſpirantia ad ſanctæ Quadrageſimæ cultum; cujus, ritu Latino, hodie, quo ſcribo, IV. Idus Martii, celebramus initium ac caput. Ejus veteris ſanique Triodii exemplum ex Tiliana Bibliotheca utendum quandoque habui, erudita manu pridem exaratum; atque utinam diſſipata ea Bibliotheca, ejuſque, per hæredes Viri amiciſſimi D. du Tillet Baronis de la Buiſſiere, fœdo naufragio ac diſtractione, apud meos Prædicatores, velut pauci quidam alii libri Eccleſiaſtici, tutum hîc portum inveniſſet, unde quaſi ex armamentario, ejus uſus aliquis in rem Chriſtianam foret. Nec enim quid eo factum ſit, quòve evaſerit, mihi liquet.

5. Ἀλλὰ καὶ θανών. Novi hujus ex orco Sancti, operum, extat ſpiſſum ſatis volumen in Biblioth. Em. Card. Mazarini τῷ μακαρίτῃ, quod ipſum *Sancti Gregorii Theſſalonicenſis Archiepiſcopi* prænotatur. Nolim tamen ullus in Eccleſiæ (quæ una Chriſti ſponſa eſt, ac columba) caſtris militans, Poſſiniano in Theophylacto perinde Schiſmatico, etſi non fortè tantis hæretico, errato, Sanctum nobis ex ejus fide (glorioſo ſcilicet illo titulo, Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου) obtrudat; ut neque Epheſium, alioſque, quos ſic vindicant cæci homines & pervicaces, non alio quàm erroris, vel iis inventi, vel producti factique auctioris, ac ſchiſmatis, præmio; quo uno, reliqua omnia ejus retro Eccleſiæ Lumina, illis adunt; ſic laudant, ſic ventitant, ſic in quemque illorum, omnium ſuperiorum laudes, hiſque majores faſtuoſioreſque titulos, effuſius acervant. Sic certè Michaël Pſellus, Cerularium Photiani ſchiſmatis inſtauratorem, Oratione ejus Laudatoria, quæ mihi extat, cum ejus aliis producenda, magnificè celebrat, cunctiſque ſuperioribus ejus Sedis Antiſtitibus præfert, quod illis penè ἀδιάφορον habentibus, quo diſſidere videbantur Latina Græcaque Eccleſia, ipſe majori zelo exarſerit, calentiuſque Latinos impugnarit, ac ab eis, Eccleſiæ, cui præerat, æterno ſchiſmate cœtam abjunxerit: quod poſt Photium reliqui non fecerant, etſi eorum plures Romanam Eccleſiam rodere non ceſſabant, ac ſchiſmatis ſemina fovere, ovaque ponere, quæ tanta Eccleſiarum labe, omnium audaciſſimus excluſit, quem dicebam, Cerularius; ipſe ejuſdem Pſelli Oratione ad Synodum, ſuis omnibus coloribus depictus, ſi qua fides hominis ſic verſatalis ingenii ac ipſe ſe utraque illa Oratione Pſellus prodidit. Erunt tamen ambæ nec lectu injucun-

dæ, nec ejus Eccleſiæ, Vrbiſque ac Imperii notitiæ, ſic doctis expertiæ, prorſus inutiles. Noſter Calecas contra errores Græcorum, hoc vel maximè voluerit, quod à Cerulario ad Photium retrò, ejus Sedis Antiſtites à ſchiſmatis vel hæreſews nota liberat; nec Leo Allatius in ſua de Græcorum Libris Eccleſiaſticis diſſertatione ipſum impugnans, aliud evincit, quàm quod modò à me dictum eſt.

6. Κατὰ τὸ ϑεῖον Ἀναςάσιον Ἱεροσολύμων. Nullus adduci poſſim, ut non putem eſſe mendum, ac laborare alterutram vocem. Vt enim Ἀναςάσιον retineamus, planè movendum τὸ, Ἱεροσολύμων. Nullos enim Calecas profert Auctores, quàm qui Græcis noti ſunt, probatique Magiſtri apud illos audiunt; quorum proinde auctoritate premantur. At Anaſtaſium Ieroſolymitanum apud Græcos doctrina ac fide clarum, nulla nobis monumenta, nulli eorum libri, aut ſaltem fama, produnt, ſed ſolum Sinaitam, τὸ Σιναΐτ, qui & Theopolitanus dici poteſt (Epiſcopus ſcilicet Antiochenus) nuſquam verò Ieroſolymitanus. Scripſerit ergo Calecas Ἀνδρέαν, ex quo proclivè obrepſerit tranſſcribenti Ἀναςάσιον. Andream autem Archiepiſcopum Cretenſem virum ſanè ſcholaſticum præſtantiſſimumque Oratorem, ipſum ſpectantem ad tempora Monothelitarum, quo ſic περὶ ἐνεργείας Eccleſiaſticis viris diſceptatum eſt, Monothelitis unam in Chriſto ponentibus ut & unum ϑέλημα (unam Voluntatem) τὸ Ἱεροσολύμων dictum eſſe, eoque cognomento paſſim Græcis intelligi, etiam non adſcripto nomine, notum eſt. Sic paſſim in Nicetæ Catena in Lucam, ejus prioribus capitibus, quibus ejus ferè continua expoſitio eſt, τὸ Ἱεροσολύμων, haud ſecus ac, τὸ Βυλγαρίας iidem Theophylactum dicunt, & τὸ Δαμασκοῦ, Ioannem, ipſum Presbyterum Ieroſolymitanũ, Damaſco tamen oriundũ. Andream, nec Ieroſolymitanum Epiſcopum, ut ſomniavit Hopperus, nec ea urbe natum, ex Triodio certioribuſque monumentis aliàs mihi probatum: dictus ergo ὁ Ἱεροσολύμων, quòd eius Eccleſiæ Presbyter ſeu Clericus, cùm patria Damaſcenus eſſet, Conſtantinopolim fidei ſubſidio miſſus ſit, uti poſtea miſſi ſunt Theophanes & Theodorus fratres Monachi S. Sabæ, graſſante iterum CPli Iconomachorum hæreſi. Qua legatione ſic emeruit, ut pace Eccleſiæ reddita, compreſſaque hæreſi Monothelitarum, Cretæ Archiepiſcopus creatus ſit: quem Thronum ornabat Bardane Imperatore, ſedente Germano Cyzici, qui ipſe poſtea tranſlatus eſt Conſtantinopolim, ubi præclarè fulſit confeſſionis titulo; ac liquet ex Opuſculis mihi adiectis Actis VI. Synodi. Potuit Andreas præter Orationes à me productas, & quas paſſim habent Græcorum libri Eccleſiaſtici, alia plura ſcripſiſſe, etiam polemica, pro eius temporis uſu: unde hoc ipſum Calecæ petitum ſit, quæ nobis interierunt, ut & Theodori iam laudati ſcripta egregia, quantum probant pauca eorum electa, apud ipſum Calecam, alioſque nonnullos nobis reſidua. vel magis uno alteroque volumine ipſa plena latent in Bibl. Regia. Num & Theophanes ſcripſerit, qui ipſe ſimili ferè Andreæ, exemplo, Nicænam ornavit Sedem, compreſſa

A hæreſi Iconomachorum, cùm jam Theodorus ad Deum commigraſſet, ex nullis hactenus monumentis liquet. Ejus mihi ἀκριβεία probatior, quàm Methodii ac Patrum reliquorum οἰκονομία, de Theophilo ſalutem conſecuto Sanctorum precibus, cujus in Sanctos ſævientis, ipſumque Theophanem ac Fratrem, tanta eſſent nomina; deformi, adhuc ipſius Iambis inſcripto vultu, ob cultum ac defenſionem ſanctarum Imaginum. Qua de re videri poſſunt mihi producta ad feſtum τῆς Ὀρϑοδοξίας, Auctarii primi t. 2. qui eſt de Hæreſi Monothelitarum.

7. Τὸν δὲ Πατέρα καὶ Υἱόν. Quod Patrem & Filium nullo modo realiter diſtingui aſſerit noſter Calecas, ſatis liquet quo ſenſu dixerit; in quantum ſcilicet ſapientia & lumen, ac reliqua abſoluta. Sic enim Pater realiter diſtinctum perſonali proprietate producit, quod nempe

B Filius ſit, ipſe Pater exiſtat; ut una ſit amborum natura ſeu eſſentia, una ſapientia, ac reliqua. Ac benè Damaſc. de divina generatione loquens, l. 1. c. 8. οὐκ εἶπον ὁμοιότητα, ἀλλὰ ταυτότητα· μία γὰρ οὐσία, κ. τ. ἑ. *Non dixi ſimilitudinem, ſed identitatem. Eadem enim eſt eſſentia*, &c. Ariani, quod Athanaſius exagitat, alium τὸν λόγον, alium Chriſtum aſſerebant, quod longè à fide eſt, ac myſterium Trinitatis prorſus evertit. Vidit ipſe Athan. Orat. 3. in qua hæc proſequitur.

8. Περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Prænotatur editis hæc Oratio, Περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας· *De apparitione in carne*, quam ipſam Græci οἰκονομίαν vocitant; noſtri, *diſpenſationem*, omneque ſalutis noſtræ negotium per Chriſtum, ejuſque Incarnationem complectitur; idque in cauſa eſt, ut ea vox non rarò *Incarnatio* reddatur. Locus ipſe Athanaſii mutilus erat, ſenſu etiam laborante, quem reſtitui ex editis. Eodem modo Chryſ.

C & alii exponunt, accipere vitam, quod vita genitus eſt.

9. Ἐν τοῖς πρὸς Ἐλπίδιον. Capita Maximi ad Elpidium, ſunt quater centena de Charitate, quibus præfixa ad Elpidium Epiſtola. In illis tamen non occurrunt hæc Maximi, ut neque in quingentis aliis Pico vulgatis; præter quæ alia ducentena ſunt verè γνωστικά, ac multis ſubtiliora, mihi producenda, exceptis etiam iis, quæ Roma accepi, ipſa bene multa: quibus omnibus nihil præfatur Maximus, ferè contra morem. Num verò & illa Elpidio inſcripta habuerit Calecas, vel eum fefellit, quod Capitibus de Charitate ad Elpidium habuerit ſubjecta? Quæ tamen extat præfatio, ad ſola ſpectat quadringenta illa Capita de Charitate, in quibus Photius præ omnibus aliis Maximi ingenium laudat.

D 10. Ὁ ἅγιος Αὐγουστῖνος, ὃν αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι. Meritò Calecas Auguſtini firmiſſima auctoritate nititur, ſic Concilii V. Generalis ſententia firmata, qua probati Fidelibus Magiſtri proponuntur, utriuſque Eccleſiæ præcipua Lumina, ut eſt reipſa una Eccleſia, unoque Spiritu locuti ſunt, ſive qui in Oriente, ſive qui in Occidente, Eccleſiæ Doctores fulſerunt. Eandem Auguſtini auctoritatem urget Calecas in opere ſuo κατὰ Γραικῶν τεσσάρων, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. *de proceſſione Spiritus ſancti etiam ex Filio*: quod Latinè ſolum pro-

diit ſed locos Patrũ Græcè nobis ſervavit Regius Codex, ex quo licet peterer: cui & Hieronymi & Ambroſii ſingulares locos præmittit; ex quibus Ambroſius ejuſdem Synodi decreto inter magnos Eccleſiæ Doctores celebratur. Ἀκολουθοῦμεν ἐν ἅπασι καὶ τοῖς ἁγίοις διδασκάλοις τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, Κυρίλλῳ, Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Πρόκλῳ· καὶ πάντα τὰ παρ' αὐτῶν συγγραφέντα περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως καὶ περὶ κατακρίσεων τῶν αἱρετικῶν δεχόμεθα. Hac ſe Concilii auctoritate premi Photius fortaſſe videns, Epiſtola ad Epiſcopum Aquileienſem, mihi dum Græcè edita Latinè verò Baron. repræſentata an. 883. ſic velut lubricus anguis effugium quærit, protervumque ac verè hæreticum ingenium prodit. Ναί φησιν· ἀλλ' Ἀμβρόσιος ὁ μέγας καὶ Αὐγουστῖνος καὶ Ἱερώνυμος, καί τινες ἕτεροι ὁμοταγεῖς τε καὶ ἰσοστάσιοι, μέγα ὄνομα ἐπ' ἀρετῇ καὶ βίου λαμπρότητι λαχόντες, τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐν πολλοῖς αὐτῶν λόγοις συνέταξαν ἐκπορεύεσθαι. καὶ δὴ τούτοις πειθόμεθα, οὕτω καὶ λέγειν καὶ φρονεῖν· καὶ μὴ ἀτιμάζειν Πατέρας εἰς αἱρετικὴν δόξαν διαβάλλοντες. ἔστι δὲ πρῶτον μὲν τὸ πᾶσι πρόδηλον πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, Ὡς εἰ δέκα ἢ καὶ εἴκοσι τινὲς τῶν Πατέρων ταύτην εἶπον τὴν φωνὴν, μυρίοι δὲ οὐκ ἐφθέγξαιτο, τίνες οἱ Πατέρας ἐξυβρίζοντες· οἱ τὸ πᾶν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας ἐν ὀλίγοις περιγράφοντες, καὶ τούτους ἀντιφθεγγομένους καὶ ἀντιπαρατεταμένους οἰκουμενικαῖς συνόδοις καὶ ἀναριθμήτῳ πλήθει θεοφόρων ἀνδρῶν προβαλλόμενοι, ἢ οἱ τοὺς πολλαπλασίους συνηγόρους παραλαμβάνοντες. ὑβρίζει τὶς Πατέρας, ὡς φῄς, μὴ λέγων τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι· καὶ γὰρ οὕτως ἐκεῖνοι ἐφθέγξαιτο. καὶ πῶς οὐχ ὑβρίζει πολλαπλασίους ὁ τοῦτο λέγων. οὐ γὰρ οὐδ' ὅλως οὐδαμοῦ τοῦτο φθέγξασθαι κατεδέξαιτο. *Sanè*, inquit, *Magnus Ambroſius & Auguſtinus & Hieronymus, aliique quidam ejuſdem ordinis pariſque dignitatis, virtute vitæque merito clariſſimi, in multis ſuorum librorum conſcripſerunt, Spiritum ſanctum ex Filio procedere. Hiſque adeò credimus, ut ſic dicamus ac ſentiamus, nec Patres, hæreticæ opinionis nomine traducentes, probro afficiamus. Porro licet ad eos primùm dicere, quod omnibus liquet. Nempe ſi decem aut viginti Patres eam locuti ſunt vocem, ſexenti verò non locuti ſunt, quinam quæſo ſunt, qui Patres probro afficiant; qui eorum omnem pietatem (rectam ſcilicet fidem) in paucis circumſcribunt, eoſque contraria locutos & adverſantes œcumenicis Synodis, innumerabilique divinorum virorum multitudini opponunt, an qui longè plures patronos aſſumunt? Probro afficit Patres, ut dicis, qui non dicit Spiritum ex Filio procedere? Etenim ſic illi locuti ſunt: Et quomodo non multò plures contumelia afficit, qui hoc dicit? Nunquam enim in animum induxerunt ut hæc loquerentur.* Arceſſit impudentiſſimum caput & Chriſti vocem, παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, quaſi & illi obnitantur Patres, qui etiam ex Filio Spiritum dicunt. At unde, Photi, tantum obrepſit univerſali Synodo, ut ſibi, ipſique Chriſti voci, adverſantes in Theologia viros (Deitatis ſcilicet ipſa doctrina) ſuos orbiſque Magiſtros in omnibus ſpectantibus ad fidem, ſequendos voluerit? Planè ſic errantes decebat magis ἅμα τῷ αἱρετικῷ φρονήματι ἀποβάλλεσθαι, *unà cum hæretico illorum ſenſu abjici*, quàm probatorum Patrum collegio ſociari. Idque meritò inferebant, quos ſugillat Photius, ex illius erronea ſententia; non illos contraria loqui, communi Domino admittebant, quod ille ineptè imponit. Et certè ex tantis quos jactat, nec unum afferre poteſt qui expreſsè neget etiam ex Filio procedere, vel qui ſaltem ſibi indulſerit, ut exceptivum adderet; nempe ex *ſolo* Patre. Ex Patre verò procedere, nunquam negarunt Latini; plures magis explicarunt, addendo, *Filioque*: Græci proclivius, *per Filium*, quo eum ſignificent ex Patre ut primo auctore, Filio quaſi mediante, qui ipſe auctor ex auctore, & unus cum Patre, exque acceptis ab illo, Spiritus auctor eſt. Narrat Georgius Metochita, plagiaria manu in uno exemplarium cujuſdam veterum Patrum, cujus non memini, adjectam eſſe vocem μόνον, ſed facile deprehenſum plagium eſſe. Sic deſunt ventoſis hominibus, quo errorem ſuum tueantur; cùm ſic illuſtria ſint teſtimonia dicentium procedere Spiritum etiam ex Filio, ſeu ex illo ὕπαρξιν ac ſubſtantiam habere, ut eorum lectione, collectore Nicephoro Blemida, Ioannes Beccus ad ſaniorem mentem revocatus ſit; cujus in Patriarchatu tenax, egregiuſque fidei defenſor, Sede tandem excidit. Videatur Card. Baron. relatus. Nec enim hujus loci eſt plura in eam Epiſtolam inquirere.

II. Ταῦτα καὶ ὁ ἅγιος Μάξιμος. Sic Maximi nomine plerique citant hos Dialogos, nec aliter Romanus Codex & Venet. aliique: quidam etiam Athanaſii nomine, quo & edidit Theodorus Beza, ex quo recuſi in operibus Athanaſii tom. 2. quo habentur pleraque ejus ſpuria. Sic verò Maximo vindicatos, eidem reſtituam, quod & ejus potius eſſe videantur, ſcholaſtico præſertim ſtylo, Maximo familiari, conſcripti. Vna horum auctoritate hîc allata, elidi omnia Palamitarum argumenta, Calecas ſapienter notavit; penès ſcilicet diſtinctionem rei & rationis, qua utraque aliud & aliud ſoleat dici: ut non ſit neceſſe, quicquid aliud in Deo dicitur, ſive aliud ſignificat, eſſe aliud, vel ſignificare ut rem, ſed ſatis ſit eſſe ac ſignificare ut rationem; quæ eſt virtualis diſtinctio, habetque in Deo maximè locum ob ejus infinitatem & eminentiam, humanique intellectus finitam vim ac capacitatem.

12. Εἰς ἀσυνθετον καρδίαν. Haud dubium quin reſpiciat locum Sapientiæ margini adſcriptum, ſive ex alia litera ita ſcripſerit, ſive ex memoria, ſenſum non verba poſuerit. Eſt ibi, Εἰς κακότεχνον ψυχήν. *Malitioſam animam.* τὸ, ἀσύνθετον, perinde reddi poſſit, *pervicax*, *dicto non audiens*, *prævaricans*, *nec pactis ac conventis ſtans.* Vid. Heſych. & Suid. Pungunt iſta Græcos, qui dùm ſapientiam ſibi arrogant, ac quaſi gentis propriam volunt, alioſque contemnunt, in graves ſæpe errores prolapſi ſunt: quanquam nunquam in eis defuerunt verè ſapientes, ne extremis quidem temporibus, & cùm ſapientia videtur Græciam reliquiſſe unà cum libertate. Propria cauſa erroris Palamitarum, ipſa eſt quam Maximus crebrò inculcat in Monothelitas: quod nempe non diſtinxerint vocum ſignificata. Vt enim illi in voce θέλημα, ſic iſti in voce ἐνέργεια· in qua ipſa erraverant Monothelitæ, etſi ex alio capite; unam ipſam dicentes Dei & hominis in Chriſto, quam Palamitæ in

ipſo Deo multiplicem ac diſtinctam ponant; A pro ipſa virtute, & qua Deus ἐνεργητικός eſt; agendi ſcilicet vi præditus: Nam effectus conſtat eſſe plures.

13. Ἐν νόμῳ καυχᾶσθε· Lapſus memoria Calec. Locus Pauli ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε. *in Lege juſtificamini.* τὸ, ἐν νόμῳ καυχᾶσαι, aliò ſpectat. Rom. 2.26.

14. Ἀλόγων καὶ πεπλανημένων. Symeonem notat, ejuſque diſcipulos: Nam ſic rudem literarum, ejuſque Patrem ſpiritalem, Symeonem item Studioram, obſervat Sthetatus ipſius diſcipulus; ut eſſent, vellentque haberi θεοδίδακτοι, quaſi divino afflatu & revelatione docti: quibus ſanè proclivis error. Hæc Symeonis (vel cujuſcunque illa ſint) jam improbavi, atque improbo, quod Maſſalianorum erroris nimis affinia, nec ſatis ex Dei majeſtate, vel ſi de ejus B quovis modo ſenſibili præſentia, quam ſic Lumen vocent intelligantur, non de vera ipſius eſſentiæ Dei, vel ejus virtutis viſione. Colligendi ſenſus, intendenda animi vis & cogitatio, ut Deum auri cordis loquentem audiamus, ac, ſi indulſerit, ejus præſentiæ ſenſum aliquem faciamus; non illa tamen, quam iſti exigunt, affectatione eventuſque certitudine; ſed magis ſenſus modeſtia & compunctione.

15. Τὴν δογματικὴν πανοπλίαν. Ipſam arbitror, quam toties Tomum Palamæ & Fidem appellat: quam ſcilicet Fidei expoſitionem in erratica illa Synodo Calliſti, Palamitæ ediderunt, ſibique viſi ſunt Scripturæ Patrumque teſtimoniis comprobare. Pulchra ſunt quæ de participationibus, ſive de abſtractis & concretis, de formis eaſque habentibus metaphyſicè & ratione, ex C Dionyſio Maximoque illius Interprete, proſequitur Calecas, quibus Palamitarum elidit ſomnia, verumque Dionyſii ſenſum aperit, in quibus ſic metaphyſicè, utraque Theologia, affirmante & negante, loquitur. Sed hæc penſiculatius obſervanda in ipſis Maximi Scholiis, longè auctioribus ac emendatioribus à nobis producendis, in quibus aliiſque Maximi ſententiis, ſaniotis Theologiæ veræque ſcholaſtices lucida extant ac illibata ſemina. Libet tamen in anteceſſum hîc quoque (ubi tanta Dionyſii atque Maximi) aliquid delibare. Quod ita habent Lanſel. & Cord. Διὸ καὶ τὴν πρώτην αὐτῶν. Emend ex Sandionyſ. noſtroque S. Hilarii, Sarrac. & aliis, ipſoque hîc Caleca, Διὸ καὶ πρώτως αὐτῶν ὑποστάτης λέγεται· Primò formarum, & quæ ipſæ participationes dicuntur; earumque univerſalium, tum particularium, εἶτα τῶν ὅλων αὐτῶν· εἶτα τῶν μερικῶν αὐτῶν (quæ verba omiſit Cord. in D verſione) Deus conditor dicitur, quod nimirum hæc naturâ priora ſint iis, quæ illa participant: quæ omnia egregiè ipſe Calecas, Maximum aſſectatus, explicat. Sequentibus ſtatim nihil felicior idem Cord· qui meliora haurire potuit, vel ex ſodali Lanſelio. Illud ergo ὅπου γέ τινες τῶν θείων ἡμῶν ἱεροδιδασκάλων, καὶ τῆς αὐτοαγαθότητος καὶ θεότητος ὑποστάτην φασὶ, τὸν ὑπεράγαθον καὶ ὑπέρθεον. quo Deus omnem bonitatem ac deitatem excedens, ipſius bonitatis & deitatis auctor eſſe dicitur ac conditor; ſic malè ſequentibus jungit, ut quod effectum, exque Deo auctore refert Dionyſius ex Theologorum ſententia, ipſe Deum faciat; vel ipſam ſui auctorem, quæ ſit Dei donum, ipſam bonitatem & deitatem, neſcio qua battologia, obtrudat. Iungit itaque, τὸν ὑπεράγαθον καὶ ὑπέρθεον αὐτοαγαθότητα καὶ θεότητα, nec deterret ipſe articulus, ſic apertè hæc diſtrahens, redditque, *Etiam ipſius per ſe bonitatis ac deitatis conſtitutivam vocant ſupraquam bonam & ſupra quam divinam per ſe bonitatem ac divinitatem, &c.* Vapulem ego, qui hæc mali Theologi, nec ſaltem Theologi, affirmem; ac vel à Grammatico meliora expectem? Saniora Lanſel. *& bonitatis ipſius & divinitatis auctorem dicant Deum, qui bonitatem omnem & divinitatem ſuperat: cùm dicunt bonitatem ipſam & divinitatem eſſe munus à Deo profectum*, &c. Latuit fortè etiam Palamitas Corderiana ſubtilitas, qui ipſi vocem ὑποστάτην δημιουργὸν paraphraſi reddiderint; ac proinde Dionyſio auctore, Deitatis conditorem ſeu creatorem, Deum admiſerint. Quod verò reddit Cord. *per ſe bonitatis per ſe bonitatem conſtitutivam*, magis ſpectare videtur ad cauſam formalem; unde nihil confici poſſit adverſus Palamitarum increatam virtutem & divinitatem Deo comitem, nec ipſam Dei eſſentiam exiſtentem.

16. Καθόσον ὁ ἀμέθεκτος. etiam noſter S. Hilarii articulum habet, ut & Salinaci minor; longéque elegantius eſt. τὸ ἄσχετος, quod reddit Cord. approbatque Lanſel. *incomprehenſibilis*, mihi ne probem, obſtant, ſequens vox σχέσεων, unde Deus dictus ἄσχετος, Maximique, & Pachymeræ expoſitionis conſenſus. Eſt ergo ἄσχετος, qui nullo habitu, ſeu habitudine vel neceſſitudine tenetur; nulla denique forma præditus eſt, quæ non ſit ipſe ſimpliciſſimus Deus, in ſeque omnino abſolutus.

17. Πάντων τῶν μετεχόντων καὶ μεθεκτῶν. Reliqui habent, καὶ τῶν μετοχῶν. Sed perinde eſt. Omiſit Lanſel. in verſ. dum reddit, *eaque omnia quæ participant (ſuperat) auctor qui communicari non poteſt.* Paulò tamen felicior Corderio, qui τὸ, τῶν μετεχόντων καὶ τῶν μετοχῶν, jungit voci, ὁ αἴτιος, non voci ὑπερίδρυται, dum reddit, *& omnium participantium & partitionum auctor.*

18. Οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ τῷ ὄρει. Hoc Dionyſius τῆς θεολογίας pronunciatum adducit. Cord. *Scripturæ* vertit. exiſtimatque eſſe ipſum locum Exodi 25. ubi dicitur Moſi, Ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι. *Vide, fac ſecundùm exemplar* (id eſt, modulum) *quod tibi monſtratum eſt*: quaſi ſic ſibi Dionyſius indulſerit ut Scripturæ verba mutaret, uti quandoque divino afflatu Apoſtoli fecère. Putatque ſe rem habere ex Pachymere, ac quaſi ille ſic ſentiat. Mihi nec ille ſentit, nec Theologia ipſa Scriptura eſt, vel ejus ſingularis aliquis locus, ſed ſacra doctrina, & quam vulgo dicimus *Theologiam*, quæ documentum hoc ex Scriptura colligat; ex utroque ſcilicet loco margini adſcripto; quorum altero dicat Deus, oſtendiſſe ſe hæc Moſi quaſi modulum faciendi operis; altero prohibeat ire poſt ſimulacra. Quod enim eadem ſit ratio, quo ad hoc, ſenſilium & intellectilium (quæ non ſint ipſæ Dei νοήσεις καὶ θελήματα· *Dei notiones & voluntates ſeu decreta*, ac proinde ipſe Deus, ſed quid perinde creatum, etſi nobilius ordiniſque ſuperioris ſub Deo, quem unum colendum & adorandum ex Scriptura accepimus) meritò Theologia, quod ſic oſtenſa exemplaria ut ratio ope-

ris, quodque interdictum ſit ire poſt ſimulacra, nec ipſa hæc exemplaria oſtenſa docent, ut eamus poſt illa: id eſt, ut ea colamus. Sicque ſcitè paraphraſi ſua declarat Pachym. dum ait. Φησὶ τοίνυν ὁ Πατὴρ, Ὅτι εἰ κἀκεῖνος τὰ νοητὰ τῶν αἰσθητῶν ἐκάλεσε παραδείγματα (Ὅρα γάρ φησι, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι) ἀλλ' οὖν οὐκ εἰσὶ τοιαῦτα παραδείγματα νοητὰ ἐκεῖνα, ὥστε καὶ προσκυνητὰ εἶναι, ὡς τὰ θεῖα θελήματα· ἀλλὰ κἀκεῖνα ποιήματά εἰσι, καὶ ἔχομεν ἀκούειν καὶ περὶ αὐτῶν, καθὼς ὁ Μωϋσῆς περὶ τῶν αἰσθητῶν εἶπεν, ὡς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, Οὐ παρέδειξά σοι ταῦτα τοῦ πορεύεσθαι. *Ait itaque Pater, Etſi etiam ille intellectilia ſenſilium exemplaria vocavit* (Vide enim, *inquit* facies ſecundùm exemplar, quod tibi monſtratum eſt) *non tamen intellectilia illa ejuſmodi exemplaria ſunt, quæ etiam adoranda ſint, ut diviniæ voluntates; ſed ſunt illa quoque creata, debemuſque etiam de illis audire, quemadmodùm Moyſes, quaſi ex Dei nomine, de ſenſilibus dixit, Non oſtendi tibi hæc ut ambules &c.*

19. Εἴτε παραδοχὰς χρὴ καλεῖν αὐτὰς, εἴτε ἐπιβολάς. Faciliùs hæc intelliguntur, quàm Latinis vocibus redduntur. Sic itaque vocat motus illos cœleſtium Poteſtatum earumque intellectiones; παραδοχὰς, ut quaſi paſſivè in eis recipi atque admitti intelliguntur; ἐπιβολὰς verò, ut quaſi activè ab eis elici proprioque conatu, quò ſcilicet ipſi mentis oculum Deo adhibent, & in eum conjiciunt (quod eſt propriè ἐπιβάλλειν, etiam in corporeo oculo) longeque eſt ab æterno & ſine principio, quod ſic nedum in mente Angelica eſt, ſed & ab ea procedit. Accepit ergo Dionyſ. τὸ ἄναρχον & ἀτελεύτητον, prout in circulo (quæ eſt maxima ὁμωνυμία) uti rectè Calecas advertit.

20. Οὐ γὰρ μακρὸν μέρος τῆς Συνόδου ταύτης. Labitur Calecas hiſtoriæ ignorantiâ & anachroniſmo. Conſtat enim S. Maximum jam in vivis eſſe deſiiſſe, eaque pœna mulctatum eſſe, priuſquam cogeretur ſexta Synodus, quæ non niſi Conſtantino Pogonato Imperatore celebrata eſt, extincto Conſtante illius patre hæretico, ſub quo tota Maximi luſa fabula eſt ac martyrium celebratum. Videtur verò Calecas con-

A fundere cum Synodo Lateranenſi ſub Martino primo, quæ prævivit ſextæ illi Synodo, & cui Maximus tanta illa contulit, ut ejus penè auctor videri poſſit. Quo etiam nomine adeò apud ſuos Conſtantinopolitanos offendit, damnatis præſertim ex nomine hæreſeos antiſtitibus, Sergio, Pyrrho, Paulo, ejuſdem nuper Vrbis Sacerdotio functis, nec ſine laudis luce ac ſanctitatis ſpecie, quod præcipuè ad Sergium attinet, de quo plura ad tractatum περὶ τῆς Ἀγάπης Auct. t. 2. & in noſtro Syntagm. rerum Conſtantinopolitanarum. Sexta ipſa Synodus, quædam velut confirmatio Synodi Lateranenſis videri poteſt, iiſdem ac in illa perſonis dogmatiſque proſcriptis, pauciſque duntaxat in altera ad perſonas ferè ſpectantia, adjectis. Quò tanti mihi viſa ejuſdem Concilii ſinceriſſima Acta, ob ſuggeſtionem maxime Agathonis Papæ, aliaque quibus primæ Sedis Romanique Antiſtitis ſanciendis

B dogmatis auctoritas tanta luce ſplendet, ut meo ipſius periculo vindicanda ſeriò putaverim. Nec certè non vindicaſſe videor, ac pro Eccleſiæ maieſtate, ipſaque veritate ſtetiſſe, quantumvis vindiciarum ejuſmodi nota, poſt annos iam plures ab eis vulgatis, litatum oportuerit memoriæ Viri, mihi quoque aliàs ſpectabilis: ſed quo mihi charior veritas, qua una fulciri res noſtras ac Eccleſiam ſtare (quæ Chriſti ac Dei Eccleſia eſt, id eſt Veritatis) compertiſſimum habeo. Vtinam verò etiam Maximus ſuperſtes fuiſſet, licuiſſetque, uti privatis ſcriptis & ad privatos, vel cum privatis diſputationibus, ſic in ipſo Patrum conſeſſu Honorii partes agere, ab eoque aſperſam ei fuliginem, per Monothelitarum ad ſe trahentiũ ſive calumniam, ſive juſtam quo-

C dammodo defectionem, abſtergere. Feciſſet forſitan medicinam, ac, quod nunquam Baronii, Sirleti ac ſequacium pervincat ſolertia, ejus ex damnatorum capitum albo nomen expunxiſſet.

21. Ὁ μέγας Ἀθανάσιος. Videntur hæc verba Calecæ poſita, ad inſinuandam ancipitem horum Dialogorum epigraphen, qua promiſcuè Athanaſio tribuuntur & Maximo, quos tamen magis Maximi, nomine Athanaſii, exiſtimo.

# ΤΟΜΟΣ ἘΚΤΕΘΕΙΣ ΠΑΡΑ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΚΑΙ ἹΕΡΑΣ Συνόδου τῆς συγκροτηθείσης κατὰ τῶν φρονούντων τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Βασιλέων ἡμῶν, Καντακουζηνοῦ καὶ Παλαιολόγου.

# TOMUS A DIVINA SACRAQUE SYNODO, ADVERSUS eos coacta, qui Barlaam; & Acindini opinionis ſunt, Cantacuzeno & Palæologo religioſis orthodoxiſque Imperatoribus noſtris, editus ac expoſitus.

Pſeudo-Synodus Palamitarum.

Ὅτι τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ πολεμίου μανίαν ἀγνοεῖν οὐδένα νομίζομεν· οὔτε τὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ῥοπήν, δι' ἣν μυρίων ἐπιρρυέντων αὐτῇ τῶν δεινῶν, οὐ τῶν βελῶν περιγίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ λαμπρὰ διαδείγνυται. ἀπόδειξις δέ, τῆς μὲν ἐκείνου μανίας, αἷμα Θεοῦ, καὶ πάθος ἑκούσιον καὶ σταυρός· τῆς δὲ παρὰ τοῦ Θεοῦ συμμαχίας, οἱ τὴν ἐκκλησίαν διώκοντες, μαρτύριον ἀκριβές· οἱ μὲν εἰς Εὐαγγελιστὰς μετασκευασθέντες· οἱ δὲ τρόπαιον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, οὐ δι' ὧν ἀνεστάθησαν· ἀλλὰ δι' ὧν κατέπεσον ἀνακηρυχθέντες. ἦν ταῦτα, καὶ τὸν κοινὸν πολέμιον οὐκ ἦν ἠρεμεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἑαυτοῦ καταγνούς, ὡς μὴ προσηκόντως βουλευσαμένου, οὐκ ἔθνει μικρῷ ὥσπερ πάλαι τοῖς Ἰουδαίοις, τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας πόλεμον ἐγχειρίζει· οἰκουμένην ὅλην πικρῶς κατ' αὐτῆς ὁπλίζει. στρατηγοὶ δὲ αὐτῶν οἱ περὶ Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμῖνον καὶ Δέκιον, καὶ εἴ τις κατ' ἐκείνους· οἱ τοσοῦτον αἰσχρῶς ἀπώλοντο, ὁπόσον καὶ πολεμεῖν ἐγνώκασαν. τῶν μὲν γὰρ οἴχεται τὸ μνημόσυνον μετ' ἤχου· τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὁ φθόγγος ἐξῆλθεν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. μαρτύριον δὲ τῆς δυνάμεως αὐτῆς ἀψευδέστατον, οἱ τῶν μαρτύρων νεκροί, δαίμονας πάντας ἐλαύνοντες. οὕτως ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὑπερφυής, καὶ διὰ τῶν συμφορῶν ἀναδείκνυται.

Ἀλλ' ὁ πονηρὸς οὐδὲ παθὼν ἔγνω, καὶ ταῦτα νήπιος ὤν· ἀλλ' ἑτέραν τραπόμενος, προσβάλλει τῇ Ἐκκλησίᾳ· τοῦ μὲν γὰρ φανερῶς πολεμεῖν καὶ λίαν ἀπέγνω, πρὸς φανερὰν αἰσχύνην ἀηδῶς ἔχων· τοὺς δὲ περὶ Σαβέλλιον καὶ Ἄρειον καὶ τοὺς εἰς ἐκείνους τελοῦντας ὑποδύς, πολυθεΐαν δῆθεν ἐκ τοῦ μέσου ποιήσασθαι βουλόμενος, πείθει τοὺς ἀνοήτους προφάσει τῆς εἰς τὸν ἕνα τιμῆς, ἥκιστα τὸν ἀληθῆ νομίζειν Θεόν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο αὐτὸς κατ' αὐτοῦ βουλευσάμενος ὤφθη. τοῦ πολέμου τοῦτο λάφυρον τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τὸ τῆς Τριάδος ὁμότιμον.

Πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους κύκλους ὁ πονηρὸς τοῦτον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας περιβαλλόμενος, καὶ νῦν μὲν ὑποχωρῶν, νῦν δὲ προσβάλλων· ποτὲ μὲν δόγμασι μηδὲν ὑγιὲς ἔχουσι, ποτὲ δὲ ἡδοναῖς,

Eccleſiæ de hoſte victoria.

Nec quenquam communis hoſtis adverſus Eccleſiam furorem ignorare exiſtimamus, nec eâ tuenda Salvatoris opem; cujus munere, innumerabilibus illi influentibus malis, nedum tela ſuperat, verumetiam clara ſplendidaque evadit. Illius inſaniæ furoriſque documentum, Dei ſanguis, ſponteque aſſumpta paſſio ac crux; divinæ autem opis auxiliique, ipſius Eccleſiæ perſequtores locupletiſſimi teſtes; quorum alii in Evangeliſtas mutati, alii divinæ virtutis tropæum, non quibus everſi ſunt, ſed quibus ceciderunt, celebrati ſunt. In eum ſe modum res habebant, nec fieri poterat ut communis hoſtis quieſceret: ſed velut non ſatis conſulti ſui ipſe pertæſus conſilii, non ſicut olim, exiguæ genti (Iudæis ſcilicet) belli jura adverſus Eccleſiam concredit; ſed orbem univerſum acerbo odio in eam inſtruit. Duces illi ac Imperatores, Diocletianus & Maximinus Deciuſque, ac ſi quis illis ſimilis eſt. Hi, ſic turpiter interierunt, ac impugnandam eam cenſuerant. Eorum enim aufugit memoria cum ſonitu; Dei verò Eccleſiæ ſonus atque vox exivit in omnem terram. Ejus verò poteſtatis certiſſimum teſtimonium, Martyrum cineres ac cadavera, quibus fugantur omnes dæmones. Sic eximia Dei virtus, etiam per clades duroſque caſus oſtenditur.

Iudæi.

Gentium Tyranni.

Pſal. 9.7.& 18.5.

Nequiſſimus tamen nec cladem agnovit, idque cùm ſtultus parvulus eſſet; aliamque iniens viam, Eccleſiam adoritur. Aperto enim prælio valde etiam victoriam deſperans, ægreque ferens publicum inde probrum, Sabellium atque Arium, ejuſque generis ſubit homines, velut nimirum multorum Deorum cultum atque errorem è medio ſublaturus, ſuadetque inſipientibus, ut unius Dei ejuſque cultus prætextu, eum qui verè eſt Deus haudquaquam exiſtiment. Verùm id quoque in ſuum molitus caput viſus eſt. Ejus belli ſpolium hoc, Dei Eccleſia fecit; ut Trinitatis idem parque honor haberetur.

Multos verò etiam alios circulos Nequiſſimus hic innectens adverſus Eccleſiam, modò quidem ſubfugiens, modò autem aggrediens; quandoque quidem nihil ſani habentibus

*[Margin: Barlaam Monachus vir eruditus, Imperitorum Monachorum & Sacerdotum factione oppreſſus. Hæretici trinæ Deitati infenſi.]*

dogmatis, quandoque verò voluptatibus, A quibus ille gaudere ſolet; quorum finis, diſceſſio à Deo; poſtremò Barlaamum induens, adverſus veritatem bellum ſuſcipit. Erat hic Monachus, ex Calabria ortus, Græca eruditione ac ſæculari egregiè excultus; cui ſe totum addicens, adverſus veritatem, ejuſque ſanctè ſtudioſos cultores procedit; dupliciſque eis Deitatis crimen intendens, qui nedum trinè ſubſiſtentem cunctiſque imparticipabilem Dei Eſſentiam increatam eſſe ducerent, ſed & æternam deificamque, ac qua digni impartiantur, Spiritus Gratiam, coacta in eam rem divina Synodo, convictus eſt ac abdicatus, à ſancta Chriſti Catholica Apoſtolicaque Eccleſia, ex ſanctorum Patrum Theologicis ſcriptis & monumentis; veritatis doctrinam propugnantibus, tum ſacratiſſimo nunc Theſſalonicenſi Metropolita Palama, B tum Monachis.

*[Margin: Acyndinus alter veritatis defenſor pariter damnatus.]*

Paulò verò poſt, ejus pravæ opinionis ſectator effectus Acindynus, nec magiſtri quicquam damnatione ad ſaniorem mentem revocatus autve melior factus, eoſdem rurſus de iiſdem accuſare aggreſſus eſt; dolo quidem magiſtrum negans, eique diriſſima imprecatus, aſſerenſque nunquam ſe eadem ac Barlaamus ſentire autve dicere, ut inde liberum ei eſſet dicere: quibus autem dicebat ac loquebatur, occultum Barlaamum prodens, eandemque ac ille pravam opinionem ſenſu tenens, verbiſque promens ac conſcribens. Idcirco etiam coacta alia Synodo, cui præſidebat qui eſt nunc potens ſanctuſque noſter Imperator, Dominus Ioannes Cantacuzenus, convictus eſt eadem ipſa ac Barlaamus & ſentire & dicere, atque Mona- C chos criminari; quamobrem, eandem & ipſe cum Barlaamo ſibi aſcivit damnationem, edito Tomo Synodico adverſus blaſphemias illius ex Barlaami fontibus hauſtas, quo ab omni Chriſtiano cœtu abſciſſus eſt, uti enarrat is ipſe Tomus Synodicus: cùm multas alias ob cauſas, tum quod Lumen Dominicæ

*[Margin: Palamitarum de Lumine Thaborio opinio.]*

Transformationis, quod beati Diſcipuli ac Apoſtoli unà cum Chriſto conſcenſo monte viderunt, creatum conaretur oſtendere & circunſcriptum, nec quicquam amplius habens, quàm ea lumina quæ ſenſu percipiuntur. Neque verò hìc duntaxat Barlaamus Synodico Tomo proſcriptus eſt, verum etiam iiſdem ſe pœnis cenſuriſque obnoxium facit, ſi quis illius veſtigia ſequens, Monachos impugnet ac Eccleſiam Dei. Ait enim ad verbum. D

*[Margin: Synodi adverſus Acindynū ſententia.]*

*Sed & ſi quis alius, eorum aliquid quæ Barlaamus blaſphemiè atque errore adverſus Monachos (ſeu potius ipſam Eccleſiam) locutus eſt, autve conſcripſit, inveniatur Monachis rurſus objectare, aut omnino in talibus eos perſtringere ac notare, eidem condemnationi Mediocritatis noſtræ calculo ſubjectus, ipſe quoque proſcriptus erit, atque à ſancta Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia, omnique fidelium Chriſtianorum cœtu abſciſſus.*

Eph 2.2. Enimverò ut vidit, qui operatur in filiis

αἷς ἐκεῖνος εἴωθε χαίρειν, ὧν τέλος ὁ ἀπὸ Θεοῦ χωρισμὸς, ἔσχατον τὸν Βαρλαὰμ ὑποδὺς, ἐπιστρατεύει τῇ ἀληθείᾳ. ἐστὶ δὴ μοναχὸς ὢν, καὶ τῆς Καλαβρείας ὁρμώμενος, καὶ τῇ τῶν Ἑλλήνων παιδείᾳ πολὺς γεγονὼς, καὶ ὅλον ἐκείνης ἑαυτὸν ἐξαρτήσας, κατὰ τῆς ἀληθείας χωρεῖ, καὶ τῶν ἱερῶς ἀντεχομένων αὐτῆς· καὶ διθεΐαν τούτων κατηγορήσας, οὐ μόνον τὴν τρισυπόστατον καὶ πᾶσιν ἀμέθεκτον Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἄκτιστον εἶναι λεγόντων, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀΐδιον καὶ θεοποιὸν καὶ τοῖς ἀξίοις μετεχομένην Χάριν τοῦ Πνεύματος, Συνόδου θείας ἐπὶ τούτοις συγκροτηθείσης, ἐξηλέγχθη καὶ ἀπεκηρύχθη, παρὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας διὰ τῶν τοῖς ἁγίοις Πατράσι θεολογικῶς συγγραφέντων, τοῦ τῆς ἀληθείας λόγου προϊσταμένων, τοῦ τε νῦν B ἱερωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης τοῦ Παλαμᾶ καὶ τῶν μοναχῶν. μετὰ μικρὸν δὲ, τῆς ἐκείνου πονηρᾶς δόξης γενόμενος Ἀκίνδυνος, μηδαμῶς τῇ τοῦ διδασκάλου καταδίκῃ σωφρονισθεὶς, μὴ δὲ βελτίων γενόμενος, τῶν αὐτῶν πάλιν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς κατηγορεῖν ἐπεχείρησεν· ἔξαρνος μὲν σὺν δόλῳ τοῦ διδασκάλου γινόμενος, καὶ τὰ δεινότατα ἐπαρώμενος ἐκείνῳ, καὶ μηδέποτε τὰ αὐτὰ φρονεῖν τῷ Βαρλαὰμ ἢ λέγειν ἰσχυριζόμενος, ἵν᾽ ἐντεῦθεν αὐτῷ λέγειν ἐξῇ· οἷς δὲ ἔλεγε, τὸν κρυπτόμενον ὑποδεικνὺς Βαρλαὰμ, καὶ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ πονηρὰν δόξαν, καὶ φρονῶν καὶ λέγων καὶ συγγραφόμενος. ταύτῃ τοι καὶ Συνόδου συγκροτηθείσης δευτέρας, ἧς προεκάθητο καὶ ὁ νῦν κρα- C ταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν Αὐτοκράτωρ, ὁ κύριος Ἰωάννης Καντακουζηνὸς, ἐξηλέγχθη τὰ αὐτὰ τῷ Βαρλαὰμ καὶ φρονῶν καὶ λέγων, καὶ τῶν Μοναχῶν κατηγορῶν· διὰ καὶ τὴν τῷ Βαρλαὰμ ἐπεσπάσατο καταδίκην, Τόμου προβάντος συνοδικοῦ κατὰ τῶν τοῦ Βαρλαὰμ μὲν ἐκείνου βλασφημιῶν, δι᾽ οὗ παντὸς τοῦ χριστιανικοῦ πληρώματος ἀποκέκοπται, ὡς αὐτὸς ἐστὶν ὁ συνοδικὸς Τόμος διέξεισι· πολλῶν τε ἄλλων ἕνεκεν, καὶ ὅτι τὸ Φῶς τῆς τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως, τὸ τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ μακαρίοις μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ὀφθὲν, κτιστὸν ἐπεχείρει δεικνύναι καὶ περιγραπτὸν, καὶ τῶν αἰσθητῶν φώτων πλέον ἔχον οὐδέν. οὐχ᾽ ἐστὶν δὲ μόνον ὁ Βαρλαὰμ τῷ συνοδικῷ ἀποκεκήρυκται Τόμῳ, ἀλλὰ ταῖς αὐταῖς ἐπιτιμίαις ἔνοχον ἑαυτὸν καθίστησι, καὶ εἴτις ἐκείνῳ ἑπόμενος τοῖς Μοναχοῖς καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ πολεμεῖ· φησὶ γὰρ ἐπὶ D λέξεως, Ἀλλὰ καὶ εἴτις ἕτερος τί τῶν ὑπὸ τοῦ Βαρλαὰμ βλασφήμως καὶ κακοδόξως κατὰ τῶν Μοναχῶν, μᾶλλον κατὰ τῆς Ἐκκλησίας αὐτῆς λαληθέντων ἢ συγγραφέντων, φανείη πάλιν τῶν Μοναχῶν κατηγορῶν, ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις καθαπτόμενος, τῇ αὐτῇ καταδίκῃ, παρὰ τῆς ἡμῶν μετριότητος καθυποβαλλόμενος, ἀποκήρυκτος ἔσται καὶ αὐτὸς, καὶ ἀποτετμημένος τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ὀρθοδόξου τῶν Χριστιανῶν πληρώματος.

Ἀλλ᾽ εἶδεν ὁ ἐνεργῶν ἐν τοῖς υἱοῖς τῆς ἀπει-

A θείας, κατὰ τὸ γεγραμμένον, πονηρὸς καὶ ἀρχέκακος δράκων, ὅτι κατὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν ἀσφαλῶς ἀντεχομένων αὐτῆς προσβαλὼν, ἀνδράσι χρησάμενος, οὐκ ἐν ἀξιώμασιν ἐξεταζομένοις, ἥκιστα ἠδυνήθη διὰ ταῦτα τῆς κατὰ γνώμην τυχεῖν, ὑποδύεται τὸν εἰς Πατριάρχας τότε τελοῦντα Ἰωάννην, σκεῦος ἄντικρυς τῆς ἐκείνου κακονοίας χωρητικόν. ὃς ὁμοφρονήσας τῷ Ἀκινδύνῳ, καὶ πολλὰ κατὰ τῆς εὐσεβείας καὶ τῶν ἀντιποιουμένων αὐτῆς· μᾶλλον δὲ κατ' αὐτὸς αὑτοῦ καὶ γράψας καὶ πράξας καὶ βουλευσάμενος· οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τὴν καταδίκην ἐγγράφως ἐπενεγκὼν τῷ ἀποκηρύκτῳ Βαρλαὰμ ἐκείνῳ, ἅμα καὶ τὴν ἐμφύλιον μάχην ὡς ἕρμαιον ἁρπάσας, εὗρε καὶ οὗτος τῆς ἑαυτοῦ σπουδῆς καὶ B τῶν πονηρῶν βουλευμάτων ἀξίας τὰς ἀμοιβάς. ἐξελεγχθεὶς γὰρ, καθαιρεῖται· καὶ ἀποκηρυχθέντος καὶ τούτου συνοδικῇ διαγνώσει, Τόμος ἱερὸς ἐκτίθεται τῇ συνόδῳ, ἅμα μὲν ἀποδεικνὺς ἐκεῖνον τῆς Ἀκινδύνου κακοδοξίας ἐχόμενον, ἅμα δὲ καὶ τὴν πρὸς τοὺς ὀρθοδόξους αὐτοῦ σὺν οὐδενὶ λόγῳ μανίαν. ὁ δὲ δὴ Τόμος ὑπογραφαῖς Ἀρχιερέων τριάκοντα τὸ βέβαιον ἔχων, οἷς συνεῖπε δι' ὑπογραφῆς ὕστερον καὶ ὁ ἁγιώτατος Πατριάρχης Ἱεροσολύμων, οὐ τὸν Ἀκίνδυνον οὐδὲ τὸν Πατριαρχεύσαντα ἐκβάλλει μόνον τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ τῶν Χριστιανῶν τελέως ἐκκόπτει πληρώματος· ἀλλὰ καὶ Εἴ τις φησὶν ἕτερος τῶν ἁπάντων τὰ αὐτά ποτε φωραθῇ, ἢ φρονῶν ἢ λέγων ἢ συγγραφόμενος κατὰ τοῦ Ἱερομονάχου κυρίου Γρηγορίου Παλα- C μᾶ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Μοναχῶν· μᾶλλον δὲ κατὰ τῶν ἱερῶν Θεολόγων, καὶ τῆς Ἐκκλησίας αὐτῆς, τὰ αὐτὰ καὶ κατ' αὐτοῦ ψηφιζόμεθα, καὶ τῇ αὐτῇ καταδίκῃ καθυποβάλλομεν, εἴτε τῶν ἱερωμένων τις εἴη, εἴτε τῶν λαϊκῶν. αὐτὸν δὲ τοῦτον τὸν πολλάκις ῥηθέντα τιμιώτατον Ἱερομόναχον κύριον Γρηγόριον τὸν Παλαμᾶν καὶ τοὺς αὐτῷ συνᾴδοντας Μοναχοὺς, μηδὲν ἀπᾷδον τῶν θείων λογίων γράφοντάς τε καὶ φρονοῦντας, μετ' ἐξετάσεως καταλαβόντες ἀκριβῶς· μᾶλλον δὲ τῶν θείων λογίων καὶ τῆς κοινῆς ἡμῶν εὐσεβείας καὶ παραδόσεως πᾶσι τρόποις, ὡς προσῆκεν, ὑπερμαχοῦντας, οὐκ ἀνωτέροις μόνον παντάπασι τῶν κατ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ἐρεσχελιῶν, ὡς καὶ ὁ πρώην συνοδικὸς Τόμος, ἔχομεν, ἀλλὰ D καὶ ἀσφαλεστάτοις τῆς Ἐκκλησίας προμάχοις τε καὶ προαγωνισταῖς καὶ βοηθοῖς ταύτης ἀποφαινόμεθα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς Συνόδοις ἐκείναις προβὰς Τόμος διέξεισι, καθάπερ οὖν ἔχει τὸ ἀσφαλές τε καὶ βέβαιον.

Ἀλλ' ὁ τοῖς ἡμετέροις κακοῖς ἐπιχαίρων ἀεὶ, οὐδ' οὕτως ἡσυχίαν ἄγειν ἐγνώκει. οὐδὲ γὰρ ὀργάνων ἀπορῶν, περιῄει ταῦτα ζητῶν· ἀλλ' ἔχων ἔτι τινὰς παρὰ τὸν Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον ἐκείνοις φοιτήσαντας, καὶ τὰ ἐκείνων ἐσχάτως νοσοῦντας, δι' ἐκείνων ὑφ' ἑαυτὸν ποιεῖται, τόν τε χρηματίσαντα Ἐφέσιον καὶ τὸν Γάννον, Γρηγορᾶν τε καὶ Δεξιόν· οἳ καὶ σύστημα ποιησάμενοι, καὶ ἄλλους προσεταιρισάμενοι ἀνθρωπίσκους οὐδὲν ὑγιὲς διανοηθέντας

A diffidentiæ, ſicut ſcriptum eſt, nequiſſimus ac mali auctor, draco, quod pietatem bello adortus ſit, eoſque qui illi tutò ſtuderent, utendo viris nulla dignitate fulgentibus, nihil inde ex voto potuiſſe conficere, eum induit qui tunc Patriarcha ſedebat, Ioannem vas utique palum illius animi pravitatis capax. Is, ejuſdem ac Acindynus ſententiæ, ac cùm multa alia adverſus pietatem ejuſque ſequaces (quin & ipſe adverſus ſeipſum) & ſcripſiſſet & egiſſet, conſuluiſſetque (ipſe enim eſt qui adverſum proſcriptum Barlaamum illam damnationis ſententiam ſcripto edidit) unaque etiam domeſticam pugnam tanquam inventum arripuiſſet, invenit & ipſe ſuæ B diligentiæ peſſimorumque conſiliorum condignas vices. Convictus enim deponitur. Atque hoc quoque Synodali cognitione abdicato, ſacer à Synodo Tomus editus eſt, qui tum eum Acindyni pravam opinionem ſequi oſtenderet, tum & illius adverſus Orthodoxos citra ullam rationem, furorem proderet. Is porro Tomus, triginta Epiſcoporum ſubſcriptionibus robur habens, quibus & conſenſit adjecta poſtea ſua ſyngrapha etiam ſanctiſſimus Patriarcha Ieroſolymorum, nedum Acindynum, eumve qui functus Patriarchatu erat, ſolùm ex Eccleſia Catholica, omnique Chriſtianorum cœtu prorſus ejicit; *Sed & ſi quis*, inquit, *alius univerſorum eadem unquam deprehenſus fuerit aut ſentire aut dicere aut conſcribere adverſus Hieromonachum Do-* C *minum Gregorium Palamam, eique ſodales Monachos; quinimmò adverſus ſacros Theologos, ipſamque Eccleſiam, eadem etiam adverſus eum decernimus, eidemque damnationi ſubjicimus, ſive eorum aliquis fuerit qui Sacerdotalis ſunt ordinis, ſive eorum qui inter Laicos cenſentur. Hunc verò ipſum ſæpius dictum venerabiliſſimum Hieromonachum Dominum Gregorium Palamam, & qui ejuſdem ſententiæ ſunt, Monachos, nihil à divinis Eloquiis diſſonum ſcribere autve ſentire, diligenti nobis certò compertum examine eſt, quin immò divina Eloquia, ac communem noſtram fidem traditionemque, modis omnibus ut par eſt, propugnare, nedum ſuperiores omnino cuſis in eos (quin potius adverſus Dei Eccleſiam) ludificationibus ac mendaciis, velut etiam qui nuper editus eſt, Tomus Synodicus, habemus, verumetiam tutiſſimos Eccleſiæ defenſores, illique antiſtites & adjutores pronun-* D *tiamus.* Sic enim etiam qui in illis Synodis editus eſt Tomus, uti certa ac comperta veritate liquet.

Becco viro Catholico & docto damnatus Palamus.

Ieroſolym. Patriarcha Palamita eiuſque Synodus.

Verùm qui noſtris ſemper gratulatur malis, ne ſic quidem ſibi quieſcendum putavit. Nec enim quaſi illi deeſſent organa, circuibat ut illa quæreret; ſed cùm adhuc aliquos haberet præter Barlaamum & Acindynum illorum diſcipulos, eodemque ac illi errore extremè laborantes, per illos ſibi addicit, tum quem vocant Epheſum, tum Gannam, Gregoramque & Dexum: qui & coitione facta, aliiſque corrogatis ſociis, homunculis ſcilicet, nihil unquam ſenſu ac ra-

Alii rectæ fidei aſſertores Palamitarum factione proſcripti.

A tionibus ſanis, tumultum adverſus Dei Eccleſiam excitant; hoc enitentes ut vulgus errore deciperent, miſerabiliterque, gloriam inde aucupantes, ab Eccleſia abſcinderent. Ea igitur ratione neceſſe fuit ut magna Synodus cogeretur, ſereniſſimo Imperatore noſtro pereuntium animarum miſeratione affecto. Quamobrem etiam accerſiti per ejus ex Deo ſanctumque Imperium, nec non ſanctiſſimum & Oecumenicum Patriarcham Dominum Callixtum, ſacratiſſimi Epiſcopi & Hypertimi, Heracleæ ſcilicet, Theſſalonicæ, Cyzici, Philadelphiæ, Chalcedonis, Melenici, Amaſeæ, Pontoheracleæ, Pegarum, Berrhœæ, Trapezuntis, Traianopolis, Selybriæ, Eupro, Amaſtridis, Æni, Sugdaiæ, Bryſis, Mudytarum, Bizyæ, Garellæ, Mediæ, Tenedi, Calliopolis, Exantidii, cùm eſſent Vicarii Adrianopolitani, Chriſtopolitani, Didymotichi; præſentibus etiam religioſiſſimis Epiſcopis Panii, Chariopolis, Pamphyli, Athyræ, Campaniæ, Sinai, Eleutheropolis; præſidente ſereniſſimo potentiſſimoque ac ſancto Imperatore Regeque noſtro Domino Ioanne Cantacuzeno, in ſacrarum Blachernarum triclinio ſic nuncupato, Alexiacum; unà conſidente cum ſancta ejus Majeſtate, ſanctiſſimo & Oecumenico Patriarcha Domino Callixto: deſideratiſſimoque ejus Majeſtatis germano fratre, Domino Michaële Aſane; itemque deſideratiſſimo ſanctæ ejus Majeſtatis item germano fratre, fortunatiſſimo Sebaſtocratore Domino Manuele Aſane; ſed & deſideratiſſimo ſanctæ ejus Majeſtatis conſobrino Panhyperſebaſto Domino Andronio Aſane; aſſidentibus Senatui unà cùm Epiſcopis & Eccleſiæ Magiſtratibus, unàque congregatis, tum Præfectis tum Archimandritis, qui in beata hac Vrbe agunt; adhæcque Monachis Sacerdotibus, ſimplicibuſque Sacerdotibus atque Monachis non paucis, nullis deſideratis Eccleſiæ Magiſtratibus; ſed & plebe circunſtante, quanta in his obſequens erat. Accerſiti & Tumultuantes, ac qui ſcindunt Eccleſiam; quæſitumque ex eis eſt; Quidnam cauſæ ſit, cur pio religioſiſſimoque Imperatore, ipſi talia adverſus pietatem auderent? Hi porrò cauſati ſunt, additionem quandam factam in ordinatione eorum qui Epiſcopi ordinarentur. Itidē cauſati ſunt & Theſſalonicenſem; nempe dicebant adverſus eum offendi, in quibuſdam ab eo ſcriptis confutando Barlaamum & Acindynum. Ad quos Theſſalonicenſis, Iam vos ipſi, inquit, eadem ac illi ſentitis? Illi rò Acindyni imitatione, quemadmodum e Barlaamum negabat, qui erroris maſter illi extiterat, ſic iſti ambos negac. Theſſalonicenſis verò objectis occurrens: Atqui, inquit, magna pars eorum, qui animum induxerunt ut nobis adverſarentur, Barlaami & Acindyni pravæ

Epiſcopi Pſeudo ſynodi Palamitarum Callixto Patriarcha.

Fumoſi tituli labente Imperio.

Accuſationis duplex caput: mutata aucta que profeſſio; Palamæ errores.

A οὐδέποτε, θόρυβον ἐγείρουσι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας Θεοῦ, σπουδὴν ποιούμενοι ἀποπλανᾶν τινὰς πολλούς, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀποτέμνειν ἐλεεινῶς, δόξαν ἑαυτοῖς ἐκ τούτων πορίζειν οἰόμενοι. ἐδέησε γοῦν διὰ ταῦτα Σύνοδον συγκροτηθῆναι μεγάλην, τοῦ γαληνοτάτου Βασιλέως ἡμῶν ἔλεον λαβόντος τῶν ἀπολλυμένων ψυχῶν. διὸ καὶ μεταπεμφθέντες παρὰ τῆς ἐκ Θεοῦ κραταιᾶς καὶ ἁγίας βασιλείας αὐτοῦ, καὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυρίου Καλλίστου, οἱ ἱερώτατοι [2] Ἀρχιερεῖς καὶ Ὑπέρτιμοι, ὅ, τε Ἡρακλείας, ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Κυζίκου, ὁ Φιλαδελφείας, ὁ Χαλκηδόνος, ὁ Μελενίκου, ὁ Ἀμασείας, ὁ Ποντοηρακλείας, ὁ Πηγῶν, ὁ Βεῤῥοίας, ὁ Τραπεζοῦντος, ὁ Τραϊανουπόλεως, B ὁ Σηλυβρείας, ὁ Εὐρίπου, ὁ Ἀμάστριδος, ὁ Αἴνου, ὁ Σουγδαΐας, ὁ Βρύσεως, ὁ Μαδύτων, ὁ Βιζύης, ὁ Γαρέλλης, ὁ Μηδείας, ὁ Τενέδου, ὁ Καλλιουπόλεως, ὁ Ἐξαντιδίου, [3] ὄντων καὶ διὰ γνωμῶν τοῦ Ἀνδριανουπόλεως, τοῦ Χριστουπόλεως, τοῦ Διδυμοτείχου· παρόντων καὶ θεοφιλεστάτων Ἐπισκόπων· τοῦ Πανίου, τοῦ Χαριουπόλεως, τοῦ Παμφύλου, τοῦ Ἀθύρα, τοῦ Καμπανίας, τοῦ Σινάου, τοῦ Ἐλευθερουπόλεως, προκαθεσθέντος τοῦ γαληνοτάτου καὶ κρατίστου καὶ ἁγίου ἡμῶν Αὐτοκράτορος καὶ Βασιλέως κυρίου Ἰωάννου Καντακουζηνοῦ, ἐν τῷ τρικλίνῳ τῷ οὕτω πως ἐπιλεγομένῳ Ἀλεξιακῷ τῶν ἱερῶν Βλαχερνῶν· συνεδριάζοντος τῇ ἁγίᾳ Βασιλείᾳ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυρίου Καλλίστου· καὶ ἔτι τοῦ περιποθήτου C αὐταδέλφου τῆς ἁγίας Βασιλείας αὐτοῦ κυρίου τοῦ Ἀσάνη· καὶ ἔτι τοῦ περιποθήτου αὐταδέλφου τῆς ἁγίας Βασιλείας αὐτοῦ τοῦ πανευτυχεστάτου Σεβαστοκράτορος κυρίου Μανουὴλ τοῦ Ἀσάνη. ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ περιποθήτου Ἀνεψιοῦ τῆς ἁγίας Βασιλείας αὐτοῦ Πανυπερσεβάστου κυρίου Ἀνδρονίκου τοῦ Ἀσάνη. παρακαθημένων τῆς Συγκλήτου σὺν τοῖς Ἀρχιερεῦσι καὶ ἐκκλησιαστικοῖς ἄρχουσι, καὶ συνειλεγμένων τῶν τε Ἡγουμένων καὶ Ἀρχιμανδριτῶν τῶν ἐν τῇ εὐδαίμονι ταύτῃ πόλει· ἔτι τε Ἱερομονάχων καὶ Ἱερέων καὶ Μοναχῶν οὐκ ὀλίγων, οὐκ ἀπόντων κἄν τινων τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων· περιεστηκότος δὲ καὶ λαοῦ, ὅσον ἐν τούτοις φιλήκοον. προσεκλήθησαν καὶ οἱ θορυβοῦντες, καὶ τὴν ἐκκλησίαν κατατέμνοντες οὗτοι, καὶ ἠρωτήθησαν, Τίνος ἕνεκεν Βασιλέως εὐσεβῶς ζῶντος, D παρ' αὐτῶν τὰ τοιαῦτα κατὰ τῆς εὐσεβείας τολμᾶται. οἱ δὲ ᾐτιάσαντο [4] προσθήκην τινὰ ἐν τῇ χειροτονίᾳ τῶν χειροτονουμένων Ἀρχιερέων γεγενημένην. ἐν αἰτίαις δὲ ἐποιοῦντο καὶ τὸν Θεσσαλονίκης, ἐπειδὴ σκανδαλίζεσθαι ἔλεγον κατ' αὐτοῦ, ἔν τισι τῶν πρὸς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον ἀντιῤῥητικῶς αὐτῷ συγγεγραμμένων. ὁ δὲ Θεσσαλονίκης, Λοιπὸν ὑμεῖς αὐτοῖς, εἶπε, τὰ ἐκείνων φρονεῖτε. οἱ δὲ κατὰ μίμησιν Ἀκινδύνου, ὡς ἐκεῖνος ἔξαρνος ἐγίνετο τοῦ καθηγησαμένου αὐτῷ τῆς πλάνης Βαρλαάμ, οὕτως οὗτοι τούτων ἀμφοτέρων. ὁ δὲ Θεσσαλονίκης, ἀνθυποφέρων, Καὶ μὴν φησίν, οἱ πλείους τῶν ἀντιλέγειν προῃρημένων ἡμῖν, φανερῶς τοῦ Βαρλαὰμ

A καὶ Ἀκινδύνου κακοδοξίας προϊστάμενοι, μέχρι καὶ εἰς δεῦρο ἀμεταμέλητοι διετέλεσαν, οἷς καὶ οἱ λοιποὶ συντεταγμένοι φανεροὶ πάντως ἐστὲ, πρὸς ἐκείνους ὥσπερ παράδειγμα, ἕνεκά γε δογμάτων ἀκριβῶς ἀφορῶντες.

Ἐπὶ τούτοις ἡ θεία Σύνοδος, Πρὸς τὴν φατὲ δυσχεραίνειν φησὶ προσθήκην, ἥτις οὐδὲ προσθήκη ἂν καλοῖτο δικαίως, ὡς ἀνάπτυξις οὖσα τῆς οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἀποκήρυξις Βαρλαὰμ τε καὶ Ἀκινδύνου. ταύτην οἱ μεμφόμενοι, δῆλοι πάντως τοῖς καὶ ὁπωσοῦν συνιεῖσι εἰσὶν, τῶν τε Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου ἀντιποιούμενοι. οἱ δὲ καὶ πάλιν ἠρνοῦντο μὴ τοῖς ἐκείνων στοιχεῖν. ὡς δὲ καὶ λέγειν ἤρξαντο, ἐν οἷς ἐσκανδαλίζοντο, λέξεσιν αὐταῖς ᾐτιῶντο, ἅπερ καὶ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνος πρότερον κατά τε τοῦ Θεσσαλονίκης B καὶ τῶν Μοναχῶν διεξῄει. τῶν δὲ καὶ ἀπὸ τούτων δήλων γεγενημένων, τὰ ἐκείνων ἀνιάτως νοσούντων, ἔδοξε τῷ θειοτάτῳ καὶ ἁγίῳ Βασιλεῖ, συνειρηκότος καὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου καὶ πάσης τῆς ἱερᾶς Συνόδου, ὡς ἂν τῆς περὶ τῶν προκειμένων δογμάτων ζητήσεως ἀπ᾽ ἀρχῆς εἰς τέλος βασανισθείσης, τἀληθὲς ἐν τούτοις διαγνωσθῇ· τοῦτο δὴ καὶ τοῦ Θεσσαλονίκης ἐπαινέσαντος, [5] ἐκεῖνοι παντελῶς ἀπηγόρευον. ἀλλὰ καὶ ἀπαιτούμενοι φανερὰν τὴν οἰκείαν περὶ τῶν προκειμένων ἐκθέσθαι δόξαν, οὐδαμῶς ἤθελον, πρόφασιν σκανδάλων τὰ προειρημένα ποιούμενοι. λόγων δὲ κινηθέντων πολλῶν κατὰ τὴν πρώτην ταύτην συνέλευσιν, τὰ μὲν τῆς ἐνστάσεως ταύτης διελύθη· κεκύρωται δὲ ἐγγράφως, ὡς ἂν C ἐν τῇ δευτέρᾳ συνελεύσει ἄρξωνται μὲν οὗτοι δὴ, οἱ πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν διαφερόμενοι, ὅθεν βούλωνται, εἶτα μετ᾽ αὐτοὺς ὁ Θεσσαλονίκης ἀρξάμενος, ὅθεν ἂν βουληθῇ, εἴπῃ πάντα τὰ κατὰ γνώμην αὐτῷ.

Συγκροτηθείσης δὲ καὶ δευτέρας συνελεύσεως, ἀπαντῶσι κἀκεῖνοι, καὶ ἀρξάμενοι εἶπον κατὰ τοῦ Θεσσαλονίκης, ὅσα ἐβούλοντο. ἀρξαμένου δὲ καὶ τοῦ Θεσσαλονίκης πρὸς ἔπος τοῖς παρ᾽ ἐκείνων προβεβλημένοις ἀπαντᾶν, τούς τε λόγους συνέχεον καὶ πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. καὶ πολλὰ βιασθέντες, D οὐκ ἠνέσχοντο παραμεῖναι. δόντες δὲ ὑποσχέσεις εἰς ἑτέραν συνέλευσιν ἐνδημῆσαι, πάλιν φεύγουσι μηδενὸς διώκοντος, πρὸ τοῦ νενομισμένου καιροῦ.

Ὁ δὲ Θεσσαλονίκης προσταχθεὶς παρά τε τοῦ ἐκ Θεοῦ Βασιλέως ἡμῶν καὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, ὡμίλησε παρρησίᾳ πλατύτερον πᾶσι, περὶ τῶν προκειμένων εἰς ζήτησιν τῇ Ἐκκλησίᾳ δογμάτων· καὶ πάντες καὶ ἐπῄνεσαν καὶ συνῄνεσαν. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκε, λέγων, ὡς [6] ἕτερόν ἐστιν ἡ ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἀντιλογία, καὶ ἑτέρα ἡ τῆς πίστεως ὁμολογία. καὶ ἐπὶ μὲν τῆς ἀντιλογίας οὐκ ἀνάγκη περὶ τὰς λέξεις ἀκριβολογεῖσθαι τὸν ἀντιλέγοντα, ὡς καὶ ὁ μέγας φησὶ Βασίλειος· ἐπὶ δὲ τῆς ὁμολογίας, ἀκρίβεια διὰ πάντων τηρεῖται καὶ ζητεῖται καὶ διὰ



doctrinæ palàm adſtipulantes, hactenus impœnitentes perſeveraverunt, quibus vos ipſi demum manifeſtè prorſus ſocios proditis, qui ad illos velut ad exemplum, quod ſpectat ad dogmata, ſerio aſpiciatis.

In his divina Synodus, Ad eam, quam vos moleſtè ferre dicitis, inquit, additionem quod attinet, quæ nec meritò additio vocanda eſt, ut quæ ſextæ Oecumenicæ Synodi explicatio ſit, aliud nihil eſt, quàm Barlaami Acindynique proſcriptio; quam qui reprehendunt, manifeſtè omnino, vel minimùm intelligentibus, Barlaami Acindynique doctrinæ ſe aſtipulari produnt. Verùm illi iterum negare, illorum ſe opinionem ſequi. Mox tamen ac loqui cœperunt, ac aperire unde illis ea offenſio, ipſis vocibus cauſabantur, quæ tum Barlaamus, tum Acindynus, adverſus Theſſalonicenſem atque Monachos priùs jactabant. Cùm verò hinc quoque certò palamque liqueret, eodem illos ac ſuperiores inſanabiliter errore laborare, placuit diviniſſimo ſanctoque Imperatori, annuente etiam ſanctiſſimo ac Oecumenico Patriarcha, omnique ſacra Synodo, ut eorum dogmatum, quæ propoſita eſſent, quæſtione à principio ad finem uſque diligenti diſcuſſa examine, dignoſceretur, quid illa demum veritatis haberent. Cumque ipſe etiam Theſſalonicenſis, quod ſic conſultum viſum eſſet, laudaret, illi prorſus abnuebant. Sed & cùm rogarentur, ut ſuam ipſi clarè, de illis quæ propoſita eſſent, opinionem ederent, nuſquam voluerunt, ſcandalum cauſantes ea quæ pridem dicta erant. Multis porro, primo hoc conventu motis ſermonibus, diremta hæc contentio eſt; ſcriptoque firmatum, eos, qui ab Eccleſia diſſiderent, altero conventu, unde illis libuerit, diſceptandæ cauſæ ducturos exordium; tumque ubi peroraverint, Theſſalonicenſem, quæ ex mente fuerint, omnia prolocuturum, ipſum quoque auſpicantem unde maluerit.

*Synodi ad 1. caput Satisfactio.*

*Indicta de dogmate diſputatio.*

Altero verò etiam coacto conventu, affuerunt & illi: primique diſceptantes, dixerunt adverſus Theſſalonicenſem, quæcunque voluerunt. Cùm autem cœpiſſet & Theſſalonenſis ad verbum reſpondere, his, quæ ab eis illi objecta erant, ſermones confundebant, verſique in fugam ſunt; nec quanta demum vis illis adhibita, manere ſuſtinuerunt. Polliciti tamen, alio ſe conventu præſto affuturos, rurſus fugiunt nemine perſequente, ante conſtitutum tempus.

Theſſalonicenſis verò jubente, tum Dei gratia Imperatore noſtro, tum ſancta Dei Eccleſia, cunctis palam fuſiùs locutus eſt, de iis dogmatis, de quibus Eccleſiæ Dei vertebatur quæſtio; omneſque & laudaverunt & aſſenſi ſunt. Quod verò hoc etiam addidit, Aliud eſſe, quæ pro pietate ſuſcipitur contradictio; atque aliud, quæ editur Fidei confeſſio: nec in contradictione neceſſe eſſe, ut is qui contradicit, exactius voces penſitet, quemadmodum ait magnus Baſilius; in confeſſione verò, diligentiam per omnia ſervari oportere atque exigi: eamque ob rem, inquit, libris

quos confutandis Barlaamo & Acindyno compoſui, etiam quam à Sanctis ſuſcepi Fidei confeſſionem, inſerui, ut qui noſtra legunt, ex confeſſione intelligant, quis ſit ſcopus ac finis contradictionis. potentiſſimus ſanctuſque Imperator noſter atque Rex ejuſmodi Confeſſionem quæſivit; allatamque, legi præcepit. Quo facto, rogatus quiſque eſt edicere, quod de illa ſentiret: Nemoque fuit, qui non cum laudibus ſuum illi calculum adjecerit. Mirari omnes Theſſalonicenſem, ſibique precari illius inſtructos confeſſionis decretis vita fungi, illaque comite coram Iudice vivorum ac mortuorum, qua die communis exigenda ſatisfactio eſt, comparere. Inque his alter ille conventus finem habuit.

Palamæ fidei confeſſio probata Synodo atque laudata.

Cogitur verò & tertius conventus. Adfuerunt & illi, ſuamque legi Fidei profeſſionem quærunt. Cumque id factum eſſet, in fine iſtud etiam adjectum erat, *De Barlaamo autem & Acindyno hanc mentem habemus, atque id quod de illis ſancta Dei Eccleſia ſentit, ſentimus.* Multis verò inter hæc motis ſermonibus, orſi ſunt Diſſidentes accuſationem adverſus Theſſalonicenſem, cujus erat hoc caput, Scripſiſſe non rarò in multis ſuarum lucubrationum duas eſſe & plures Deitates, eaſque ſuperiores & inferiores. Atque id illis ſæpe dicentibus ac circunſtrepentibus, haſque voces criminantibus, religioſiſſimus Imperator notum nobis ſuper his facere juſſit, Vtrum in iis quæ dicta ſunt, voces ipſas in crimen vocatis, an res per voces ſignificatas, vel etiam utraque. Quod ſi utique de rebus concertatio eſt, quorſum voci aſſidens cum rei umbra pugnam conferis? Examinandæ itaque ipſæ nudæ res, exque Theologis exquirenda ſuper his veritas eſt. Sin autem de rebus eadem ſententia eſt, ut quid vocem criminamini? Enimvero non de vocibus digladiaturi huc convenimus *Neque enim de nominibus*, juxta Theologum, *contendemus:* qui nimirum nullum in vocibus periculum noverimus, quandiu mens ſana eſſe videbitur.

Palamæ accuſatio.

Ad hæc Theſſalonicenſis, Exigua mihi, inquit, vocum ratio eſt, *Non enim in verbis, ſed in rebus, veritas nobis pietaſque conſiſtit*, ut auctor eſt Gregorius Theologus. De dogmatis ac rebus certamen ineo. Modò quis de rebus conſentiat, de vocibus nihil diſcepto. Ad id verò quod accuſant Adverſarii, hoc dico. Equidem duas, aut plures atque diſtinctas in ſancta Trinitate Deitates, ita ut alia quidem ſit Patris, alia autem Filii, alia verò Spiritus, nec ſenſi, neque ſentio; neque verò Chriſti gratiâ futurum ut unquam ſentiam: quin & illos qui ita ſentiunt, anathemati ſubjicio. Sed neque aliud quid dico Deitatem, præter trinè ſubſiſtentem ipſam Deitatem: neque eſſentiam divinam aut angelicam, nec hypoſtaſin, ſeu perſonam ( ut

Palamæ ſatisfactio.

A τοῦτο τοῖς ἐμαυτοῦ πρὸς Βαρλαὰμ καὶ Ἀκίνδυνον ἀντιρρητικοῖς λόγοις συνέταξα, καὶ ἣν παρὰ τῶν Ἁγίων ἐδεξάμην ὁμολογίαν τῆς πίστεως, ἵνα οἱ ἐντυγχάνοντες τοῖς ἡμετέροις, ἐκ τῆς ὁμολογίας μανθάνοιεν τὸν τῆς ἀντιλογίας σκοπόν, ἐζήτησεν ὁ κράτιστος καὶ ἅγιος ἡμῶν Αὐτοκράτωρ καὶ Βασιλεὺς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν· καὶ προσκομισθείσης, ἀναγνωσθῆναι ταύτην ἐκέλευσεν. οὗ γεγονότος, ἕκαστος ἠρωτήθη, ὡς ἔχει γνώμης περὶ ταύτης εἰπεῖν. καὶ οὐδεὶς ἦν ὃς οὐκ ἐγκωμίων ἐμνήσθη περὶ ἐκείνης ἀποφαινόμενος, ἅμα τόν τε Θεσσαλονίκης θαυμάζων, καὶ εὐχόμενος ἑαυτῷ τοῖς τῆς ὁμολογίας ἐκείνης συναπελθεῖν δόγμασι, καὶ μετ᾽ ἐκείνης ἐμφανισθῆναι τῷ Κριτῇ ζώντων καὶ νεκρῶν κατὰ τὴν τῆς κοινῆς ἀπολογίας ἡμέραν. καὶ ἡ μὲν δευτέρα συνέλευσις ἐν τούτοις ἐτελεύτησεν.

B Συγκροτεῖται δὲ καὶ ἡ μετ᾽ αὐτήν. ἀπαντήσαντες δὲ κἀκεῖνοι, τὴν οἰκείαν ὁμολογίαν ἀναγνωσθῆναι ζητοῦσιν. οὗ γεγενημένου, ἐν τῷ τέλει καὶ τοῦτο προσκείμενον ἦν. Περὶ δὲ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου οὕτω περὶ ἐκείνων ἔχομεν γνώμης, ὡς καὶ ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία περὶ τούτων φρονεῖ. πολλῶν δὲ μεταξὺ λόγων κινηθέντων, ἤρξαντο οἱ διαφερόμενοι τῆς κατὰ τοῦ Θεσσαλονίκης κατηγορίας, ἡ δὲ ἦν τοιάδε. Ὡς ἄρα ἔν τισι τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων γράφει πολλάκις δύο καὶ πολλὰς Θεότητας, καὶ ταύτας ὑπερκειμένας καὶ ὑφειμένας. καὶ τοῦτον τὸν λόγον πολλάκις εἰπόντων καὶ περικροτησάντων, καὶ ταύτας δὴ τὰς φωνὰς καταιτιωμένων, ὁ εὐσεβέστατος Βασιλεὺς ἐπὶ τούτοις γενέσθαι ἡμῖν φανερὸν ἐκέλευσεν, Πότερον, τῶν λαληθέντων ἐν αἰτίαις ποιῆσθε τὰς λέξεις αὐτάς, ἢ τὰ διὰ τῶν λέ- C ξεων δηλούμενα πράγματα, ἢ καὶ ἀμφότερα. εἰ μὲν δὴ ὁ πόλεμος πρὸς τὰ πράγματα, τί τῇ σκιᾷ τοῦ πράγματος πολεμεῖς, τῇ λέξει παρακαθήμενος. ἐξεταστέον γὰρ δὴ αὐτὰ γυμνὰ τὰ πράγματα, καὶ παρὰ τῶν Θεολόγων τὴν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ζητητέον. εἰ δὲ τοῖς πράγμασι σύμφωνοι διατελοῦντες, τί λέξει μέμφεσθε. ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε οὐ λέξεων ἕνεκεν ἐνταῦθα συνεληλύθαμεν· οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων, κατὰ τὸν Θεολόγον, ζυγομαχήσομεν· κίνδυνον οὐδένα εἰδότες περὶ τὰς λέξεις, ἕως ἂν ὁ νοῦς ὑγιαίνειν δοκῇ.

Ἐπὶ τούτοις ὁ Θεσσαλονίκης, Λέξεων ἐμοὶ λόγος ὀλίγος, ἔφη· οὐ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἐν πράγμασιν ἡ ἀλήθειά τε καὶ ἡ εὐσέβεια, κατὰ τὸν D Θεολόγον Γρηγόριον· περὶ δὲ δογμάτων καὶ πραγμάτων τὸν ἀγῶνα ποιοῦμαι. κἄν τις ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὁμοφωνῇ, πρὸς τὰς λέξεις οὐ διαφέρομαι. πρὸς δὲ τὴν παρὰ τῶν λεγόντων κατηγορίαν, ἐκεῖνο λέγω. Δύο μὲν ἐγὼ Θεότητας ἢ πολλὰς καὶ διαφόρους ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, ὡς ἄλλην μὲν εἶναι τοῦ Πατρός, ἄλλην δὲ τοῦ Υἱοῦ, ἄλλην δὲ τοῦ Πνεύματος, οὔτε ἐφρόνησα, οὔτε φρονῶ, οὔτε μὴν φρονήσω τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ τοὺς οὕτω φρονοῦντας, καθυποβάλλω τῷ ἀναθέματι. ἀλλ᾽ οὐδὲ ἄλλο τι φημὶ Θεότητα, ἐκτὸς τῆς τρισυποστάτου Θεότητος· οὔτε οὐσίαν θείαν ἢ ἀγγελι-

κὴν, οὔτε ὑπόστασιν, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον· ἀλλ' ἐνεργείας θείας καὶ προόδους τινὰς φύσει προσούσας καὶ ἐξ ἀϊδίου τῷ Θεῷ, τῷ τῆς Θεότητος ὀνόματι προσηγόρευσα, τοῖς Ἁγίοις οἰόμενος σύμφωνα λέγειν. ἀλλ' οὐδὲ ταῦτα, εἶπον ἄν, μὴ πρὸς ἀνάγκην ἦλθον, παρὰ τοῦ ἀντιλέγοντος, καὶ κατ' ἀντιπαράστασιν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀγωνιζόμενος, μόνην ἄκτιστον λέγοντα Θεότητα, τὴν Οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, πᾶσαν δὲ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν θείαν, τῆς οὐσίας διαφέρουσαν, εἰς κτίσμα κατασπῶντα. ἄλλως τε καὶ τοῦτ' εἶπον, οὐ πολλὰς συνάγων ἐντεῦθεν Θεότητας, ὡς αὐτοὶ καταψεύδονται· καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἐμῶν συγγραμμάτων, τῶν τε ἄλλων καὶ τῆς ὁμολογίας. ἐν πᾶσι γὰρ οὕτω τοῦτο προάγεται παρ' ἐμοῦ, ὡς ὑπὸ τῶν ἀντιλεγόντων μὲν λεγόμενον· ὑπ' ἐμοῦ δὲ μὴ στεργόμενον· μίαν γὰρ οἶδα Θεότητα, τὴν αὐτὴν τρισυπόστατον, καὶ παντοδύναμον καὶ ἐνεργῆ. πλὴν οὔτε τότε περὶ τῶν λέξεων ὁ σκοπὸς ἐμοί, ἀλλ' ἅπας ὁ ἀγὼν περὶ τῶν πραγμάτων. οὔτε νῦν περὶ ὀνομάτων καὶ συλλαβῶν διαφέρομαι· ἀλλὰ τῶν πραγμάτων εὐσεβῶς ἀνακηρυχθέντων, Χριστοῦ χάριτι ἕτοιμός εἰμι πᾶν ὅπερ ἂν ἡ θεία Σύνοδος περὶ τῶν λέξεων διαγνῷ, στέρξαι καὶ ἀποδέξασθαι. ἐφ' οἷς ὅ, τε εὐσεβέστατος καὶ γαληνότατος Βασιλεύς, καὶ ἡ θεία Σύνοδος τὸν Θεσσαλονίκης ἀποδεξάμενοι διὰ πάντων, τῆς εὐσεβοῦς διανοίας, ᾗ περὶ τὰ θεῖα κεχρημένος διατέλει, καὶ μάλιστα τῆς εὐγνωμοσύνης αὐτὸν ἐπαινέσαντες, Θεότητας μὲν δύο ἢ πολλάς, ἢ ὅλως ἀριθμὸν Θεοτήτων, μήτε λέγεσθαι μήτε μὴν νοεῖσθαι, ἀσφαλῶς διωρίσαντο· μηδὲ γὰρ εἰρῆσθαι τοῦτο παρὰ τῶν Θεολόγων ῥητῶς· διαφορὰν μέντοι οὐσίας θείας καὶ θείας ἐνεργείας, ἢ καὶ θείων ἐνεργειῶν, καὶ μάλα καὶ νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι προσετάξαντο· διαρρήδην τοῦ τοιούτου δόγματος παρὰ τῆς Ἐκκλησίας κεκηρυγμένου, ὡς καὶ κάτω δειχθήσεται. ὁ δὲ Θεσσαλονίκης, προθύμως καὶ λίαν ἀσμένως τοῦτο κατεδέξατο· καὶ ἡ μὲν τρίτη συνέλευσις ἐν τούτοις ἐτελεύτησεν.

Γενομένης δὲ καὶ τετάρτης, ἤρξαντο πάλιν οἱ διαφερόμενοι λέξεις τινὰς αἰτιᾶσθαι, ἐμφερομένας ἐν τοῖς τοῦ Θεσσαλονίκης συγγράμμασι, τῶν πραγμάτων ἀφέμενοι· τοῦ δὲ θειοτάτου Βασιλέως καὶ τῆς Συνόδου τῆς τῶν πραγμάτων ἐξετάσεως γινομένων, καὶ παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας Θεολόγων τὰς ἀποδείξεις τῶν προβεβλημένων ζητούντων, προεκομίσθη ὁ κατὰ τοῦ Βαρλαὰμ ἐκτεθεὶς συνοδικὸς Τόμος. ὃς ἀναγνωσθεὶς κελεύσει θείᾳ τοῦ γαληνοτάτου Βασιλέως ἡμῶν, κοινωνοὺς διὰ πάντων τῆς τοῦ Βαρλαὰμ κακοδοξίας τοὺς διαφερομένους ἀπέδειξεν. οὐ γὰρ ἠνέσχοντο μὴ διὰ τέλους ἀντιλέγειν τοῖς ἐκεῖ γεγραμμένοις, περί τε ἄλλων, καὶ μάλιστα περὶ τοῦ θειοτάτου Φωτὸς τῆς τοῦ Κυρίου Μεταμορφώσεως. οὐ μὴν ἀλλ' ἐρωτωμένων, τοῦ τε Θεσσαλονίκης, καὶ τῶν διαφερομένων τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὅπως ἔχουσι δόξης περὶ τοῦ θειοτάτου Φωτός· ὁ μὲν δι' ὧν εἶπε καὶ ὧν ἀνέγνω εἰς ἐπήκοον πάντων ἐκ τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων, διὰ πάντων



A auctor eſt magnus Dionyſius) ſed operationes divinas ac proceſſiones quaſdam naturâ Deo competentes & ab æterno, Deitatis nomine appellavi, ex Sanctorum mente ac ſenſu me loqui arbitratus. At ne hæc quidem dicturus eram, niſi in eas me anguſtias Adverſarius coëgiſſet, & ut illi opponerem, adverſuſque eum decertans, qui ſolam increatam Deitatem, Dei Eſſentiam diceret; omnem verò divinam virtutem, & operationem ab eſſentia diſtinctam, ad res creatas detraheret. Præterea verò hoc ipſum dixi, non ut mulras inde Deitates colligerem, ut illi falsò adſcribunt: ac liquet ex meis ſcriptis, cùm aliis, tum ex ipſa Fidei confeſſione. Vbique enim ſic à me iſtud profertur, B ut quod Adverſarii objiciant ac dicant; ſed ego non amplectar aut ſequar. Vnam enim novi Deitatem, eandem trinè ſubſiſtentem, & omnipotentem ac efficacem. Verum nè tunc quidem ad voces mihi ſpectabat animus, ſed omnis contentio de rebus erat; ſed neque modò de nominibus ſyllabiſque diſſentio: verùm dum res piè prædicentur, Chriſti gratia paratus ſum amplecti ac probare, quicquid demum divina Synodus de vocibus decreverit. In his tum religioſiſſimus ſereniſſimuſque Imperator, tum divina Synodus, probata in omnibus Theſſalonicenſis religioſa mente, qua ille in divinis uſus fuerat, ac præſertim illius obſequentis animi laudata modeſtia; duas quidem aut C plures Deitates, ſive prorſus Deitatum numerum dicere, autve cogitare omnino prohibuerunt: neque enim ſic unquam diſertè Theologos locutos eſſe: Cæterum divinæ eſſentiæ, divinæque operationis, ſeu etiam operationum diſtinctionem vel maximè & intelligendam & dicendam admonuerunt; cùm tale palam dogma ab Eccleſia prædicetur, ut & in ſequentibus monſtrabitur. Porro Theſſalonicenſis, avidè ac valde placidè lubenſque acquievit. Sicque tertius conventus finem habuit.

*Mala hæc Dionyſii intelligentia, ritè ex Maximo Calecæ expoſita.*

*Synodi erraticæ ſententia.*

Facto verò etiam quarto conventu, cœperunt rurſus qui diſſiderent, voces quaſdam in Theſſalonicenſis ſcriptis extantes, omiſſis rebus, accuſare. Cùm autem diviniſſimus Imperator ac Synodus ipſi rerum examini ani- D mum intendentes, ex Eccleſiæ Magiſtris demonſtrari quæ objecta eſſent, quærerent, allatus eſt Tomus Synodicus adverſus Barlaamum editus; divinaque ſereniſſimi Imperatoris juſſione lectus, per omnia ſocios pravæ Barlaami opinionis, eos qui diſſideret, oſtedit. Non enim ſuſtinuerunt non in finem uſque contradicere, his, quæ illic ſcripta erant, cùm de aliis, tum maximè de diviniſſimo Lumine Dominicæ Transformationis. Sed & cùm rogarentur, tum Theſſalonicenſis, tum qui ab Eccleſia diſſidebant, quidnam de diviniſſimo illo Lumine ſentirent; ille quidem quibus locutus eſt, legitque cunctis audientibus ex ſuis libris, in omnibus viſus eſt, ex Theo-

Nugæ omnia, non diſtinguentium vim agendi ab effectu illius.

Meritò ſanè; hinc enim monſtroſus Deus & compoſitus.

logorũ ſeriò mente ſenſuque pendere; illi verò quibus locuti ſunt ac deprehenſi ſunt ſcribere, convicti ſunt, bifariàm in creata & increata, unam Patris Filiique & Spiritus ſancti Deitatem ſecare; ea ratione, quod Dei Eſſentiam increatam Deitatem dicerent, omni virtute divina ac operatione carentem; omnem verò Dei virtutem & operationem, ac omninò ejus omnipotentiam abolerent atque negarent, Deumque in creatorum ſortem detraherent, ac in duas ipſum Deitates creatam & increatam, veréque ſuperiorem & inferiorem, dividerent; cùm & quod fulſit in Thaborio Deitatis Lumen, modò quidem Dei Eſſentiam eſſe dicerent, modò verò ſpectrum ſeu apparens lumen & velamen & ſimulacrum ſeu ſpeciem & creaturam; adeò ut illorum ſententiâ, idem creatura ſit & Dei Eſſentia. Prolata verò ſunt à Theſſalonicenſi illorum ſcripta, ipſa eorum manu exarata, quibus dabant crimini, quod diviniſſimum illud Lumen ac illuſtrationem increatam diceret, non tamen Dei Eſſentiam. Sed & quibus Theſſalonicenſem accuſabant, ut qui multas diceret Deitates, idcircò nimirum, quod divinas omnes & communes trium perſonarum virtutes ac operationes increatas eſſe aſſereret; palàm innotuit, non eis de vocibus litem eſſe, ſed quod nec diſtingui divinam eſſentiam, divinamque operationem, nec verò increatam eſſe divinam ac omnipotentem operationem, ſentiant. Interea prolatis Eccleſiæ Theologis, lecta ſunt ex magno Baſilio cùm alia plura, tum & ſequentia.

Baſil. Ineptè aſſumpta hæc pro Palama, cùm ſermo ſit de diſtinctione rationis.

*Si enim nihil prorſus in Deo ſecundum rationem Eunomius conſiderat, ne humanis titulis & appellationibus Deum honeſtare videatur, cuncta perinde eſſentiam fatebitur, quæ Deo tribuuntur. Quomodo ergo non ridiculum, quod creator eſt, eſſentiam dicere; quod providentiam habet, rurſus eſſentiam; quod ſimiliter præſcientiam, omnemque prorſus operationem eſſentiam ponere?*

Damaſc. l. 3

Hæc puriter in Deo, extra.

Ex Damaſceno Theologo, ubi de duabus in Domino noſtro Ieſu Chriſto Operationibus docet, dicens. *Sciendum aliud eſſe operationem, aliudque operativum (ut ſic dicam) atque aliud operatum, & aliud operans. Eſt itaque operatio, vis agendi & ſubſtantialis naturæ motus.* ἐνεργητικὸν (quaſi operativum) *natura, ex qua operatio procedit.* ἐνέργημα (quaſi operatum) *operationis effectus. Operans, qui utitur operatione; id eſt, perſona.*

Maxim.

Hæc item.

D. verò Maximus, in capitulo quod prænotatur, *Ex Diſputatione in Secreto. Omnino*, inquit, *neceſſe eſt, ut in Chriſto voluntates dicantur & operationes, ac prorſus neceſſe. Nihil enim eorum quæ ſunt, abſque naturali operatione ſubſiſtit, Sancti enim Patres apertè dicunt, Nullam, quamcumque dixeris, naturam abſque ſubſtantiali ſua operatione vel eſſe, vel cognoſci.*

Quia verò ſuis illi ſermonibus, nedum ſingulis Sanctorum adverſabantur, ſed & jam ſanctam & Oecumenicam, ſextam Synodum evertere ac convellere nitebantur, cui non

A ἀνεφαίνετο, ἀσφαλῶς τῆς τῶν Θεολόγων διανοίας ἐξηρτημένος· οἱ δὲ, δι' ὧν τε εἶπον καὶ ὧν ἑάλωσαν συγγραφόμενοι, ἐξελέγχθησαν διχοτομοῦντες εἰς κτιστὰ καὶ ἄκτιστα τὴν μίαν Θεότητα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῷ, τὴν μὲν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ ἄκτιστον λέγειν θεότητα, ἐστερημένην πάσης δυνάμεως καὶ ἐνεργείας θείας· πᾶσαν δὲ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν Θεοῦ, καὶ ἁπλῶς τὸ τούτου παντοδύναμον ἀθετοῦντές τε καὶ ἀρνούμενοι, καὶ εἰς κτίσματα καταςπῶντες τὸν Θεὸν, καὶ δύο λέγοντες αὐτὸ Θεότητας, ἄκτιστόν τε καὶ κτιστὴν, ὑπερκειμένην τε καὶ ὑφειμένην ὄντως, ἐπεὶ καὶ τὸ ἐν τῷ Θαβωρείῳ λάμψαν τῆς Θεότητος Φῶς, ποτὲ μὲν οὐσίαν ἔλεγον εἶναι Θεοῦ, ποτὲ δὲ φάσμα καὶ παραπέτασμα καὶ ἴνδαλμα καὶ κτίσμα· ὡς εἶναι κατ' αὐτοὺς τὸ αὐτὸ κτίσμα καὶ οὐσίαν Θεοῦ. προσεκομίσθησαν δὲ παρὰ τοῦ Θεσσαλονίκης καὶ γράμματα ἐκείνων οἰκειόχειρα, ἐν οἷς κατηγόρουν αὐτοῦ, ἄκτιστον εἶναι λέγοντος τὸ θειότατον ἐκεῖνο Φῶς καὶ ἔλλαμψιν, ἀλλ' οὐκ οὐσίαν Θεοῦ. ἀλλὰ καὶ δι' ὧν κατηγόρουν τοῦ Θεσσαλονίκης, ὡς πολλὰς λέγοντος Θεότητας, ἐπειδήπερ πάσας τὰς θείας καὶ κοινὰς τῶν τριῶν ὑποστάσεων δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας ἀκτίστους εἶναι διατείνεται, φανεροὶ γεγόνασιν, ὡς οὐ πρὸς τὰς λέξεις αὐτοῖς ὁ πόλεμος ἀλλ' οὔτε διαφορὰν θείας οὐσίας καὶ θείας ἐνεργείας, οὔτε μὴν ἄκτιστον εἶναι τὴν θείαν καὶ παντοδύναμον ἐνέργειαν νομίζουσι. ἐφ' οἷς προτεθέντων τῶν Θεολόγων τῆς Ἐκκλησίας, ἀνεγνώσθη ἀπὸ μὲν τοῦ μεγάλου Βασιλείου πολλά τε ἄλλα καὶ δὴ καὶ ταῦτα.

C Εἰ γὰρ οὐδὲν ὅλως ἐπὶ Θεοῦ κατ' ἐπίνοιαν ὁ Εὐνόμιος θεωρεῖ, ἵνα μὴ δόξῃ ἀνθρωπίναις τὸν Θεὸν σεμνύνειν προσηγορίαις, πάντα ὁμοίως οὐσίαν ὁμολογήσει τὰ ἐπιλεγόμενα τῷ Θεῷ. πῶς οὖν οὐ καταγέλαστον, τὸ δημιουργικὸν οὐσίαν εἶναι λέγειν. τὸ προνοητικὸν πάλιν οὐσίαν, τὸ προγνωστικὸν ὡσαύτως, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς πᾶσαν ἐνέργειαν οὐσίαν τίθεσθαι.

Ἀπὸ δὲ τοῦ Θεολόγου Δαμασκηνοῦ, ἐν οἷς περὶ τῶν δύο Ἐνεργειῶν τῶν ἐν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ διδάσκει, λέγων, Ἰστέον ὡς ἄλλο ἐστὶν ἐνέργεια καὶ ἄλλο ἐνεργητικὸν, καὶ ἄλλο ἐνέργημα, καὶ ἄλλο ἐνεργῶν. ἐνέργεια μὲν οὖν ἐστὶν, ἡ δραστικὴ καὶ οὐσιώδης τῆς φύσεως κίνησις· ἐνεργητικὸν δὲ, ἡ φύσις, ἐξ ἧς ἡ ἐνέργεια πρόεισιν· ἐνέργημα δὲ, τὸ τῆς ἐνεργείας ἀποτέλεσμα· ἐνεργῶν δὲ ὁ κεχρημένος τῇ ἐνεργείᾳ, ἤτοι ἡ ὑπόστασις.

D Ὁ δὲ θεῖος Μάξιμος, ἐν τῷ κεφαλαίῳ τῷ ἐπιγραφομένῳ, Ἐκ τῆς ἐπὶ Σεκρέτου Διαλέξεως. Πάντως φησὶν ἀνάγκη ἐπὶ Χριστοῦ θελήσεις λέγεσθαι καὶ ἐνεργείας, καὶ πᾶσα ἀνάγκη· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων χωρὶς ἐνεργείας φυσικῆς ὑφέστηκεν. οἱ γὰρ ἅγιοι Πατέρες φανερῶς λέγουσι, μήτε εἶναι μήτε γινώσκεσθαι χωρὶς τῆς οὐσιώδους αὐτῆς ἐνεργείας τὴν οἱανδήποτε φύσιν.

Ἐπεὶ δὲ οἷς ἔλεγον, μὴ μόνον τοῖς Ἁγίοις διετέλουν καθ' ἕνα μαχόμενοι, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἕκτην Σύνοδον ἀνατρέπειν

14. Τοῖς θεουργοῖς καὶ ἀγαθουργίαις. Sic quoque Sandionyſ. Reliqui, τοὺς θεουργούς. Nec ſenſu differt utrumvis ſcribatur. In verbis ſequentibus, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας, ſubaudi, οὔσας· *quæ ſint deitas & bonitas, qua dii bonique efficimur*; malè Cord. ad Deum refert, quaſi dicat Dionyſius, Deum antecellere deitati & bonitati, tanquam ipſe θεαρχία & ἀγαθαρχία, non quæ ſint θεαρχία & ἀγαθαρχία, formales ſcilicet deitatis & bonitatis participationes, ac proinde earum in nobis principia, quod ſonant illæ voces: nec malè Lanſelius reddiderat. B

15. Θεολογικὴν οὐσιωνυμίαν. *Theologicum eſſentiæ entiſque nomen.* Sic Pachim. in paraphraſi. Ὡς ἀγαθωνυμίαν λέγει τὴν ἀγαθοῦ ὀνομασίαν, οὕτω καὶ οὐσιωνυμίαν, τὴν τοῦ ὄντος ὀνομασίαν, οἱονεὶ ὀντωνυμίαν. τὸ δὲ ὄν, καὶ ἡ οὐσία, ταυτόν. *Sicut ἀγαθωνυμίαν, boni nomen vocat, ſic & οὐσιωνυμίαν nomen entis, velut ὀντωνυμίαν.* Malè Cord. ὡς ἀντωνυμίαν (quod in Lanſel. potuit eſſe erratum typogr.) *Sicut ἀντωνυμίαν*· nec ſequentia docere potuerunt, quibus Pachim. duas has voces, τὸ ὄν, & ἡ οὐσία, ait idem ſignificare. Sequentibus magis erratum Corderio, καὶ αὐτὴν ὑπεραῖρον τὴν ἕνωσιν· quod Maxim. & Pachim. de entis illo uno dictum volunt, quod Deo ſingulariſſimum eſt, non ut principium numeri, ſed quà Deus omnibus eminet, in ſeque abſolutiſſimus eſt, quod nec ipſum tamen illa ὑπερούσιος C Dei eſſentia eſt: dum ita reddit, *Et ipſam copulationem mentis ſuperat. Entis* voluiſſe dicerem, ſi major in aliis eſſet Viri diligentia, non omnia ei arbitraria, & qui eadem eodem procinctu diverſè alioque ſenſu paſſim reddat, uti hîc in Dionyſio & Pachim. τὸ, τοσοῦτον ὑπομνήσομεν· in altero, *Tantum commentabimur, quantum propoſiti ratio poſtulat*, inepta etiam additione auctoris ſenſum ac ſeriem turbans; in altero, *Tantum admonebimus*, quod unum aptum eſt, potuitque & in Dionyſio ex Lanſelio habere. Palamitarum unus ubique error, quod participationes formales apud Dionyſium aliosque Patres, in Deo velint aliquid reipſa medium ac diſtinctum inter ipſum & effectum creatum, velut ferè Platonici ideas comminiſcebantur, cùm ſufficiant ex parte Dei ipſæ veræ ideæ virtuſque agendi. Ipſa nimirum divina ratio & voluntas, nihil à Deo vel ejus eſſentia diſtincta, niſi ratione, ipſa efficax ut præſtet quicquid velit & quando D velit: Vnuſque maximè rem explicat Maximus, quicquid Palamitæ ejus ſæpe locos uſurpent.

16. Ἰδρωθῇ. Sic & Savil. in margine verò ἰδρυθῇ, quod Ducæus habuit. Ignotam vocem Aretinus ſic ex ſuo capite reddidit, *eamque irrigavit.* Scripſerit Ioannes ἰδρύῃ neutra ſignificatione, eodem ſenſu ac ἰδρωθῇ. Neceſſaria Spiritus mora in anima, ut ſic veniens manenſque jugis in ea fons fiat, ſaliantque ejus latices in vitam æternam; quod irrigandi voce, & ut irrigandi actu fons ille in anima concreſcat, non ſatis aptè exprimitur.

A 17. Ἐπὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ Μονογενοῦς. Nihil bene Aretinus, ſuaque hæc mala ſic bonis ac claris Chryſoſt. ſubdit. *Sic in operibus Vnigeniti, quodcunque ex his productum factumve credideris, nihilominus effecit.* Quàm hæc aptè, aſſumptam Chryſoſtomo reddunt ſimilitudinem fontis abyſſos implentis ἡ ἐνέργεια virtus, ipſa in eo vis, ſic fontis rationem habens, quam Palamitæ hac auctoritate totque aliis ab eſſentia diſtinctam nituntur probare. Nobis ſufficit diſtinctio virtualis. Non pauca per Interpretes non ſatis accuratos, Viris magnis, Chryſoſtomo aliiſque Eccleſiæ Græcæ Luminibus, menda adhæſere: nec qui faciat medicinam facilè occurrit, aut qui ſaltem volenti facere, æquus ſatis ſit, juvetque opera.

B 18. Οἱ τετρακόσιοι. Putem σφάλμα μνημονικόν, ac reſpexiſſe Chryſoſt. τοὺς ἑκατὸν εἴκοσι· *centum viginti*, qui Actuum 1. leguntur, cùm in reliquis certos in Scriptura Fidelium numeros reſpiciat, qui ſic omnes de Chriſti plenitudine acceperint. Abundant hæc præ Græcis editis, ipſa non aliena à Chryſoſtomi vena.

19. Διακονεῖσθαι πρὸς ἐνέργειαν. Vulcan. *Adminiſtrare operationem.* Idem quidem ſenſus; malui tamen vim ipſam vocis magis exprimere, *uti ad operationem.* τῆς δὲ αὐτῆς φυσικῶς διαβαινούσης. Vulcan. *quæ ipſa naturaliter tranſit*, pro, *quæ ex ipſa*: quod velim typorum. Cyrilli argumentum eſt, non eſſe creaturam Spiritum, qui omnem habeat Dei virtutem, ac per quem Deus omnia operetur; cùm ſit abſurdum id præſtare velut per quoddam extrinſecùs creatum organum. ἐνέργεια hæc, quod φυσικῶς ex Dei eſſentia tranſire dicitur, in eos qui apti ſint ut ſuſcipiant, ſic accipiendum, ut cùm dicitur naturale Deo, ſeu ex natura, benefacere; etſi liberè exque voluntate benefaciat; ac creatis rebus, hoc quod bonæ ſunt, tribuat. Nempe, eſt Dei hæc natura, quod ſit illi conſentaneum ea præſtare, ſi tamen decreverit, ad divinarum ſuarum dotum imitationem trahendo creaturam; non quod ulla ad extra neceſſaria Deo emanatio ſit, illique coæva ac increata, ut fruſtra Palamitæ tanta locorum congerie nituntur probare.

20. Μικρὸν παραινοίξῃ τὴν θεότητα. Deſunt hæc in Orat. ex Reg. Codice Savilio repræſentata. Sic quæ habentur veterum Theologorum Homiliæ in libris Græcorum Eccleſiaſticis, non ubique omnino habentur integræ; pro exſcribentium ſcilicet libidine uſuque Eccleſiarum, majori minorivè ambitu comprehenſæ. Sit fortè iſta Amphilochii, cui familiare illud, ἄκουε συνετῶς· inſuetum autem vero Chryſoſtomo. Antiqui Theologi monumentum præfert. Deitatis vo- D cem etiam in creatis uſurpari ex Dionyſio Maximoque liquet.

21. Κύριος Φιλόθεος. Hic ipſe eſt, qui brevi pòſt Conſtantinopoli ſedit, olimque imbutus Palamæ erroribus in Monte, jam non ſancto, ſed extincta fidei luce in pleriſque in eo Heſychaſtis, profano, eorum Antiſtitem Palamam ipſum vindicavit, celebrique elogio, Synaxario Dominicæ τῆς Ὀρθοδοξίας (ſecundæ ſcilicet Quadrageſimæ) magna piorum offenſione, adjunxit. Cujus etiam extant aliquot orationes; ut fuerit vir ſatis eruditus & facundus, qui ſic ſermones votaque Monachorum totius Montis ſancti ex-

ceperit & conſcripſerit; in hoc forſitan à Calliſto Patriarcha vel ab Imperatore miſſus. A

22. Τὴν θέωσιν τῆς Δεσποτικῆς προσλήμματος. Ita ſanè viri Catholici de Lumine Thaborio, nec de alia, aſſumpti à Domino corporis deificatione, videntur loqui Palamitæ, quam ipſi errore increatum aliquid & divinum Deoque coævum (ipſius ſcilicet ſecretam virtutem τῆς ἐνέργειαν) definiere: nam de Deitatis unctione, ipſa perſonæ Verbi totiuſque unguenti ſubſtantiali præſentia, qua homo Deus perſonaliter & ὁμόθεος extitit, nunquam ſic ſenſere Palamæ hoſtes, quicquid eis impingant Palamitæ; dum unam Dei Virtutem Filium agnoſcunt, nempe ſubſiſtentem, & à Deo (i. Patre) ut à quo verè procedit, diſtinctam: quibus eſſentialem virtutem, & quæ Deus ipſe ſit, virtualiter ſolùm & eminenter diſtinctam, eaque ratione eſſe ab eſſentia dictam, non è contra, non negant. B

23. Φθαρτικὴν εἶναι νομίζειν. Quaſi maleficam exiſtimare corruptionis & interitus auctorem, non entis ac vitæ. Ita ſanè Palamæ hoſtes colligebant, riteque vexat noſter Calecas, oſtenditque ex negatione illa omnis commercii eſſentiæ Deitatis cum creaturis Palamitarum errore, deſtrui myſterium Incarnationis, nec niſi ἐνεργείᾳ Neſtoriano errore conſtare, quod ipſum Palamitæ malè eis impingunt: Communi ſcilicet Verbi in Chriſto inhabitatione per afflatum & operationem, ut in Sanctis reliquis & Prophetis: Locus Exod. hoc ſolum vult, pro ſtatu mortalis vitæ non videri divinam eſſentiam, nec niſi in diviniorem alium tranſlatis, quo eximia quadam ratione erimus Deo ſimiles, videntes eum ſecuti eſt, ut auctor eſt dilectus Diſcipulus, cujus dum hæc ſcribo, martyrii dies anniverſarius agitur. C

24. Φυσικῶς ταῦτα προσεῖναι τῷ Υἱῷ τῆς Θεοῦ. Hoc maximè Palamitici erroris agnoſcunt illius impugnatores Catholici, quod ἐνεργήματα (divini ſcilicet Spiritus effectus ac dona) increata Deoque coæva & naturalia vellent; inſulſiſſimique hominum ſic protervè oppoſitum hæreſeos damnarent. Ad Maximum quod attinet, libet huc ſcholium afferre ex Regio Cypariſſiotæ Cod. quo is vindicatur ab ea Palamitarum calumnia. Ἄδηλον εἴπου τῷ μεγάλῳ Μαξίμῳ γέγραπται, φυσικῶς τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ προσεῖναι τὰ κατὰ βούλησιν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐνεργήματα. πρὸς γὰρ τῷ ἐναντίως λέγειν τῇ γραφῇ, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ διαμαρτάνειν· ἔσται γὰρ ἡ αὐτοῦ φύσις κατὰ τὰ ἑαυτῇ φυσικὰ, ἐνέργημα βουλήσεως, καὶ αὐτὴ ἡ οὐσία· ὅπερ σαφῶς παρίστησιν αὐτὴν εἶναι κτίσμα. βουλήσει γὰρ Θεοῦ, πᾶσα ἡ κτίσις παρήχθη. καὶ πῶς οὐ φανερὰ ἡ δυσσέβεια. ἢ τοίνυν παντελῶς οὐ τοῦτο γέγραφεν ὁ Ἅγιος, ἢ ἐπ' ἄλλης ἐκείνου ἐννοίας τὸν λόγον ἐκλαβόντος, οὗτοι τῷ ἑαυτῶν ἔθει συκοφαντήσαντες τοῖς ἄλλοις διέδοντο. ἔστι γὰρ εὐσεβῶς εἰπεῖν, φυσικῶς προσεῖναι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἀνθρώπινον. οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ ὑπερουσίῳ αὐτοῦ θειότητι ἐπαναπαυθήσεται τὰ ἑπτὰ πνεύματα· ἄπειρος γὰρ αὕτη καὶ παντέλειος· καὶ οὐ δεῖταί τινος, ἵν' ἐν ἑαυτῇ ἐπαναπαυθῇ· ἀλλ' ἢ δῆλον ἐν τῷ κατασκευασθέντι ὑπ' αὐτοῦ ναῷ, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ κατὰ βούλησιν παρασχέντα ἐπανεπαύθησαν πνεύματα, εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἅγιον αὐτὸ καὶ πνευματικὸν ἀποφήναντος. D *Incertum num ullo loco ſcriptum ſit magno Maximo, Ineſſe naturâ Filio Dei, effectus ſanctiſſimi Spiritus voluntate productos. Nedum enim id Scripturæ adverſatur, verum etiam Dei Filio injurioſum exiſtit. Erit enim ejus natura, velut ea quæ ei naturalia ſunt, voluntatis effectus, ipſaque adeò eſſentia: quo palam conficitur, creaturam eſſe. Dei enim voluntate & conſilio producta eſt omnis creatura. Et quomodo non manifeſta impietas? Vel igitur Sanctus hoc penitus non ſcripſit, vel cum alio ſenſu expoſuerit, hi ſuo more per calumniam aliis tribuerunt. Piè enim dici queat, ineſſe naturâ Filio Dei, ratione humanitatis. Neque enim in ejus Deitate, quæ eſſentiam omnem ſuperat, requieſcent ſeptem ſpiritus: hæc enim infinita eſt, omnemque præhabet perfectionem; nec indiget aliquo, ut in ea requieſcat: ſed planè in templo quod ſibi ipſe conſtruxit, quieverunt, dum ſtatim à principio ſanctum illud ac ſpiritale effecit.* Cui alteri ſolutioni ſtandum; ut eſt Maximus valde formalis (ut ita dicam) preſſéque ac propriè loquitur. Hoc enim flos ille ex radice Ieſſe, non ipſum Verbum Deique Filius ſecundum ſe, ut ita de illo debuerit Maximus accipere, vel Palamitæ ad ipſum trahere. Querebar ſancti Maximi gratia, & qui unus, omnis Theologiæ velut Lydius lapis ac Patrum amuſſis, ſuis quidem Græcis viſus ſit; quòd, qua cœpi majeſtate, typorum elegantia, chartæ puritate, meaque ipſius ac Typographi ſedulitate, per meam tenuitatem, ætate fugiente, non poſſem abſolvere. Verùm abſterſit quærelam, qua illi favere largitate, animum inclinavit. Ampliſſimus Ordo nuper in ſuis Comitiis Generalibus, & qui illi, à ſe invitatus, ultroque præiverat, meritis, quàm purpura, clarior, literarum reique Eccleſiaſticæ columen, Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius: per quos Maximus, Deo auſpice, brevi lucem videbit.

25. Ὁ Μητροπολίτης Μελανίκου. Videtur, quam Melantiam Ferrarius vocat, Thraciæ Vrbem ad Propontidem, inter Byzantium & Selymbriam. Quod ſe ſolum Hypertimum ſcribit, non item Exarchum, indicio eſt, ex illis Metropolitis fuiſſe, qui nomine tenus ſolum Metropolitæ erant, eo honore donati ab Imperatoribus, cùm nullas provincias, nullaſve alias Vrbes Metropolitica poteſtate, & quaſi Patriarchali, regendas haberent. Hi enim omnes Hypertimi dicebantur, quaſi honore primi aliiſque in provincia Epiſcopis prælati; non tamen Exarchi, quod idem eſt ac Patriarcha, uti etiam Archiepiſcopus; quanquam Patriarchæ nomen ad majores primarias κατ' ἐξοχὴν Sedes uſu reſtrictum eſt, ut & Archiepiſcopi apud Græcos. Vel certe Ἔξαρχοι magis propria notione ſeſe inſcribunt, qui Primatis jure plures provincias veraſque Metropoles ſubjectas haberent, non qui ſolum veri Metropolitæ eſſent, eoque jure Epiſcopis aliis in ſua provincia præeſſent: velut qui ſtatim ſequitur, Ὁ Ἀμασείας, quam liquet veram Metropolim ac claram urbem in Ponto fuiſſe, cùm ejus Epiſcopus non dicatur Ἔξαρχος, quod & ipſe forte Cæſarienſi Exarcho ſubeſſet; niſi deeſt aliquid in ejus ſubſcriptione, cùm & ipſum illius nomen deſideretur. Fuerunt Græci mirè liberales in titulis, eòque liberaliores, quò acciſa nimis ditione, magis defici rebus videbantur. Quid verò iſtud officii, in Philadelphiæ & Melanici Metropolitis, Καθολικὸς Κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, Iudex univerſalis Romanorum, i. Græcorum, malim audire ab alio, quàm ipſe dicere. Num & iſtud honorarium quid ab Imperatoribus in eos collatum, vel

etiam judicaria vera poteſtas, ipſa Epiſcopis omnibus non communis; velut in illis eſt quos Rex Chriſtianiſſimus Conſiſtorianos Comites vel Epiſcopos, vel aliàs honoratiores Clericos adlegit, qui ei ſint à ſanctioribus Conſiliis, ſeu magis unà cum ipſo judices verè καθολικοὶ ſedeant; adſtantibus, quos Libellorum ſupplicum Magiſtros vocant. *Conſeillers d'Etat*, & *Maiſtres de Requeſtes*. Sedent prætereà in Palamento (ſupremà ſcilicet regni Curia) Pariſiis, Epiſcopi, quos *Pares*, vocant, nec non Archiepiſcopus Pariſienſis, ſuarum Sedium jure; præter Clericos Senatores, quos ſic καθολικοὺς κριτὰς, nihil vetat dicere.

26. Μητροπολίτης Πηγῶν καὶ Παρίου Ὑπέρτιμος. Duplex hæc Metropolis, ex illis quas novas Metropoles vocant, ex aliis ſubſtractas, factaſque privilegio Metropolitici juris. Amborum unus Antiſtes, Georgius, quanquam erant Sedes ſatis diſſitæ, nec ex eadem antiquiori Metropoli diviſæ. Nam altera jam Turcarum ditioni ceſſerat, alteram ejus verè Paſtor præſens ipſe regebat? Vel commendata altera Sedium fuerat. Pegæ ſeu Pagæ, Bœotiæ Vrbs in Iſthmo Corinthiaco, ſub Athenienſi olim Metropolita; Parium, Myſiæ Vrbs ad Helleſpontum, ſub Cyziceno olim Metropolita.

27. Μητροπολίτης Καλλιπόλεως· *Calliopolis*, ut in

A Theſauro ling. Latinæ, quicquid Ferrarius vituperet. Sic certè Κωνσταντινούπολιν, *Conſtantinopolim* reddimus: Etſi aliis fortè melius Καλλίπολις ſit. Nec enim diverſas putem urbes, ſed ipſam Thraciæ ad Propontidem contra Lampſacum, *Gallipoli* Italis. De ea extat egregia Demetrii Cydonii Oratio deliberativa, mihi edita ad calcem Libri de Hæreſi Monothelitarum; quâ Vir ſapientiſſimus vario argumentorum genere probat, non eſſe illam cedendam petenti Amurathi, graviaque inde damna Græcorum Imperio creanda, ritè præſagit. Hinc quippe Turcarum in Europam propagatum Imperium, ipſa illorum Regia, facta Turcarum latè Metropoli. Quod tribus his Metropolitis non adjectus Hypertimi titulus, argumento eſt, non ſic quoſlibet Metropolitas dictos eſſe, ac ſi nulla diſtinctio eſſet; ſed fuiſſe qui ſic nudo Metropolitæ titulo potirentur, ut etiam Hypertimi appellatione gauderent, qua etiam alii ſic ambitiosè Metropolitæ titulum in ſeipſis honeſtarent. Ferrarius has tres Vrbes ſolùm Epiſcopales vocat: atque adeò novæ admodum erant inter Metropoliticas, necdum ſic honoratæ, ut qui illis præeſſent Epiſcopi, Hypertimi audirent; adhuc fortè Synodo provinciæ, veroque Metropolitæ ſubjecti.

# ΠΕΡῚ ΠΊΣΤΕΩΣ ΚΑῚ ΠΕΡῚ ΤΩ͂Ν

Ἀρχῶν τῆς καθολικῆς Πίστεως, κατὰ τὴν παράδοσιν τῆς θείας Γραφῆς καὶ τῶν Καθολικῶν Διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, πονηθὲν τῷ μακαρίτῃ κυρῷ Μανουὴλ τοῦ Καλέκα.

# DE FIDE DEQUE PRINCIPIIS

Catholicæ Fidei, ut ex divina Scriptura, & à Catholicis Eccleſiæ Magiſtris accepimus, Auctore felicis recordationis Domno Manuele Caleca, Ord. FF. Prædicatorum.


1. AD eum qui quæſierat.
2. De Deo Vno.
3. De eodem Deo Vno, qui eſt Trinitas.
4. Quas demum Sancti imagines de ſancta Trinitate tradiderint.
5. De Incarnatione Dei Verbi, pro eo ac divinis Scripturis proditum eſt.
6. De Septem Sacramentis.
7. Adhuc de Incarnatione ex rationum momentis, quoad aſſequi licet.
8. De futura Mortuorum reſurrectione.
9. De futura in integrum reſtitutione.
10. Peroratio.

A α' Πρὸς τὸν αἰτήσαντα.
β' Περὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ.
γ' Περὶ αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ, ὅς ἐστι Τριάς.
δ' Τίνας ποτὲ εἰκόνας περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος παραδεδώκασιν οἱ Ἅγιοι. Ex MS. Cod. Conventus ſanctiſſimæ Annunt. FF. Prædicat. Pariſiis.
ε' Περὶ τῆς Σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου κατὰ τὰς θείας γραφάς.
ϛ' Περὶ τῶν ἑπτὰ Μυστηρίων.
ζ' Ἔτι περὶ τῆς Σαρκώσεως ἐκ λόγων, ὡς ἐνδέχεται.
η' Περὶ τῆς μελλούσης τῶν νεκρῶν Ἀναστάσεως.
θ' Περὶ τῆς μελλούσης Ἀποκαταστάσεως.
ι' Ἐπίλογος.


B

## I. AD EVM QVI QVÆSIERAT.

DIſcendi ſtudium, Viris qui ſapientiæ laude polleant, omni merito dignum laude habeatur; ac tum maximè, cùm eorum quæ pulcherrima ſunt atque optima, diſcendi ardor inceſſit. Id enim planè animi utentis ratione proprium exiſtit; unumque ejuſmodi eſt, quod ſcientia ac ſapientia homines augere poſſit; uti etiam Veterum aliquis quodam loco ait, *Diſcendi cupidus ſi extiteris, ſcientiæ copiam nanciſceris.* (Iſocrat. ad Demon.) Liquet enim eum qui diligit, omnino quæſiturum; ac verò, quærendo inventurum. Qui autem invenit, utique & intelliget & ſciet; hincque adeò fiet, ut humani animi proprietas illi conſtet incolumis; meritòque qui ejuſmodi eſt, & rationalis exiſtit, & juſtè ea appellatione gaudebit: uti viciſſim, qui earum rerum quæ honeſtæ ſunt, nullam aut quærit aut invenit, neque verò ſcit; is, amiſſo quod verè homo eſt, *jumentis inſipientibus comparatur.* (Pſal. 48, 13.) Idcirco etiam Chriſtus, ipſa Veritas, ipſa Sapientia, earum nos rerum ſolicitos vo-

## Α' ΠΡῸΣ ΤῸΝ ΑἸΤΉΣΑΝΤΑ.

ΤῸ φιλομαθὲς τῶν ἀνθρώπων, παρὰ τῶν σοφῶν ἐπαινεῖται· καὶ μάλιστα ὅταν τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων ἐπιθυμοῦσι μανθάνειν. τοῦτο γὰρ ὄντως λογικῆς ψυχῆς ἐστὶν ἴδιον, καὶ μόνον δύναται γνῶσιν καὶ σοφίαν τοῖς ἀνθρώποις παρασκευάζειν, ὡς καὶ πού τις τῶν παλαιῶν ἔλεγεν, Ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. δῆλον γὰρ, ὡς ὁ μὲν ἀγαπῶν μανθάνειν, ζητήσει πάντως. ὁ δὲ ζητῶν, καὶ εὑρήσει. ὁ δὲ εὑρὼν, οὗτος δὴ καὶ νο-
C ήσει καὶ γνώσεται· κἀντεῦθεν τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ψυχῆς ἰδίωμα ἑαυτῷ διασώσει· καὶ λογικὸς ὁ τοιοῦτος ἐστί τε καὶ δίκαιος κληθήσεται. ὥσπερ οὖν αὖθις ὁ μηδέν τι τῶν καλῶν μήτε ζητῶν μήτε εὑρίσκων, μήτε μὴν ἐπιστάμενος, τοῦ μὲν ἀληθῶς ἄνθρωπος εἶναι ἐκπίπτει· τοῖς δ' ἀνοήτοις κτήνεσι παραβάλλεται. διὰ τοι τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς, ἡ αὐτοαλήθεια καὶ αὐτοσοφία, ζητητικοὺς ἡμᾶς περὶ τὰ καλὰ βουλόμενος εἶναι, νῦν μὲν ἐδίδασκεν,

A Αἰτεῖτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν. πᾶς γὰρ ὁ αἰτῶν, λαμβάνει· καὶ ὁ ζητῶν, εὑρίσκει· καὶ τῷ κρούοντι, ἀνοιγήσεται. νῦν δὲ, Ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς. καὶ γὰρ, ὥς φησιν ὁ μακάριος Παῦλος, Ὅσα προεγράφη, εἰς ἡμετέραν διδασκαλίαν προεγράφη.

Σὺ τοίνυν, ὅτι μὲν ὑπάρχεις φιλομαθὴς, πολλαχόθεν δεικνύεις· ποτὲ μὲν ἀπαιδεύτους ἐκείνους ἡγούμενος, οἳ βλάβην ψυχῆς τοὺς λόγους καὶ τὴν σοφίαν ὑπολαμβάνουσι· ποτὲ δὲ ζημίαν μεγίστην σαυτῷ τιθέμενος, ὅτι σοι μὴ λόγων καὶ σοφίας ἐξεγένετο κατὰ τὸ δυνατὸν μετασχεῖν. ὅτι δὲ περὶ τὰ μέγιστα καὶ ψυχωφελῆ μαθήματα διατρίβεις, καὶ τοῦτο δεικνύεις, ἀφ᾽ ὧν ἐζήτησας νῦν B μαθεῖν παρ᾽ ἡμῶν, περὶ τῶν ἀνηκόντων τῇ καθ᾽ ἡμᾶς τῶν Χριστιανῶν πίστει. ἐγὼ μὲν οὖν σοῦ τὸ φιλομαθὲς ἐπαινῶν, τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ, ὅτι σου τὴν ἐπιθυμίαν ἱκανοὺς ἡμᾶς ἐνόμισας ἐκπληρῶσαι. ἔδει γάρ σε παρ᾽ ἄλλων τοιαῦτα ἐπιζητεῖν, οἳ καὶ βίῳ καθαρωτάτῳ καὶ τῇ καθ᾽ ἡμέραν τοῦ νόμου μελέτῃ τοῦ Κυρίου, δυνήσονται τοῖς ταῦτα ζητοῦσιν ἀρκούντως ἀποδιδόναι. ἡμεῖς δὲ τούτων ἀποροῦντες ἁπάντων, πῶς ἄρα δυνησόμεθα τοὺς ἄλλους τὰ τοιαῦτα διδάσκειν, περὶ ὧν καὶ αὐτοὶ παρὰ τῶν εἰδότων μηδὲν ἔλαττον διδάσκεσθαι χρῄζομεν. ὅμως οὐ καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνοντες, εἴ τις μὴ πολλῶν εὐπορῶν καὶ μεγάλων, οὐδὲ τὰ δυνατὰ διὰ τοῦτο παρέχει· καὶ ἅμα σοι διὰ τὴν φι- C λίαν ἀξιοῦντες ὑπακούειν, ὅσα περὶ ὧν ζητεῖς παρὰ τῆς ἁγίας Γραφῆς καὶ τῶν Διδασκάλων τῆς ἐκκλησίας, τοῦ Θεοῦ χορηγοῦντος, καταλαβεῖν ἐδυνήθημεν, μετ᾽ εὐλαβείας σοι πειρασόμεθα ἀποδοῦναι· ὥσπερ ἐκ πελάγους ἀπείρου σταγόνας μικρὰς ἀρυσάμενοι. τῆς μὲν λέξεως καὶ τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων, ὀλίγον φροντίζοντες· μᾶλλον δὲ, καὶ ὅσον ἐγχωρεῖ, διὰ τὸ σαφὲς ἀμελοῦντες· ὅπως δὲ τὰ νοήματα ἀληθῆ καὶ ὀρθότατα, εἴη λόγοις Ἁγίων πάντοθεν κατωχυρωμένα, τοῦτο σκοποῦντες μόνον· ὅπερ ἡμεῖς ἐνταῦθα τοσοῦτον διὰ πάντων φυλάξομεν, ὥστε καὶ ἀρχόμενοι, μηδὲν ἀφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν ἐρεῖν οἰκεῖον καθυπισχνούμεθα. τοῦτο δὲ μόνον εἰσοίσομεν, τὰ τοῖς ἁγίοις ἡμῶν Πατράσιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐμπνευσθέντα καταστρωννύοντες, ὡς ἀπὸ τῶν ἐκτεθέντων τοῦτο φανήσεται· δεικνύντες D ἐφ᾽ ἑκάστου τῶν λεγομένων, τίνα γνώμην ἔχον περὶ τοῦ προκειμένου· καὶ ὅπερ ἂν εἴποιμεν, τούτου τὴν μαρτυρίαν καὶ τὸ πιστὸν ἐκ τῶν λόγων τῶν Ἁγίων ἐπαγαγόντες· ἵνα μὴ δοκῶμεν γεννήματα τῆς ἡμετέρας φθέγγεσθαι διανοίας. ἐν γὰρ τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, ἐκεῖνος ἄριστα λέγει, οὐχ ὅς τις ἀπὸ κοιλίας φθέγγεται τὰ δοκοῦντα· ἀλλ᾽ ὃς ταῖς ἀποφάσεσι τῆς θείας Γραφῆς καὶ ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν Ἁγίων σύμφωνα πάντα προστίθησιν, οὐδὲν ἐλλείπων, ἢ προστιθεὶς κατὰ τὰ νοήματα. ὅθεν καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ τὰς τῶν Ἁγίων ἀποφάσεις βεβαιότατα ἐπιστάμην, περὶ ὧν ἐζήτησας κεφαλαίων, οὐκ ἂν ὅλως οὐδὲ τὸ τυχὸν ἐτόλμησα φθέγξασθαι· ὁμοῦ μὲν φοβούμε-

lens, quæ honeſtæ ſunt; modò quidem dicebat, *Petite & dabitur vobis : omnis enim qui* Matth.7.7. *petit, accipit ; & qui quærit, invenit : & pulſanti aperietur.* Modò autem, *Scrutamini Scripturas.* Ioan.5.39. Nam ut ait Beatus Paulus, *Quæ olim ſcripta ſunt, ad noſtram jam tum doctrinam ſcripta ſunt.* Rom.15. 4

Tu igitur, veritatis te amore teneri, multis oſtendis; modò quidem, cùm indiſciplinatos illos arbitraris, qui eruditionem literaſque ac ſapientiam animi damno ducunt: modò autem, cùm tibi ipſe damno maximo ducis, quod te pro facultate, ac quantum aſſequi licebat, doctrinis ſapientiaque imbui haudquaquam contigerit. Verſari te autem in iis qua maxima ſunt animique ſalutem juvant, vel iſtud prodit, quod impræſentiarum à nobis de his percontaris ac doceri quæris, quæ ad noſtram Chriſtianorum Fidem ſpectant. Sanè verò, cùm tuum illum diſcendi ardorem laudem, hoc non laudo, quod nos tales arbitratus ſis, qui tuo illi deſiderio explendo eſſemus. Operæpretium fuerat, rem ejuſmodi ex aliis quærere, Viris ſcilicet qui vita puriſſima ac quotidiana Legis Domini meditatione fulti, quantum ſufficit, talia quærentibus ipſi reddere poſſint. Nos verò, cùm hæc omnia deficiant, quî fiat ut res ejuſmodi alios doceamus, qui & ipſi ab earum peritis, perinde doceri debeamus? Enimverò, quibus haud ſatis ex officii ratione videatur, ut quibus magna non ſuppetunt, nec quæ tenuia pro facultate exiſtant, minimè præbeamus; ac cùm aliàs amicitiæ jure obſequi geſtiamus, Sent. quicquid iis de rebus, de quibus quæſiiſti, ex Scriptura ac Eccleſiæ Magiſtris, Dei ſubminiſtratione aſſequi licuit, id verò cum timore tibi reddere connitemur; ſic nimirum ut ex immenſo velut æquore, pauculas guttas haurientes, haud magnam ornatæ dictionis ac vocum elegantiæ rationem habeamus; imo etiam, quoad licet, claritatis gratia, negligamus; unum hoc ſpectantes, ut quæ vera ſententia rectiſſimaque promemus, Sanctorum undique ſermonibus muniantur. Sicque ejus rei in omnibus ſanctè nobis ſervanda religio eſt, ut jam ipſo exordio nihil nos à nobis atque proprium dicturos, profiteamur; unumque hoc duntaxat collaturos, ut quæ ſancti Patres, divini afflatu Spiritus, locuti ſunt, hæc verò exponamus; uti manifeſtè liquebit, ex ſis quæ edemus, nimirum in ſingulis, quæ à nobis dicenda ſunt, aperiendo, quid ea in re illi ſenſerint; ac quicquid dixerimus, ex Sanctorum libris petita auctoritate firmando, indeque verbis fidem aſtruendo: ne mentis noſtræ fœtus loqui videamur. Quibus enim ſermo de Deo vertitur, is optime loquitur, non qui Sent. Ventriloquarum more, quæ ſunt ex genio avida loquacitate profert, ſed qui divinæ Scripturæ ſententiis Sanctorumque expoſitionibus omnia conſona promens, ex ejus nihil ſententia, ſenſiſque minuit, nec verò quicquam addit. Quocirca ego ipſe, niſi de quibus rogaſti Capitibus, Sanctorum firmiſſimè ſententias tenerem, ne vel hi cere, aut

Sic & Damaſc. præfat. ad Coſmam Maiumæ Epiſcopũ.

quicquam loqui, mihi indulgerem; tum nempe hoc veritus, ne in Dei ſermone aliquid à veritate alienum imprudenti obreperet, tum planè ſciens in magno verſari periculo, qui falſò de Deo vel ſentiat, vel loquatur. Sent. Nihil enim majoris periculi, quodve magis ad interitum ducat, quàm ſi quis circa Deum errore laborans, ea quæ non ſunt, ac ſi eſſent, ſentiat ac opinetur: uti viciſſim nihil utilius majoriſque frugis, quàm ut ea quæ vera ſunt, ſermone eloquatur.

Operæpretium autem putavi, ante quæſita, pauca quædam de aliis ſummè neceſſariis diſſerere: quorum ipſa diſputatio hoc præſtabit, ut ipſa penè tractatio plena & abſoluta videatur: ac vel maximè, quod ne vulgarem quidem quæſtionem, quantum ſatis ſit, aſſequi liceat, aut levioris nodos difficultatis exſolvere, quin ad univerſaliora quædam quæſitiſque propria recurrendo, ſic per illa, via quadam ac ordine ad ipſa evadamus.

A νος μὴ περὶ Θεοῦ λέγειν ἀλλότριόν τι τῆς ἀληθείας ἐμαυτῷ συμβῇ· ὁμοῦ δὲ γινώσκων μέγιστον εἶναι κίνδυνοι τοῖς τὰ ψευδῆ περὶ Θεοῦ καὶ νοοῦσι καὶ λέγουσιν. οὐδὲν γὰρ ἐπικινδυνότερον καὶ πρὸς ἀπώλειαν μᾶλλον ἀπάγον, ἢ πλανώμενόν τινα περὶ Θεοῦ, τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δοξάζειν· ὥσπερ οὖν οὐδὲν ὠφελιμώτερον οὐδ' ἐπικερδέστερον, τοῦ περὶ αὐτοῦ πάλιν λέγοντα ἀληθεύειν.

Προσῆκον δέ μοι δοκεῖ περί τινων ἄλλων πρὸ τῶν ζητημάτων διαλαβεῖν, ἀναγκαιοτάτων ὄντων κἀκείνων· ἃ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα σχεδὸν συμπεπληρωμένον καὶ ἄρτιον δοκεῖν κατασήσει· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ τὸ τυχὸν ζήτημα ἱκανῶς εὑρεῖν, καὶ τὴν τυχοῦσαν ἐπιλύσασθαι ἀπορίαν, ἂν μὴ πρός B τινα ἀναδραμόντες καθολικώτερα καὶ οἰκεῖα τοῖς προκειμένοις ζητήμασιν, οὕτω δι' ἐκείνων ὁδῷ καὶ τάξει προβαίνοντες, ἐπὶ τὰ ζητούμενα καταντήσομεν.

## II. DE DEO UNO.

Credimus & confitemur, unum ac ſolum eſſe verum rerum hujus univerſitatis Deum, cujus nec principium neque finis ſit; æternum, nulli interitioni obnoxium, immortalem, omnipotentem, infinitum, inviſibilem, nominis, circunſcriptionis, corporis expertem; bonum, ſimplicem, qui nullo deficiatur, perfectiſſimum. Ex ipſo enim in veteri Lege diſcimus, *Audi Iſraël: Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt.* Et, *Non erunt tibi dii alieni præter me.* Ac rurſus per Eſaiam Prophetam, *Ego primus Deus, & ego poſt hæc: ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit; & non eſt præter me:* qui ex nihilo cœlum & terram, & quæ horum ambitu continentur, omnia in rerum naturam produxit: hiſque priores, incorporeas atque cœleſtes Poteſtates: non quaſi antè non poſſet aut neſciret, tum demum hæc cōdidit, cùm aut potuit, aut ejus illi in mentem venit; uti ferè in hominibus, qui ſunt imperfecti, vixque tandem paulatim attingunt perfectionis metas, uſu venit: ſed ipſe perfectiſſimus ac ſemper potens, citra omnem mutationem motumque, cùm placuit, ſua incitatus bonitate, omnia quæ decreverat, condidit. Qui à nulla creatura, quod per eſſentiam eſt, noſcitur, ſed ſolus ipſe à ſeipſo ſe novit, ut Vir ille diviniſſimus Damaſco ortus, ait; *Deus ſeipſum ex beata ſua eſſentia cognoſcit, per quam, & in qua, cuncta creavit.* Quod autem Deus ſit, aut ſit unus Deus, ſapiens, juſtus, bonus; hoc de illo ſolùm novimus; atque id quidem mediocriter, ac quantùm pro facultatis ſuę modulo mens humana poteſt aſſequi. *Deum enim nemo vidit unquam: unigenitus Dei Filius, qui eſt in ſinu Patris, ipſe enarravit,* inquit Ioannes Evangeliſta. Vt verò auctor eſt beatus Paulus, *Inviſibilia ejus, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur.* Sed & magnus Baſilius adverſus Eunomium decertans,

Dei unitas, ac communes dotes.
Deut. 6. 2.
Iſai. 44. 6. & 43. 10.
Mundi creatio: Angelorū, illa anterior.
Ea, nulla in Deo mutatio.
Damaſc.
Dei nota, eiuſque ignota.
Ioan. 1. 18.
Rom. 1. 20.

## β' ΠΕΡῚ ΤΟΥ͂ ἙΝΌΣ ΘΕΟΥ͂

Πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν ἕνα καὶ μόνον εἶναι ἀληθῆ Θεὸν τοῦ παντός· ἄναρχον, ἀτελεύτητον, αἰώνιον, ἀνώλεθρον, ἀθάνατον, παντοδύναμον, ἄπειρον, ἀόρατον, ἀνώνυμον, ἀπερίγραπτον, ἀσώματον, ἀγαθὸν, ἁπλοῦν, ἀνελλιπῆ, τελειότατον. καὶ γὰρ παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ παλαιᾷ νομοθεσίᾳ διαδιδασκόμεθα, Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, κύριος εἷς ἐστι. καὶ, Οὐκ ἔσονται σοι Θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. καὶ πάλιν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, Ἐ- C γὼ Θεὸς πρῶτος, ἐγὼ καὶ μετὰ ταῦτα. ἔμπροσθέν μου οὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, καὶ μετ' ἐμὲ οὐκ ἔσται, καὶ πλὴν ἐμοῦ οὐκ ἔστιν. ὃς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα πάντα. καὶ πρὸ τούτων δὲ, τὰς ἀσωμάτους καὶ οὐρανίους Δυνάμεις. οὐχ ὅτι μὴ δυνάμενος πρότερον, ἢ μὴ γινώσκων, ὕστερον ἐδημιούργησε ταῦτα, ὅτε ἢ ἐδυνήθη ἢ ἐνεθυμήθη, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων συμβαίνει, ἀτελῶν ὄντων καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τελειότητα προκοπτόντων· ἀλλὰ τελειότατος ὢν καὶ ἀεὶ δυνάμενος καὶ γινώσκων δίχα πάσης μεταβολῆς καὶ κινήσεως, ὅτε ἠθέλησεν, ὑπὸ τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος τὰ πάντα ὅσα προώρισεν, ἐποίησεν. ὃς ὑπ' οὐδενὸς γινώσκεται D κτίσματος, τί κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστίν· αὐτὸς δὲ μόνος οἶδεν ἑαυτὸν ἐξ ἑαυτοῦ, ὡς ὁ ἐκ Δαμασκοῦ θειότατος λέγει, Ὁ Θεὸς γινώσκει ἑαυτὸν ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ, δι' ἧς, καὶ ἐν ᾗ τὰ πάντα ἐποίησεν. ὅτι δέ ἐστιν ὁ Θεὸς, ἢ εἷς Θεὸς, ἢ σοφὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἢ δίκαιος, κατὰ τοῦτο μόνον γινώσκεται· καὶ τοῦτο δὲ μετρίως, καὶ ὅσον δύναται ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἑαυτοῦ τελειότητος. καὶ γὰρ Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ὁ Μονογενὴς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο, φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης. Τὰ δὲ ἀόρατα αὐτοῦ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, ἀπὸ κτίσεως τοῦ κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. καὶ ὁ μέγας Βασίλειος

λιος κατ' Εὐνομίου ἀγωνιζόμενος, οὕτω λέγει. Εἰκὸς αὐτὴν μὲν τὴν οὐσίαν ἀπερίοπτον εἶναι παντὶ, πλὴν ἢ τῷ Μονογενεῖ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. ἐκ δὲ τῶν ἐνεργειῶν τοῦ Θεοῦ, ἀναγομένους ἡμᾶς, καὶ διὰ τῶν ποιημάτων τὸν ποιητὴν ἐννοοῦντας, τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας λαμβάνειν αἴσθησιν. τοῦτο γάρ ἐστι τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ, ὃ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐφανέρωσεν. καὶ ὁ ἅγιος Μάξιμος ἐν τοῖς περὶ Ἀγάπης κεφαλαίοις φησὶ, Θεολογεῖν μέλλων, μὴ τοὺς κατ' αὐτὸν ζητήσῃς λόγους· οὐ μὴ γὰρ εὕρῃ ἀνθρώπινος νοῦς· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλου τινὸς τῶν μετὰ Θεόν· ἀλλὰ τοὺς περὶ αὐτὸν ὡς οἷόν τε διασκόπει· οἷον τοὺς περὶ ἀϊδιότητος, ἀπειρίας τε καὶ ἀορισίας, ἀγαθότητός τε καὶ σοφίας, δυνάμεως δημιουργητικῆς τε καὶ προνοητικῆς καὶ κριτικῆς τῶν ὄντων. οὗτος γὰρ ἐν ἀνθρώποις μέγας Θεολόγος, ὁ τούτων τοὺς λόγους καὶ πῶς ἐξευρίσκων.

Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδὲ τούτων τοὺς λόγους ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καταλαβεῖν ἐξισχύει, καὶ ἐνταῦθα ἐδήλωσεν. ἐν δὲ τοῖς θεολογικοῖς, καθαρώτερον ὁ αὐτὸς διδάσκει, λέγων. Ἕν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπερούσιον ἀγαθὸν, ἡ ἁγία καὶ τρισυπόστατος μονάς· Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τριῶν ἀπείρων ἄπειρος συμφυΐα· τόν τε τοῦ εἶναι καὶ πῶς εἶναι, καὶ τί καὶ ὁποῖον εἶναι λόγον πάμπαν τοῖς οὖσιν ἄβατον ἔχουσα. πᾶσαν γὰρ διαφεύγει νόησιν τῶν νοούντων, τῇ κατὰ φύσιν οὐδαμῶς κρυφίας ἐνδότητος ἐξιοῦσα, καὶ πάσης πασῶν γνώσεων ἀπείρως ὑπερεκτείνεται γνώσεως. ἐνταῦθα οὐ μόνον τὸ τί ἐστιν ὁ Θεὸς ἄρρητον παντελῶς εἶναι καὶ ἄβατον λέγει, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τὴν φύσιν αὐτοῦ. καὶ γὰρ πᾶν ὅπερ ἂν ἐν τῷ Θεῷ εἶναι λέγηται, ἢ εἰς τὸν τοῦ εἶναι λόγον ἀναφερόμενον, ἢ εἰς τὸν τοῦ τί εἶναι, ἢ εἰς τὸν τοῦ πῶς εἶναι, οὐ μόνον ὁ τοῦ τί εἶναι καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγος τί ἐστιν, ἀνέκφραστος καὶ ἄρρητος καὶ ἀγνοούμενος ἡμῖν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοῦ εἶναι. εἰ γὰρ καὶ ἴσμεν ὅτι Πατήρ ἐστι καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἀλλὰ πῶς τοῦτο ἐστὶ, καὶ ποταπὴ ἡ Πατρότης καὶ Υἱότης καὶ ἡ Ἐκπόρευσις ἐστὶν ἐκεῖ, ἀγνοοῦμεν. οὐδὲ δηλοῦσι ταῦτα τί ἐστι κατ' οὐσίαν ὁ Θεός. Τὸ γὰρ γεννητὸν καὶ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ ἐκπορευτὸν περὶ τὴν φύσιν, οὐ ταῦτα φύσις, ὡς Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησί. καὶ ὅτι μέν ἐστιν ὁ Θεὸς ἢ σοφὸς ἢ ἀγαθὸς, ἴσμεν· ὁποῖον δέ τι ἐστὶν ἐκεῖ τὸ σοφὸν ἐκεῖνο καὶ ἀγαθὸν, ἀγνοοῦμεν· καλῶς ἄρα ὁ ἅγιος ἔλεγεν, Ὅτι τὸν τοῦ εἶναι λόγον, καὶ πῶς καὶ τί καὶ ὁποῖον εἶναι, παντελῶς τοῖς οὖσιν ἄβατον ἔχει ἡ θεία φύσις ἐκείνη.

Τὴν αὐτὴν οὖν ἔχομεν γνῶσιν περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων. εἰ γὰρ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ τὰ ὀνόματα ἐσαφήνιζον, εἵπετο ἂν τὸν Θεὸν πολυσυνθετώτατον εἶναι. φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Βασίλειος κατ' Εὐνομίου γράφων, τὸ ἀγέννητον λέγοντος τὴν οὐσίαν εἶναι τοῦ Θεοῦ. Πῶς οὐ καταγέλαστον, τὸ, δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν εἶναι λέγειν. τὸ προνοητικὸν πάλιν οὐσίαν, καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν ἐνέργειαν οὐσίαν τίθεσθαι. καὶ Γρηγόριος ὁ Θεο-



A ſic ait, *Par ſanè eſt ut ipſam eſſentiam cunctis inaſpectam exiſtimemus, uno duntaxat Unigenito excepto ac Spiritu ſancto. Ex Dei autem operationibus animis aſſurgentes, auctoremque, per ea quæ facta ſunt, intelligentes, illius bonitatis ac ſapientiæ ſenſu imbuimur. Id enim eſt, quod Dei notum eſt; quod cunctis hominibus Deus manifeſtavit.* Item ſanctus Maximus in Capit. de Charit. *Cùm de Deo diſputaturus ſis, ſeu eum cogitaturus, ne ipſas ejus rationes quæſieris: Non enim mens humana invenire potuerit; at neque aliorum cujuſquam, quæ à Deo ſecunda ſunt; ſed eas conſidera, quoad per facultatem licet, quæ ſunt circa ipſum; æternitatis ſcilicet, infinitatis, immenſitatis, bonitatis ac ſapientiæ; potentiæ item,* B *qua conditor eſt, qua providet, qua judex exiſtit. Hic enim inter homines magnus Theologus eſt, qui vel tantiſper horum ipſas rationes adinvenit.*

Libr. 1. contra Eunom. p. 23.

Cent. 2. c. 27.

Cæterum, quod ne horum quidem rationes mens humana comprehendere valeat, hîc quoque Vir ſanctus declaravit: in Theologicis verò ipſe clariùs docet, dum ait, *Unum eſt superæternum & ſupereſſentiale bonum, ſancta trine ſubſiſtens Unitas, Pater & Filius & Spiritus ſanctus, trium infinitorum infinita naturæ conjunctio ac quaſi concretio; ipſa ejuſmodi, ut ejus quod eſt eſſe, & ſic eſſe, & quid ac quale eſſe, inacceſſam prorſus rebus rationem habeat. Fugit enim omnem mentium cogitatum, quæ naturali ſua occulta intimitate nulla unquam ratione excedat, omnique omnium notitiarum notitiæ infinitè emineat.* Hîc itaque, nedum quid Deus ſit, arcanum prorſus ac inacceſſum affirmat, verùm etiam quæ circa ejus naturam exiſtunt. Quicquid enim in Deo eſ- C ſe dicatur, ac vel ad id quod eſt eſſe, aut quid eſſe, aut quomodo qualiterve eſſe referatur, nedum quod quid eſt eſſe ejuſque eſſentiæ ratio ineffabilis & arcana nobiſque ignota eſt; ſed & ipſum eſſe. Quanquam enim Deum eſſe novimus; hoc ſolùm ſignificamus, eſſe eum verè; non item quidnam ſit repræſentamus. Simili quoque ratione, quonam modo ſit, ignoramus. Etſi enim ſcimus eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, quonam tamen id modo ſit, ac qualis illic Paternitas Filieitaſque & Proceſſio, neſcimus. Quin ne hæc quidem, quid Deus per eſſentiam ſint, ſignificant. *Ingenitum enim & Genitum, ac quod Proceſſit, circa naturam*, inquit Gregorius Theologus. Et quidem eſſe Deum ſapientem, ſeu bonum, ſcimus; quidnam verò illud ſapiens ac bonus ſit, neſcimus. Bene igitur dicebat D Sanctus ille quem retuli, *Ejus quod eſt eſſe, & ſic eſſe, & quid ac quale eſſe, inacceſſam prorſus rationem, divinam illam naturam habere.*

Cent. 1. ex quinque. c. 1.

Ignota nobis ipſa quæ ſunt circa Deũ.

Greg. Orat. 35.

Maximus, qui ſupra.

Eandem itaque de ejus eſſentia, deque aliis omnibus, quæ in eo ſunt, habemus notitiam. Si enim quæ de illo dicuntur nomina, illius explicarent eſſentiam, planè fieret Deum longè plurimis compoſitum eſſe. Ait enim divinus Baſilius ſcribens adverſus Eunomium, qui Dei eſſentiam Ingenitum doceret eſſe, *Quonam igitur pacto non prorſus deridiculum, quod creandi vis eſſentia dicatur? aut providendi vis rurſus eſſentia; ac omnino vis omnis & operatio, eſſentia ponatur?* Gregorius i-

Libr. 1. contra Eunom. p. 15.

Orat. 35. p. 569.

tem Theologus Orationibus ſuis Theologicis, ait, *Sive etiam immortale ac minimè malum, nec ulli injuriæ ullive mutationi obnoxium Dei eſſentia. At, ſi hoc demus, multæ erunt Dei eſſentiæ, non una. Deus itaque innominabilis eſt,*

Orat. 36. p. 589.

*nec quicquid dicatur eorum, quæ ſunt circa ipſum, eam quid ſit repræſentat. Nec enim ex ſuis ipſe nominatur, ſed ex iis quæ ſunt circa ipſum, ſic nimirum ut aliam ex alia ſpeciem colligamus, ad unum quoddam veritatis tenue ſimulacrum*, ut auctor eſt idem Theologus. *Non enim dimiſit Deus, ut ejus omnino ignorantia laborantes vitam ageremus*, verùm, ut ait Damaſcenus

De fide l. 1. c. 1.

Theologus (quæ ejus ineffabilis bonitas eſt) *placuit illi ex iis quæ noſtra ſunt nominari, ne ipſius penitus notitiæ expertes eſſemus.*

Gen. 1. Mundi creatio; homo in eo princeps.

Quod enim uti diximus, ſola bonitate mundum omnem condidit; ac poſtemò hominem, uti vetus Scriptura docet, ut creatis omnibus in aſpectum cadentibus præeſſet, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam formavit; idque adeò in cauſa eſt, cur & præditum ratione formarit; licet nobis eadem rationis facultate, quam nobis Deus indidit, præditis, ejus gloriam laudiſque materiam, iis ex rebus colligere, quas oculis uſurpamus; atque hoc modo conceptum quendam de Deo aſſumere. Etenim naturæ divinæ majeſtatem mundus prædicat, ac iis qui animum attendunt, eum, quo auctore conditus eſt, clamat. Vt ſub exemplo loquar, Quandoquidem in res creatas contuentes, mutationi alterationique intelligimus eſſe obnoxias, quæque gignantur & creſcant ac corruptione intereant. Nam & Angeli, tametſi incorporei ſunt ac vacant materia, ſi tamen cum Dei puriſſima ſimplicitate conferantur, ipſi quoque compoſiti ſunt; quocirca etiam intelliguntur mutationi obnoxii, Munduſque univerſus, nec ipſe à corruptione immunis exiſtit. Hæc ſimul conferentes, quatenus ratione præditi ſumus, in hunc modum arguimus. Cùm omnia in aſpectum cadentia mutabilia ſint, exque aliis alias qualitates motu deterente aſſumant; liquet etiam eſſe creata. Quicquid enim creatum eſt, hiſce obnoxium affectibus eſt: ac quicquid his affectibus eſt obnoxium, creatura eſt. Sin autem hæc creata ſunt, planè aliquo auctore ſunt creata; eſtque neceſſe eum qui condidit, increatum eſſe, & ab omni mutatione immunem. Nam, ſi & ille creatus eſt, liquet ab alio creatum eſſe. Ac rurſus, ſi & ille creatus eſt, adhuc & ipſe ab alio hoc ipſum nactus eſt; ſicque in infinitum, dum ad aliquid deveniamus reipſa increatum. Quod ſi increatum, nulli etiam mutationi obnoxiū. Si autem nulli obnoxiū mutationi, ipſum exploratè Deum.

Dei cognitio ex mundo mutabili.

Angeli ipſi compoſiti.

Ex mundi gubernatione ejuſque incolumitate.

Ex his igitur indeque rurſus, quod mundus ex multis diverſiſque ſeu diſtinctis & contrariis compoſitus, eodem jugiter ordine conſiſtit, tantaque continetur moles ac conſervatur. Nec enim temerè ac caſu ſe res ita habent: Nam neque domus, neque navis contineri regiq; ac ſervari poteſt, cùm nemo eſt qui regat & adminiſtret atque gubernet.

A λόγος ἐν τοῖς θεολογικοῖς αὐτοῦ λόγοις φησίν, Ἡ καὶ τὸ ἀθάνατον καὶ τὸ ἄκακον καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὐσία Θεοῦ. ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλαὶ οὐσίαι ἔσονται τοῦ Θεοῦ καὶ οὐ μία. ἀνώνυμος οὖν ἐστιν ὁ Θεός, καὶ οὐδὲν τῶν περὶ αὐτοῦ λεγομένων τί ἐστι παριστᾷ. οὐ γὰρ ἐκ τῶν κατ' αὐτόν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ὀνομάζεται, ἄλλης ἐξ ἄλλου φαντασίας συλλεγομένης, εἰς ἕν τι τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, κατὰ τὸν αὐτὸν Θεολόγον. οὐ γὰρ ἀφῆκεν ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν παντελεῖ ἀγνωσίᾳ αὐτοῦ ζῆν, ἀλλ' ὡς φησιν ὁ ἐκ Δαμασκοῦ Θεολόγος, δι' ἄφατον ἀγαθότητα εὐδόκησεν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι, ἵνα μὴ ἀμέτοχοι παντελῶς ὦμεν τῆς αὐτοῦ ἐπιγνώσεως.

B

Ἐπειδὴ γάρ, ὡς ἔφαμεν, διὰ μόνην ἀγαθότητα τὸν σύμπαντα κόσμον ἐδημιούργησεν· καὶ τέλος τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἔπλασεν, ὡς ἡ παλαιὰ διδάσκει γραφά, ἵνα τῶν ὁρωμένων πάντων ἄρχῃ κτισμάτων· διὸ καὶ λογικὸν αὐτὸν ἔπλασε, δυνάμεθα αὐτῇ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου χρώμενοι, ἣν ἡμῖν ἐνέθηκεν ὁ Θεός, τὴν δόξαν αὐτοῦ καὶ ὑμνῳδίαν ἀπὸ τῶν ὁρωμένων συλλογίζεσθαι, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ ἔννοιάν τινα περὶ Θεοῦ λαμβάνειν. καὶ γὰρ τὸ μεγαλεῖον τῆς θείας φύσεως ὁ κόσμος ἀνακηρύττει, καὶ τοῖς προσέχουσι βοᾷ τὸν δημιουργὸν ἑαυτοῦ. οἷον, ἐπειδὴ ἀποβλέποντες πρὸς τὰ κτίσματα νοοῦμεν ὅτι τρεπτὰ καὶ ἀλλοιωτά εἰσι, καὶ γινόμενα καὶ αὐξανόμενα καὶ φθειρόμενα. καὶ γὰρ καὶ οἱ ἄγγελοι, εἰ καὶ ἀσώ-

C

ματοι καὶ ἄϋλοι εἰσίν, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καθαρωτάτην ἁπλότητα συγκρινόμενοι, καὶ αὐτοὶ σύνθετοι εἰσί. διὸ καὶ τρεπτοὶ κατανοοῦνται· καὶ ὁ σύμπας κόσμος ἐν φθορᾷ ἐστι. ταῦτα συναγαγόντες συλλογιζόμεθα καθότι ἐσμὲν λογικοί, οὕτως. Ἐπειδὴ τὰ ὁρώμενα πάντα τρεπτά εἰσι καὶ ἀλλοιωτά, δῆλον ὅτι καὶ κτιστὰ καθεστήκασι. πᾶν γὰρ κτιστόν, ἀλλοιωτὸν καὶ τρεπτόν· καὶ πᾶν ἀλλοιωτὸν καὶ τρεπτόν, κτίσμα ἐστίν. εἰ δὲ κτιστά εἰσι, πάντως ὑπό τινος ἐδημιουργήθησαν, καὶ δεῖ τὸν δημιουργὸν τούτων, ἄκτιστον καὶ ἄτρεπτον εἶναι. εἰ γὰρ κἀκεῖνος κτιστός, δῆλον ὑφ' ἑτέρου δεδημιούργηται. καὶ πάλιν, εἰ κἀκεῖνος κτιστός, ἔτι καὶ αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου· καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον, ἕως ἂν εἴς τι ἄκτιστον καταντήσωμεν. εἰ οὖν ἄκτιστον, καὶ ἄτρεπτον. εἰ δὲ ἄτρεπτον, τοῦτο ὁμολογου-

D

μένως Θεός.

Ἀπὸ τούτων οὖν. καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πῶς ὁ κόσμος ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων καὶ ἐναντίων συγκείμενος, ἐν ταυτότητι τάξεως διηνεκεῖ, καὶ περικρατεῖται τοσοῦτον μέγεθος. οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ταῦτα ἔχουσιν οὕτως· ἐπείπερ οὐδὲ οἰκία ἢ ναῦς δύναται διακρατεῖσθαι καὶ οἰκονομεῖσθαι καὶ διασώζεσθαι, μηδενὸς οἰκονομοῦντος καὶ κυβερνῶντος. ἐκ τούτων οὖν καὶ τοιούτων δή τινων ἄλλων συμπεραί-

μὲν· ὁμολογουμένως, ὅτι ἐστὶ Θεὸς ἄκτιστος καὶ ἄτρεπτος, ὁ καὶ τὰ κτιστὰ πάντα ὁρατά τε καὶ ἀόρατα δημιουργήσας, καὶ ταῦτα κατὰ λόγον καὶ τάξιν ἀρίστην ὡς ἑαυτοῦ ποιήματα ἀνυπερβλήτῳ δυνάμει φέρων καὶ διεξάγων· κἀντεῦθεν πιστεύομεν ὅτι οὐκ αὐτομάτως ὁ κόσμος ὑπέστη, ὡς τινες κακῶς ὑπετίθεντο.

Πάλιν κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον συλλογιζόμεθα οὕτως. Εἰ πολλοὺς Θεοὺς εἴποιμεν, ἀνάγκη καὶ διαφορὰν αὐτοῖς ἀποδοῦναι. ἔνθα γὰρ πλῆθος, ἐκεῖ καὶ διαφορὰ καὶ ἐναντιότης. εἰ δὲ διαφορὰ τούτοις ἀποδοθήσεται, πῶς ἔσονται τέλειοι. καθὸ γὰρ ὁ ἕτερος τοῦ ἑτέρου διαφέρει, κατὰ τοῦτο λείπεται ἐκείνου, μὴ ἔχων αὐτὸ, καὶ ἐστὶν ἐλλιπὴς, ἢ κατὰ σοφίαν, ἢ κατὰ δύναμιν, ἢ κατ᾽ ἄλλην τινὰ ὑπεροχήν. δεήσεται τοίνυν ὁ εἷς τοῦ ἑτέρου, καὶ οὕτως οὐκ ἂν εἶεν οὔτε τέλειοι οὔτε ἀπερίγραπτοι· ἐπεὶ οὐδ᾽ ἐνδέχεται καθ᾽ ἑαυτὰ πολλὰ ἄπειρα καὶ ἀπερίγραπτα εἶναι. κατὰ συμβεβηκὸς μέντοι, οὐδὲν κωλύει, ὥσπερ πέλαγος ἄπειρον καὶ πεδίον. πῶς οὖν οἱ οὕτως ἐπιδεεῖς ἀλλήλων κυρίως ἄκτιστοι καὶ ἀτελεύτητοι ἔσονται Θεοί.

Πρὸς τούτοις, Ἐπεὶ ἔνθα διαφορὰ, ἐκεῖ καὶ ἀνισότης καὶ ἐναντίωσις ἐστὶν, εἰ μὲν ὁμογνωμονοῦσι καὶ τοῦ ἑνὸς τὰ διάφορα μετέχουσιν, ὑφ᾽ ἓν ἀγόμενα, πολλῷ μᾶλλον ἔσται τὸ ἐκεῖνο Θεὸς τὸ τὰ διάφορα ἑνοῦν· ἐπεὶ καὶ τὸ τάττον τοῦ ταττομένου μεῖζον καὶ τελεώτερον. τὸ δ᾽ αὐτὸ συμβήσεται, καὶ εἰ λέγει τις, ὅτι ἕκαστος μέρους ἄρχει, ὡς οἱ Ἕλληνες ἔλεγον. ζητήσομεν γὰρ τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ τὴν διανομὴν τῶν ὄντων αὐτοῖς ποιησάμενον καὶ τάξαν οὕτως αὐτοὺς ἄρχειν, τὸν μὲν οὐρανοῦ τυχὸν, τὸν δὲ τῆς γῆς, καὶ ἄλλον ἄλλου. ἐκεῖνο γὰρ μᾶλλον ἂν εἴη Θεός. εἰ δ᾽ ὅπερ ἀναγκαῖον, μάχη καὶ ἐναντίωσις ἀκολουθήσει πολλοῖς καὶ διαφόροις οὖσι, διαλυθήσεται ὁ κόσμος, διαφορᾶς καὶ μάχης ἐν τοῖς κυβερνῶσι θεωρουμένης. συμπεραίνομεν οὖν ἀπὸ τούτων, ὅτι εἷς ἐστὶ Θεὸς τέλειος καὶ ἄπειρος καὶ ἀπερίγραπτος, ποιητὴς καὶ κυβερνήτης τοῦδε τοῦ παντὸς, ἃ καὶ ἡ θεία γραφὴ διαῤῥήδην διδάσκει.

Πάλιν, Ἐπειδὴ πᾶν τὸ κινούμενον ὑφ᾽ ἑτέρου κινεῖται, ἐξετάζοντες κἀκεῖνο τίς κινεῖ, καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ, ἀναγκαζόμεθα καταντῆσαι εἴς τι πρᾶγμα κινοῦν μὲν ἐκεῖνο τὰ ἄλλα, αὐτὸ δὲ ὑπὸ μηδενὸς κινούμενον. τὸ γὰρ πρώτως κινοῦν, ἀκίνητον, καὶ τοῦτο ἐστὶν ὁ εἷς Θεὸς, μηδὲν ἑαυτοῦ προεπινοούμενον ἔχων. συμπεραίνομεν οὖν καὶ ἀπὸ τούτου, ὅτι ἐστὶν ὁ Θεὸς ἀκίνητός τε καὶ ἀμετάβλητος, ἄπειρον ἔχων τὴν δύναμιν. εἰ γὰρ μὴ ταύτην ἄπειρον εἶχεν, οὐκ ἂν σύνδρομον εἶχε τῇ βουλήσει τὴν δύναμιν, ἀκαμάτως διατείνων ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας εὐρώστως, καὶ χρηστῶς τὰ πάντα διοικῶν καὶ οἰκονομούμενος.

A Ex his aliiſque quibuſdam ejuſdem generis certò concludimus, Deum increatum eſſe & immutabilem, qui & creata omnia, viſibilia inviſibiliaque condidit, quique hæc optima ratione, velut ſua opera, inſuperabili potentia agit, gubernatque ac regit. Atque hinc credimus mundum non caſu extitiſſe, uti malè quidam opinati ſunt.

Rurſus ſimili ratione in hunc ferè modum argumentamur. Si dixerimus eſſe plures Deos, neceſſe eſt ut diſtinctos diverſoſque eos ſtatuamus. Vbi enim multitudo, ibi etiam diſtinctio ſeu diverſitas, ac contrarietas exiſtit. Sin autem diſtinctos diverſoſque eos ſtatuerimus, quinam fiat ut ſint perfecti? Qua enim ratione alter ab altero differt, ea illo deficitur, cui illud deſideretur, defectuque laborat, ut vel ſapientia vel potentia, vel B alia quædam excellentia ei deſit. Alter itaque altero egebit, atque adeò neque perfecti erunt nec incircumſcripti. Nam neque fieri poteſt, ut ſint multa per ſe infinita ac incircumſcripta. Per accidens tamen nihil vetat, cujuſmodi eſt mare infinitum, infiniteque fuſa camporum ſpatia. Quonam igitur modo qui ſic alter altero egeat, verè increati omniſque expertes finis ſint, ac immortales Dij?

Dei unitas, ab eius infinitate.

Ad hæc, cùm ubi diſtinctio ac diſcretio, ibi & inæqualitas ſit & contrarietas, ſiquidem concordes animis ſint, ac cùm diſtincta diſcretaque exiſtant, unius ſint participes, qui ad unum cogantur; potiori longè ratione illud Deus erit, quod ſic diſtincta diſcretaque unione cogit. Nam & quod ordinem imponit, eo majus eſt & perfectius, quod impoſitum recipit. Nec aliter contingat, ſi quis e- C tiam unumquemque partem imperio ſubjectam tenere (quæ Græcorum opinio fuit) dixerit. Quæremus enim, Quidnam porro ſic inter illos diſtributis partibus, alios aliis præeſſe conſtituerit; putà, alium cœlo, terræ alium, aliumque rebus aliis dominari? Potiori enim ratione illud Deus extiterit. Sin autem (quod & neceſſariò contingat) inter multos atque diſcretos diverſoſque pugna ſequatur, contrariiſque affectibus eâ jam turbâ diſſideant, diſſolvetur mundus, cùm ii quibus regitur ac gubernatur, ſic diverſi, ac ſecum ipſi pugnantes, extiterint. Ex his itaque conclu- D dimus eſſe unum Deum perfectum ac infinitũ, incircumſcriptumque, hujus rerum univerſitatis conditorem ac gubernatorem; quod ita eſſe, etiam divina Scriptura diſertè tradit.

Quod niſi uno rectore, concordia non fit.

Damaſc. l. 1. c. 5. Greg. Orat. 35.

Rurſus, Cùm quicquid movetur, ab alio moveatur, dum exquirimus iſtud etiam, ac illud quis moveat, longo tandem proceſſu, neceſſe eſt ut ad rem aliquam veniamus, quæ moveat quidem reliqua, ipſa verò à nullo moveatur. Primus enim Motor, immobilis eſt: hicque adeò unus Deus eſt, quo nihil prius intelligatur. Igitur hinc quoque concludimus, Deum immobilem eſſe & immutabilem, infinita virtute ſeu potentia præditum. Niſi enim ea infinita præditus eſſet, potentiam voluntati parem eique comitem haudquaquam haberet; *attingens* citra omnem laborem *à fine uſque ad finem fortiter, omniaque ſuaviter diſponens* ac regens.

Quod Deus primus motor.

Infinita Dei potentia.

Sap. 8. 1.

Dei ſimplicitas.

A Præterea, Niſi Deus infinita potentia præditus eſſet, nec infinitus nec incircumſcriptus, neque perfectus eſſet. Quia verò infinitus & incircumſcriptus & perfectus eſt, infinita quoque virtute ac potentia præditus eſt. Ac ſiquidem ea præditus eſt virtute & potentia, infinitus & incircumſcriptus & infinitus eſt. Quicquid enim eſt finitum, hujus potentia ac virtus minimè infinita eſt.

Præterea, Quia rem quamlibet ex quatuor elementis videmus conſtare, & in ea reſolvi: ad hæc verò etiam elementa ex materia ac qualitatibus conſtituta, ratione ſolum ſubtilique cogitatu in ea dividi; putà, terram in materiam & qualitates in ea exiſtentes, frigiditatem ſcilicet & ſiccitatem; quibus accedunt gravitas, figura, color, ac quod medium univerſi locum tenet; quæ utique earum rerum proprietates exiſtunt, quæ compoſitæ ſunt. B Similiter quoque reliqua, ſi quis animo conſideraverit, eodem modo ſe habere inveniet; quamobrem etiam imperfecta ſunt & dividua & compoſita; idcirco Deum ſimplicem individuumque ac perfectionem aſſerimus, qui nihil ejuſmodi habeat, nec ex diverſis rebus, cujuſmodi ſunt quæ ex elementis conſtituta ſunt, conſiſtat. Etenim ait Damaſ. in Theologicis ſuis Capitibus, Non dicendam in Deo qualitatem, ne eum compoſitum ex ſubſtantia & qualitate dixerimus. Si quidem enim compoſitio in Deo dicatur, erit in eo diſſolutio. Compoſitio enim pugnæ origo eſt; pugna verò, divortii; divortium autem, diſſolutionis. Atqui Deum incorporeum & infinitum & immenſum & ſimplicem, nullique interitioni aut labi obnoxium, tum Lex naturalis docet, tum Scriptura prædicat ac loquitur: Nulla C ergo in eo diſſolutio ſeu interitus: id enim procul abhorret à Deo.

Dam.l.1. c.4.

Dei immenſitas.

Ex his autem colligimus, Deum ubique eſſe. Ei enim qui incircumſcriptus ſit ac infinitus, cunctaque noverit, comes eſt, ut ubique præſens ſit. Nam, ut auctor eſt, divinarum rerum ſcientia clariſſimus Dionyſius, *Divinum, individuum eſt, totum prorſus ubique exiſtens. Neque pars in parte corporum more dividitur; ſed totum in omnibus, totumque univerſis præſtans ac eminens. Ac videtur quidem eſſe, diciturque unius Dei diſcretio longèque fuſa multiplicatio; eſt tamen Deus ejus deitatis origo eique eminens, ſupereſſentialiter unus Deus, ſibi ipſe individuè in dividuis unitus, inque multis incommixtus ac immultiplicabilis.* Rurſuſque illo prior ait D Scriptura, *Nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Cœlum quoque ejus ſedes dicitur, terra verò ſcabellum; quibus Scriptura ſignificat, eſſe illum ubique ac cuncta replere, nec quicquam extra ambitum efficaciſſimæ ſummæque comprehenſionis virtutis ejus excedere.

De Divin. nom. 2. §. 11.

Iſai.66.1.

Deus omnia & in eo omnia.

Ad hæc, Quoniam videmus eſſe in mundo viventia, ſapientiaque ac bonitate prædita; eorumque in ſe rationes, ut omnium auctor, Deus præhabet. Ait namque Apoſtolus, Ipſum omnia eſſe, exque ipſo facta eſſe, & in eo conſtare; Atque ut diviniſſimus Ioannes in Apocalypſi ait, Quendam de Senioribus ſi-

1 Cor.1.30. Col.1.16. & 17.

A Ἄλλως τε, Εἰ μὴ δύναμιν ἄπειρον εἶχεν, οὐκ ἂν ἦν ἄπειρος οὔτε ἀπερίγραπτος οὔτε τέλειος· ἐπεὶ δὲ ἄπειρος, ἔστι καὶ ἀπερίγραπτος καὶ τέλειος, ἄπειρον καὶ τὴν δύναμιν ἔχει· καὶ εἰ ἄπειρον τὴν δύναμιν ἔχει, ἄπειρός ἐστι καὶ ἀπερίγραπτος καὶ τέλειος. οὐδὲν γὰρ πεπερασμένον, ἄπειρον τὴν δύναμιν ἔχει.

*liis prodidit ac manifeſtavit.* Quin & de Abra-
hamo ſic ait, *Non ut Deum vidit, ſed ut ho-* Ibid.549.
*minem aluit.* Præterea, quam & ipſe cum
Moſe præſenti vita à Deo cognitionem &
videat & experiatur, enarrans, *Aliquantum,* Ibid. p. 538
inquit, *proſpiciens, non primam ac puriſſimam vi-*
B *di naturam, ſibique ipſi, id eſt, Trinitati notam,*
*& quanta primo velo obtenditur, & à Cherubim*
*obtegitur ; verùm quanta proſtrema eſt & ad nos*
*pertingit. Ea autem eſt, ut quidem ipſe cognitione*
*aſſequor, Majeſtas illa, ſive etiam, ut divinus* Dei poſteriora nobis nota.
*David appellat, Magnificentia, quæ in rebus ab eo*
*creatis productiſque ac gubernatis elucet. Hæc e-* Pſal.8.2.
*nim Dei poſteriora ſunt, quæcunque poſt eum*
*exiſtunt, nobiſque ipſius Numen declarant.* Quæ-
nam verò ſic declarantia, ejuſque velut
notæ exiſtant, ut oſtenderet, adjecit, *Non* Simile.
*ſecus videlicet ac Solis in aquis umbræ ac ſimu-*
*lacra, infirmis oculis ſolem repræſentant ; quan-*
*doquidem eum obtueri non liceat, ut pote lucis pu-*
*ritate ſenſum ſuperantem.* Cunctaque demum
concludens, *Ad hunc itaque modum,* inquit,
pro *Theologi munere de Deo diſputabis, vel ſi* Exod.7.1.
*Moſes Deuſque Pharaonis extiteris ; vel ſi ad ter-*
*tium ipſum cælum, velut Paulus, evaſeris, illoque* 2.Cor.12.2.
*ſuperior effectus Angelicam ſtationem atque ordi-*
C *nem nactus fueris.* Magnus verò Baſilius li-
bro 1. adverſus Eunomium, ait, *Quæcunque* Libr.1.p.24
*apud Theologos de Dei eſſentia conſcripta viden-*
*tur, tropologia quadam, ſeu etiam allegoria ad alias*
*mentem ſententias ac cogitationes avocant.* Ad hæc
etiam divinus Chryſoſtomus in iis Oratio- Orat. 2.p.
nibus, quas de Incomprehenſibili habuit, nec 331.332.319.
à Seraphim quidem videri Deum aſtruit. Sed
& Prophetarum Sanctorumque viſiones
omnes, συγκαταβάσεις ( nos *condeſcenſus* dica-
mus, ſi ita liceat loqui, ſeu demittentis ſe Dei
inclinationes ) declarant. Exponens verò e-
tiam quidnam ſit condeſcenſus ſubjungit,
dicens, *Eſt autem condeſcenſus cùm apparet*
*Deus, non ſicuti eſt, ſed cùm ſe pro ejus facul-*
*tate, qui videre poteſt, ſic ſeipſum exhibet, viden-*
*tium imbecillitati commetiens, quod ſe ſpectan-*
*dum prabet.* In veteri quoque Teſtamento,
tanquam ex Dei perſona dicitur, *Ego viſiones* Oſe.12.10.
D *multiplicavi, & in manibus Prophetarum aſſimilatus*
*ſum.* Divinus autem Dionyſius ſic ait, *Quod ſi* De Divin.
*etiam Clemens Philoſophus, quæ in rebus principatum* nom.c.5.
*tenent, exemplaria ad aliquid dici ſentit; progreditur,* p.228. Lanſel.
*quam tradit doctrinam, non ex propriis, remque om-*
*nino exprimentibus ac ſimplicibus verbis. Sed ut*
*concedamus hoc etiam rectè dici, tamen meminiſſe*
*debemus Theologiæ, quæ ait,* Non *oſtendi tibi ut*
*ambules poſt ea, ſed ut per horum certa quadam ra-* Exod 25.
*tione notitiam, ad univerſorum cauſam* ( omnium 40.
ſcilicet Auctorem ) *quoad licet provehamur.*

Non igitur dicemus videri Deum ſecun-
dum eſſentiam ſuam. Sic enim Sancti rem
amoliuntur, ut nec in ſymbolis naturalibus,

quæ ex terrenis forte rebus, pro humani ſenſus ratione intelligamus, ejus eſſentiæ comprehenſionem admittant. Tum enim Gregorius Nyſſenus ad illud, *Quæſivi eum, & non inveni*, ejuſmodi hærens ſententiæ, *Quinam etiam*, inquit, *inveniri poſſit, quem nulla indicet earum rerum, quæ in notitiam veniunt? non forma, non color, non circumſcriptio, non quantitas, non locus, non figura, non comparatio, non conjectura, non proportio; ſed extra omnem comprehenſionis vim atque conatum, ſemper inveniatur.* Tumque divinus Maximus, ejus quod eſt Quando & Vbi & Quomodo conceptum à Deo removet; quod humanæ mentis conjecturam omnem excludit. Quod enim de rebus conjicimus, vel in eo poſitum eſt, ut quomodo illæ ſe habeat intelligamus; cujuſmodi eſt, cùm collatis utrinque rationibus, ac veluti ſubducto calculo, certe aliquid concludimus; vel ubinam aliquid exiſtat; ut, Vbi fumus, ibi & ignis: aut in eo quòd quis aliquid fecerit; putà, Mulier hæc lactat, planè igitur peperit. Si enim Deum, cùm adhuc in carne mortales ſumus pro noſtri ſenſus modulo & ratione videre non poſſumus, quænam erunt quæ in promiſſionibus bona Sanctis repoſita ſunt, de quibus ait Apoſtolus, *Et hi omnes teſtimonium per fidem promeriti, non acceperunt promiſſionem, Deo de nobis melius aliquid providente, ut non ſine nobis conſummarentur*; ante ſcilicet futuram in integrum reſtitutionem. Quonam autem modo idem Apoſtolus ait, *Videre nunc in ſpeculo & ænigmate, tuncque viſuros facie ad faciem.* Beatus quoque Dionyſius, Quandiu verſamur in corpore, *non aliter poſſe deificum radium nobis illucere, quàm ſacrorum velaminum varietate ad mentes ſurſum evehendas obtectum, Paternaque in nos cura, per res nobis familiares, naturali quadam convenientia ac neceſſitudine coaptatum.* Idque clarius diſtinguens exponenſque divinus Maximus, *Abſque figuris*, inquit, *ac ſymbolis, fieri non poteſt, ut qui in carne verſamur, quæ immaterialia ſunt & incorporea intueamur.* Id verò quonam modo contingat, idem rurſus docuit quaſi ex Apoſtolo. Nempe, Omnem ſæculi hujus ſcientiam, quantumvis ſublimis ac celſa ſit, ſi cum ævi futuri ſcientia conferatur, elementarem eſſe, ac veluti viventis perſonæ ſimulacrum, quod vera apparente vita ac ſcientia, minimè futurum ſit. *Sive enim*, inquit, *ſcientiæ ceſſabunt, ſive prophetiæ evacuabuntur*; uti nimirum auctor eſt Apoſtolus, dum ait, *Cùm autem venerit quod perfectum eſt, evacuabitur quod ex parte eſt.*

Cant.3.1. Ibid.Nyſſ.

Sic ſæpe Maximus, cui accidentia hæc rerum creatarum ſunt *ſine quibus non.*

Hebr.11.39.

1.Cor.13.12

De Cœl. Hier.c.1.

1. Cor.13.7.

Quonam igitur modo cuncta hæc conſtabunt, ac quæ ſuperioribus Sanctis dicta ſunt, ſi quis Deum ſecundùm eſſentiam dicat videri? Sin autem aliquem turbat, quod in Prophetarum aliorumque Sanctorum viſionibus Dei nomen extat, ut eſt illud, *Apparuit Dominus Deus Abraha.* Et, *Dixit Dominus Moyſi de Rubo*, aliaque, ne ſingula quæque percenſeam. Verùm ait admirabilis Dionyſius, *Averſum à ratione ſtupidique animi eſſe, non eorum quæ dicuntur vim finemque attendere, ſed vocibus animum proclive adhibere.*

De Divin. nom. c. 4. §. 22.

A ἴσως ἐννοήσωμεν ἀπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνύλων πραγμάτων, τὴν τῆς οὐσίας αὐτοῦ κατάληψιν παραδέχονται. ὅ, τε γὰρ θεῖος Γρηγόριος ὁ Νύσσης, ἐν τῷ, Ἐζήτησα αὐτὸν καὶ οὐχ εὑρέθη, τῆς τοιαύτης ἐννοίας ἁπτόμενος, Πῶς ἂν, φησὶν, εὑρεθείη, ὃν μηνύει τῶν γινωσκομένων οὐδέν· οὐκ εἶδος, οὐ χρῶμα, οὐ περιγραφὴ, οὐ ποσότης, οὐ τόπος, οὐ σχῆμα, οὐ στοχασμὸς, οὐκ εἰκασμὸς, οὐκ ἀναλογία· ἀλλὰ πάσης καταληπτικῆς ἐφόδου ἐξώτερον ἀεὶ εὑρισκόμενον. ὅ, τε θεῖος Μάξιμος, τὴν τοῦ ποτὲ καὶ ποῦ καὶ πῶς ἔννοιαν ἐπὶ Θεοῦ ἀναιρεῖ, ὅπερ ἀποτέμνεται παντὸς εἰκασμοῦ διάνοιαν· ἐπεὶ οὗτος ἢ ἐν τῷ πῶς ἔχειν συνίσταται, οἷον ἐπὶ τὸ λογίζεσθαι τὸ λογιζόμενον, ἢ ἐν τῷ ὅπου πάρεστιν, ὡς ἔνθα καπνὸς, ἐκεῖ καὶ πῦρ· ἢ ἐν τῷ, τί δέδρακεν, ὡς, ἢ δὲ ἡ γυνὴ B θηλάζει, τέτοκεν ἄρα. εἰ γὰρ τὸν Θεὸν ἔτι ἐν σαρκὶ ὄντες οἱ ἄνθρωποι οὐχ ὁρῶσιν ἀναλόγως ἑαυτοῖς, τίνα ἔσται τὰ ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθὰ τὰ ἀποκείμενα τοῖς ἁγίοις, περὶ ὧν ὁ Ἀπόστολος λέγει, Καὶ οὗτοι πάντες μαρτυρηθέντες διὰ τῆς πίστεως οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν· τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμῶν κρεῖττόν τι προβλεψαμένου, ἵνα μὴ χωρὶς ἡμῶν τελειωθῶσι· δηλονότι [7] πρὸ τῆς μελλούσης ἀποκαταστάσεως. καὶ πῶς, ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος λέγει, καὶ, Βλέπομεν γὰρ ἄρτι ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι, τότε ὀψόμεθα πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος, Ἐφ' ὅσον τῷ σώματι συνίσταμεν, οὐ δυνατὸν ἡμῖν ἐπιλάμψαι [8] τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα, μὴ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱερῶν C καταπετασμάτων ἀναγωγικῶς περικεκαλυμμένην, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς προνοίᾳ πατρικῇ συμφυῶς καὶ οἰκείως διεσκευασμένην. ὅπερ ἐπὶ τὸ σαφέστερον ὁ θεῖος διαρθρῶν Μάξιμος, Δίχα τύπων φησὶ καὶ συμβόλων, οὐ δυνατὸν ἡμᾶς ἐν σαρκὶ ὄντας κατοπτεῦσαι τὰ ἄϋλα καὶ ἀσώματα. καὶ πῶς, ὁ αὐτὸς πάλιν ὡς ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου εἴρηκεν, Ὅτι πᾶσα γνῶσις τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ ἡ ἄγαν ὑψηλὴ καὶ μετέωρος, πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος συγκρινομένη, στοιχειώδης ἐστὶ καὶ οἷον χαρακτῆρες ζῶντος εἰκών, ἥ τις οὐκ ἔσται τῆς ἀληθοῦς φανείσης ζωῆς τε καὶ γνώσεως. Εἴ τε γὰρ γνώσεις φησὶ παύσονται· εἴτε προφη- D τεῖαι καταργηθήσονται· κατὰ τὸν Ἀπόστολον δηλονότι λέγοντα, Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται.

Πῶς οὖν ταῦτα πάντα φυλαχθήσονται, καὶ τὰ τοῖς Ἁγίοις πρότερον εἰρημένα, εἴ τις τὸν Θεὸν λέγει κατὰ τὴν οὐσίαν ὁρᾶσθαι. εἰ δέ τινα ταράττει τὸ τοῦ Θεοῦ ὄνομα κείμενον ἐν ταῖς τῶν προφητῶν θεωρίαις καὶ τῶν ἄλλων ἁγίων, ὡς τὸ, Ὤφθη Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ. καὶ, Εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Μωυσεῖ ἐκ τῆς βάτου, καὶ τ' ἄλλα, ἵνα μὴ καθέκαστον ἀριθμῶ. ἀλλ' ὁ θαυμαστὸς φησὶ Διονύσιος, [9] Ἄλογον καὶ σκαιὸν εἶναι, τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσιν. τοῦτο γὰρ τοῦ ἐγκλη-

μα τῶν Ιουδαίων ἐστίν· οἵ γε εἴπερ ἐβούλοντο μὴ A
ταῖς λέξεσιν, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ
προσέχειν, οὐδὲν ἐκώλυσε τὸν Χριστὸν Υἱὸν Θεοῦ
ὁμολογοῦντας, Χριστιανοὺς μεθ' ἡμῶν καὶ εἶναι καὶ
ὀνομάζεσθαι· οἷς πάντως ὁμοιωθησόμεθα καὶ ἡ-
μεῖς, εἰ τοῦτον τὸν τρόπον τὰς γραφὰς ἐκλαμβά-
νομεν. μᾶλλον δὲ καὶ χείρους αὐτῶν φανούμεθα,
παχύτερον καὶ σωματικὸν τὸν Θεὸν ἐννοήσομεν, καὶ τὰ
τοῦ σώματος οἰησόμεθα πάσχειν. αὐτίκα γὰρ ὁ μὲν
παλαιὸς νόμος παρὰ Θεοῦ δεδόσθαι λέγεται τῷ
Μωσεῖ, καὶ θεόγραφος διὰ τοῦτο προσείρηται· ὁ
δ' Απόστολος περὶ αὐτοῦ φησιν, Εἰ ὁ δι' ἀγγέλων
λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος, καὶ πᾶσα πα-
ράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδο-
σίαν, κ. τ. ἑ. πάλιν ἡ γραφὴ τοῦτ' αὐτὸ περὶ τοῦ
Μωϋσέως ἡμῖν ἐξηγήσατο, Καὶ ἐκάλεσεν αὐ- B
τὸν, εἰποῦσα, Κύριος ἐκ τῆς βάτου· καίτοι οὐ Θεὸς
ἦν ὁ καλέσας αὐτὸν ἐξ ἐκείνης τῆς βάτου, ἀλλ'
ἄγγελος, ὡς ἔστιν ἀκούειν τῶν ἐξηγουμένων ταῦ-
τα ἱερῶν διδασκάλων. καὶ πάλιν τῷ Αβραὰμ
τὸν Θεὸν ἐπιξενωθῆναι φησίν· ὅτι δὲ οὐ Θεὸς ἦν
10 ἀλλ' ἄγγελοι, ὁ θεῖος Παῦλος διδάσκει. [10]
Μέμνησθε, λέγων, τῆς φιλοξενίας· διὰ ταύτης
γὰρ ἔλαθόν τινες ξενίσαντες ἀγγέλους· τὸν Αβρα-
ὰμ αἰνιττόμενος διὰ τούτου· περὶ οὗ καὶ ὁ Θεολό-
γος Γρηγόριος φησὶ, Τί τὸν Αβραὰμ Θεοῦ πε-
ποίηκεν ἑστιάτορα. ἀλλαχοῦ δὲ λέγει, Οὐχ ὡς
Θεὸν εἶδεν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἔθρεψεν. καὶ πάλιν
ἑτέρωσε γράφει, [11] Θεὸν σταυρούμενον, καὶ τοῦτον
11 μετὰ λῃστῶν· ὅπερ εἰ κατὰ τὴν θεότητα ἐννοήσομεν, εἰς
πολλὴν δυσφημίαν ὁ λόγος ἔσται. διὰ δὲ τὴν προσ-
ληφθεῖσαν σάρκα τοῦτο εἰρῆσθαι νομίζοντες, τῆς C
ἀληθοῦς διανοίας οὐκ ἀφιστάμεθα.

Ετι τὸν Μανωὲ φησὶν εἰπεῖν ἡ γραφὴ, Απολώ-
λαμεν ὦ γύναι· Θεὸν ἑωράκαμεν· τὸ φανὲν αὐ-
τῷ σύμβολον, Θεὸν ὀνομάσας. καὶ πάλιν, Ο
Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ, θεοὺς
διακρινεῖ. καὶ ὁ Παῦλος, Εἰ γὰρ εἰσι πολλοὶ θεοὶ,
ὥσπερ οὖν καὶ εἰσί. ἐῶ λέγειν τὰ ἄλλα ὅσα Θεὸν
καὶ θεοφανείας ἡ γραφὴ καλεῖ, τὰ τοῖς ἁγίοις πο-
λυμερῶς καὶ πολυτρόπως λαληθέντα καὶ φαντα-
σθέντα, ἃ πάντα πόῤῥω εἶναι τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ,
καὶ δι' ἀγγέλων δραματουργεῖσθαι ὁ ἅγιος Διονύ-
σιος ἀπέδειξε, λύων τὴν περὶ τῶν ἀμέσων θεο-
φανειῶν ἀπορίαν, καὶ διδάσκων τοὺς πρὸ νόμου
καὶ μετὰ νόμον πάντας θείους ἡμῶν πατέρας, δι' D
ἀγγέλων εἰς Θεὸν ἀνάγεσθαι.

Πρὸς τούτοις καὶ τὸ βάπτισμα θεοφάνεια κα-
λοῦμεν, ὅτι ἐν τούτῳ σαρκὶ τε ὁ Χριστὸς ἑωρᾶτο,
καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον φαμὲν καταπτῆναι, καί-
τοι τότε φανὲν ἐν εἴδει περιστερᾶς πρὸς τὴν χρείαν
τῆς Χριστοῦ οἰκονομίας, ἐκ τοῦ ἀερίου σώματος
σχεδιασθείσης, ὡς οἱ ἅγιοι φασὶ, καὶ μάλιστα ὁ Αὐ-
γουστῖνος ἐν τῷ περὶ Τριάδος βιβλίῳ· καὶ τῇ ἀκου-
σθείσῃ φωνῇ τὸν Πατέρα γνωσθῆναι λέγομεν. ἂν
οὖν τὰ πρὸ τοῦ νόμου καὶ μετὰ νόμον φανέντα τοῖς
ἁγίοις Θεοῦ οὐσίαν εἴπωμεν, ἀναγκασθησόμεθα καὶ
τὰς ἀκουσθείσας αὐτοῖς φωνὰς ἐκ τοῦ Θεοῦ λέγειν,

A Quippe Iudæorum hoc crimen eſt. Si enim
non vocibus, ſed rerum ſcopo attendere a- Scripturarum ſcopus attendendus; non ſolæ voces.
nimum libuiſſet, quin & ipſi Chriſtum Dei
Filium confitendo, unà nobiſcum Chriſtia-
ni eſſent ac audirent, nihil quicquam ob-
ſtaret: quibus planè nos etiam ſimiles effi-
ciemur, ſi Scripturas hoc modo exponа-
mus. Quin & illis deteriores videbimur,
quò & Deum corpore concretum intellige-
mus, iiſdemque ac corpus affectibus obno-
xium exiſtimabimus. Statim enim Lex vetus
à Deo data Moſi eſſe dicitur; hincque eſt cur Exod. 31.18
à Deo conſcripta nuncupetur. Apoſtolus ta- Hebr. 2. v. 2.
men de illa dicit, *Si qui per Angelos dictus eſt
ſermo, factus eſt firmus; & omnis prævaricatio &
inobedientia accepit juſtam mercedis retributionem,*
& quæ ſequuntur. Rurſus, Scriptura idip- Exod. 3. 4.
ſum de Moyſe nobis enarravit, dum ait, *Et* Act. 7. 35.
B *vocavit eum de Rubo.* Atqui non Deus erat, qui
inde vocavit, ut ex ſactis doctoribus qui lo-
cum expoſuerunt, liquidò audire licet. Rur-
ſus etiam Deum Abrahæ hoſpitio ſuſceptum Gen. 18 13.
ait; quod tamen non Deus, ſed Angeli eſ-
ſent, docet divinus Paulus. *Hoſpitalitatis*, in- Hebr. 13. 2.
quit, *nolite oblivisci: per hanc enim inſcientes qui-
dam Angelos exceperunt hoſpitio;* quod ſic lo-
quitur, Abrahamum ſubinnuens; de quo e-
tiam ait Gregorius Theologus, *Quid Abra-
hamum Dei convivam fecit?* Alibi verò dicit,
*Non ut Deum vidit, ſed ut hominem aluit.* Rur-
ſus quoque alio loco ſcribit, *Deum crucifi-* Orat. 34. & 42.
*xum, idque latronum medium;* quod ſi Deitatis
ratione dictum intelligamus, inquantam ſer-
mo blaſphemiam vertetur? Sin autem ratio-
ne carnis aſſumptæ exiſtimabimus, à vera
intelligentia nihil abſcedemus.

C Ad hæc Manue, ait Scriptura dixiſſe, *Pe-* Iudic. 13. 22
*riimus, mulier, Deum vidimus;* nempe Deum Greg. Orat. 39. p. 628.
vocans, quod conſpexerat, illique apparuerat Pſal. 81. 1.
ſignum. Ac rurſus, *Deus ſtetit in coetu deorum;
in medio autem, deos dijudicabit.* Paulus item, 1. Cor. 8. 5.
*Siquidem ſunt multi dii, uti etiam ſunt.* Mitto
alia dicere, quæcunque Scriptura Deum di- Divinæ apparitiones per Angelos.
vinaſque apparitiones vocat, quæ Sancti
multifariam multiſque modis dicta viſa-
que informarunt; quæ omnia procul eſſe à
divina eſſentia, & per Angelos velut ſceni-
ca quadam repræſentatione exhibita, mon-
ſtravit ſanctus Dionyſius, quæſtionem ſol- De Cœl. Hier. c. 4. §. 2.
vens, de divinis apparitionibus, quæ imme-
diatè fiant; docenſque, Sanctos omnes Pa-
tres, tum qui Legem præceſſerunt, tum qui
D ſecuti ſunt, hoc nactos, ut per Angelos ad
Deum proveherentur.

Accedit quod & Baptiſma, Θεοφάνεια (ac ſi
dicas divinam Deique operationem) voca-
mus; quod in eo Chriſtus carne viſus ſit; &
Spiritus ſanctus deſcendiſſe dicatur, quan-
quam tunc in ſpecie columbæ, ad Chriſti Baptiſmus ut Θεοφάνεια
diſpenſationem implendam, ex aëreo corpo-
re ex tempore formatæ, viſus ſit, uti San-
cti tradunt, ac præcipuè Auguſtinus in Libr.
de Trinitate; auditaque voce dicimus Pa-
trem cognitum eſſe. Igitur ſi ante, poſtque
Legem Sanctis viſa, eſſentiam Dei dixerimus,
cogemur & auditas illis voces ex Deo Dei-
que voces dicere; adeo ut etiam loquendi

organa illi tribuamus; quod abſurdum pariter ac ridiculum eſt.

Hæc verò cùm ſe ita habeant, haud rectè dicamus, Scripturam Sanctoſque in his

Figuræ & ſigna, rerum ipſo nomine inſignita.

propriè vocibus uſos, ſed magis illis abuſos, ac promiſcuè earum rerum nomina ac proprietates, quæ nullis figuris, nullaque forma repræſentari poſſunt, figuris tribuiſſe; cujuſmodi eſt illud Pauli,

1. Cor.10.4

*Petra autem erat Chriſtus*; hæcque illos, communi nomine non eadem nominis ratione (ὁμωνύμως vocant, nos *æquivocè*) dicere; eorum ſcilicet nominibus, quæ ſimulacro repræſentantur, repræſentantia vocantes; quæ planè multa ſunt ac diverſa, aliáſque aliter ſe habentia

Oſe.12.10.

conſpecta ſunt. Simulacra enim in manibus Prophetarum extiterunt; Sanctique ſymbola ſeu ſigna, & condeſcenſus (ut ſic loquar, inclinantis ſe nimirùm majeſtatis demiſſiones) indiciaque expoſuerunt; ut liquet ex iis quæ ſic exponendo ediderunt. Qui autem his omnibus figuratur ac ſimulacro repræſentatur, unus idemque ac incommutabilis in ſempiternum eſt. Quod autem ſcriptura Deum Sanctis apparuiſſe illiſque conſpectum eſſe refert, nihil prorſus aliud vult ac ſignificat, quàm accepiſſe illos ejus notitiam ac cognitionem, pro ſuæ facultatis ac puritatis modo, per ſigna illa quæ ſibi exhibita conſpexerunt. Nam & quæ de Deo cognitio habetur, ac quod intelligitur, Dei viſio

Orat. 36. quæ eſt 2. de Filio p.590.

nuncupatur; ac qui eam nactus eſt cognitionem, Deum vidiſſe perhibetur. Etenim ait Gregorius Theologus Orat. de Filio, *Qui Filium cognovit, ſeu intelligit (hoc enim ſignificat illud,* Qui vidit*) Patrem quoque cognovit ſeu intellexit.* Divus item Chryſoſtomus, quo loco Evangelicæ hujus ſententiæ meminit,

Ioan 6.46. Hom.34. in 1. ad Cor.

*Reſpondit Iudæis, & dixit, Non quia Patrem vidit quis, niſi qui ex Deo eſt, hic vidit Patrem*, ait, *Viſionem hoc loco, cognitionem vocat*; quam utique cognitionem ſeu notitiam, ex Salvatoris quoque miraculis, his qui tunc aderunt contigiſſe docet. Ait enim, *Cur verò non ſtatim aſcendit in naviculam? Nempe hoc ſatagens, ut miraculi magnitudinem augeret, ac Deitatem ſuam clarius manifeſtaret.* Hæcque adeo miracula, idem ipſe *ejus gloriam ac claritatem* vocat, expo-

Hom. 11. in Ioan. p.79.

ſitione ſua in Ioannem. *His igitur omnibus*, inquiens, *miraculis ab Evangeliſta collectis; quæ in corporibus, quæ in animis, in elementis; præceptis doniſque, arcanis illis cœloque altioribus, legibus, diſciplina, ſuadendi vi, futurorum promiſſionibus, cruciatibus ejus ac tormentis, in admirandam hanc illam cœleſtiſque doctrinæ plenam vocem erupit,* Vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Vnigeniti à Patre; plenum gratiæ & veritatis. *Neque enim miraculorum gratia Chriſtum duntaxat admiramur, ſed & paſſionum ac cruciatuum, quod nempe cruci affixus ac verberibus cæſus: quòd alapis acceptus, quod conſputus, quod ab illis ipſis, in quos beneficia contulerat, in maxilla percuſſus. Nam & in his ipſis, quæ probri & ignominiæ plena eſſe videntur, illud idem rurſus verbum meritò proloquamur; quod & ipſe rem gloriam appellarit.* Sic quidem divinus Chryſoſtomus. Magnus autem Baſilius, *Ex eo*, inquit, *quod venti & ma-*

A ὥστε καὶ ὄργανα φωνητικὰ τούτῳ περιάπτειν, ὅπερ ἄτοπον ὁμοῦ καὶ γελοῖον.

Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, οὐκ ἂν ὀρθῶς εἴποιμεν τὴν θείαν γραφὴν ἢ τοὺς ἁγίους κυρίως τοῖς ὀνόμασιν ἐπὶ τούτων κεχρῆσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον καταχεχρῆσθαι, καὶ ἀδιαφόρως τοῖς τύποις περιτιθέναι τὰ ὀνόματα καὶ ἰδιώματα τῶν ἀτυπώτων καὶ ἀμορφώτων, ὡς ἔχει τὸ τοῦ Παύλου, Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός· καὶ ὁμωνύμως ταῦτα λέγειν τοῖς τῶν εἰκονιζομένων ὀνόμασι, τὰ εἰκονίζοντα καλοῦντας· ἃ δὴ πολλὰ καὶ διάφορα καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα ἐφάνησαν. ὁμοιώματα γὰρ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν προφητῶν εὑρέθησαν, καὶ σύμβολα καὶ συγκαταβάσεις καὶ γνωρίσματα οἱ ἅγιοι ἐξηγήσαντο, ὡς ἀπὸ τῶν ἐκτεθέντων δῆλον· ὁ δὲ Θεὸς

B τὸ διὰ πάντων τυπούμενον καὶ εἰκονιζόμενον, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς καὶ ἀμετάβλητός ἐστιν ἀείποτε. τὸ δὲ τὸν Θεὸν τοῖς ἁγίοις ὀφθῆναι διαγορεύειν, οὐκ ἄλλο πάντως ἢ τὸ γνῶσιν αὐτοὺς εἰληφέναι περὶ αὐτοῦ βούλεται, κατὰ τὴν ὁρώντων ἀναλογίαν καὶ καθαρότητα, διὰ τῶν συμβολικῶν αὐτοῖς θεαθέντων· ἐπεὶ καὶ ἡ περὶ Θεοῦ γνῶσις καὶ νόησις, ὅρασις λέγεται Θεοῦ· καὶ ὁ τὴν γνῶσιν ταύτην εἰληφὼς, αὐτὸν ἑωρακέναι. ὁ μὲν γὰρ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ περὶ Υἱοῦ φησιν, Ὁ νενοηκὼς τὸν Υἱόν· τοῦτο γὰρ τὸ ἑωρακέναι· νενόηκε τὸν Πατέρα. ὁ δὲ θεῖος Χρυσόστομος, τοῦ εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ μνησθεὶς, τοῦ, Ἀπεκρίθη τοῖς Ἰουδαίοις καὶ εἶπεν, Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τὶς ἑώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, οὗτος

C ἑώρακε τὸν Πατέρα, εἴρηκεν, Ὅρασιν ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν λέγει, ἣν δὴ γνῶσιν καὶ νόησιν, καὶ διὰ τῶν τοῦ Σωτῆρος θαυμάτων τοῖς τότε παροῦσι γεγενῆσθαι διδάσκει. λέγει γὰρ, Τίνος δὲ ἕνεκεν οὐκ ἀνέβη εὐθὺς εἰς τὸ πλοῖον. τὸ θαῦμα μεῖζον ἐργάσασθαι βουλόμενος, καὶ τὴν θεότητα ἀνακαλύψαι αὐτοῦ γυμνότερον. καὶ ταῦτα δὲ τὰ θαύματα, δόξαν αὐτοῦ ὁ αὐτὸς οὗτος λέγει, ἐν τῇ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγήσει. Ταῦτα οὖν ἅπαντα, λέγων, συναγαγὼν ὁ Εὐαγγελιστὴς τὰ θαύματα, τὰ ἐν σώμασι, τὰ ἐν ψυχαῖς, τὰ ἐν τοῖς στοιχείοις· τὰ προστάγματα, τὰ δῶρα, τὰ ἀπόρρητα ἐκεῖνα καὶ τῶν οὐρανῶν ὑψηλότερα·

D τοὺς νόμους, τὴν πολιτείαν, τὴν πειθὼ, τὰς μελλούσας ὑποσχέσεις, τὰ παθήματα αὐτοῦ, τὴν θαυμαστὴν ταύτην καὶ ὑψηλὰν γέμουσαν δογμάτων ἀφῆκε φωνὴν, λέγων, Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. οὐ γὰρ διὰ τὰ θαύματα μόνον αὐτὸν θαυμάζομεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὰ παθήματα. οἷον ἐπειδὴ προσηλώθη τῷ σταυρῷ καὶ ἐμαστιγώθη· ἐπειδὴ ἐρραπίσθη, ἐπειδὴ ἐνεπτύσθη, ἐπειδὴ ἔλαβεν ἐπὶ κόρρης πληγὰς παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων αὐτῶν. καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς τοῖς δοκοῦσιν ἐπονειδίστοις εἶναι, τὸ αὐτὸ πάλιν ῥῆμα ἄξιον ἐπιφθέγξασθαι, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς δόξαν τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσε. ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Χρυσόστομος. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος, Ἀπὸ τῶν ἀνέμων

μων φησὶ καὶ τῆς θαλάσσης ὑπακουσάντων αὐτῷ, ἐγνώρισαν αὐτοῦ τὴν θεότητα. ἀλλὰ μὴν ἡ γνῶσις αὕτη τελεωτέρα καθισταμένη, βασιλεία οὐρανῶν Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ δοκεῖ. καὶ γὰρ ἐν τῷ περὶ Καταστάσεως ἐπισκόπων, Ἡγοῦμαι φησὶ, μὴ ἄλλό τι εἶναι βασιλείαν Θεοῦ, ἢ τὸ τυχεῖν τοῦ καθαρωτάτου καὶ τελεωτάτου. τελεώτατον δὲ τῶν ὄντων, γνῶσις Θεοῦ· ἀλλὰ τὸ μὲν κατάσχωμεν, τὸ δὲ καταλάβωμεν, ἕως ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς, τὸ δὲ, ἐκεῖθεν ταμιευσώμεθα. ἐν δὲ τῷ εἰς τὰ Φῶτα λόγῳ, καὶ τὴν μέλλουσαν ἀνταπόδοσιν μετὰ τῶν προστεταγμένων δέχεσθαι τὸν βαπτιζόμενον παρακελευόμενος, ταύτην εἶναι φησὶ φῶς τοῖς κεκαθαρμένοις τὴν διάνοιαν, τουτέστι Θεὸν ὁρώμενόν τε καὶ γινωσκόμενον κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς καθαρότητος· ὃ δὴ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ὀνομάζομεν· σκότος δὲ τοῖς τυφλώττουσι τὸ ἡγεμονικόν· τουτέστιν, ἀλλοτρίωσιν Θεοῦ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἐντεῦθεν ἀμβλυωπίας. Ταύτην δὴ τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν τὴν ἁγίοις ἀποκειμένην μετὰ τὴν ἐλπιζομένην ἀνάστασιν, ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν ὁ ἅγιος Διονύσιος καλεῖ, καθ' ἣν ὁ Θεὸς ἔσται πάντα ἐν αὐτοῖς κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ὕστερον· νῦν δὲ καθαρώτατα διὰ πάντων φαίνεται, ὅτι ὥσπερ ἐλέγομεν, καὶ ἀνώνυμος ἐστὶν ὁ Θεὸς, καὶ πάλιν ὀνομάζεται· ἀνώνυμος μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν· ὀνομαζόμενος δὲ, ἀπὸ τῶν ἐμφαινομένων τῷ παντὶ θαυμάτων. οὕτω γὰρ ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἔλεγε, Τὰ ἐν τῷ παντὶ ἐνθεωρούμενα θαύματα, τὴν ὕλην δίδωσι, δι' ὧν σοφὸν καὶ δίκαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα καλοῦμεν. τὸν ὅμοιον τρόπον εἴπομεν ἂν ἑκάτερον ὀρθῶς, Ὅτι τὸν Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται, καὶ Ὅτι πάλιν τὸν αὐτὸν καὶ προφῆται καὶ ἅγιοι εἶδον, κατ' ἄλλο δηλονότι καὶ ἄλλο· τὸ μὲν, διὰ τὸ μὴ εἶναι δυνατὸν τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν περιλαβεῖν, καὶ ὑπὸ τοῦ πεπερασμένου τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον περικρατηθῆναι· τὸ δὲ, διὰ τὴν γνῶσιν ἣν ἔσχον περὶ ἐκείνου διά τινων συμβόλων, κατὰ τὴν τῶν ὁρώντων ἀναλογίαν, καὶ τὴν τῶν ὁρωμένων εἰκασίαν καὶ φαντασίαν.

Τὸ δ' αὐτὸ καὶ περὶ τῆς μετοχῆς ἐστι λέγειν. καὶ γὰρ μετέχομεν τοῦ Θεοῦ. Ἐνοικήσω γάρ φησιν ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω. καὶ, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.
13 ἀλλ' οὐχ ὡς ἔχει φύσεως ἢ θεότητος. [13] τοῦτο γὰρ
τῶν Μασσαλιανῶν ἐστιν ἡ αἵρεσις· ἀλλ' ὡς φησιν ἡ κατ' αὐτῶν γενομένη σύνοδος. λέγει γὰρ, Γίνεταί τις ἐπιδημία τοῦ Παρακλήτου, καὶ ἐνοικεῖ τοῖς ἀξίοις ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐχ ὡς ἔχει φύσεως ἢ θεότητος. εἰ δέ τινες ἐγένοντο Μασσαλιανοὶ, φάσκοντες μετέχειν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, μεταβαλλούσης εἴς τι τῶν καταλλήλων αὐτοῖς, καὶ ταύτῃ τὸν Θεὸν οἰκεῖν ἔλεγον ἐν ἑαυτοῖς, ἡμεῖς τὴν τοιαύτην δυσσέβειαν εἰς τὰς ἐκείνων κεφαλὰς ἀποτροπιαζόμεθα. καὶ γὰρ μᾶλλον τοῖς τοῦ ἁγίου Διονυσίου λόγοις ἑπόμενοι, Πᾶν φαμὲν τὸ τοῦ Θεοῦ κρύφιον ἀνεκφάντως ἐκφαίνεσθαι, καὶ τὸ ἀμέθεκτον ἀμεθέκτως μετέχεσθαι· καὶ τὸ ἀνεκφοίτητον ἀνεκφοιτήτως προϊέναι καὶ πανταχοῦ γίνεσθαι,

A *re obed erunt ei, Deitatem illius cognoverunt.* Enimverò cognitio hæc cùm perfectior fuerit, regnum cœlorum à Gregorio exiſtimatur. Etenim Orat. de Conſtitutione Epiſcoporum, *Regnum Dei*, inquit, *nihil aliud eſſe exiſtimo, quàm ejus, quod puriſſimum ac perfectiſſimum eſt, adeptionem. Perfectiſſima porro rerum omnium eſt Dei cognitio. Verùm eam, quandiu in terra verſamur, partim teneamus, partim percipere ſtudeamus; partim denique in futurum ævum reſervemus.* [Orat. 2? p. 494.] Oratione verò in Lumina, futuram mercedem unà cum præceptis ſuſcipiendam ac credendam hortans, *Eam lucem*, ait, *iis, qui animo & mente purgati fuerint; hoc eſt, Deum, ſe ſe cuique, pro ejus puritatis ratione, ſpectandum cognoſcendumque præbentem, id quod regnum cœlorum appellamus: iis contrà, qui animi cæcitate laborant, tenebras eſſe, hoc eſt, abalienationem at-* B *que averſionem à Deo, pro hebetudinis ac ſecutientiæ modo, qua quiſque in hac vita affectus fuerit.* [Orat. 40. quæ eſt in ſanctum Bapt. p. 67?] Hanc porrò Dei cognitionem Sanctis repoſitam, quam à reſurrectione ſperamus, *unionem, vim omnem mentis excedentem*, vocat ſanctus Dionyſius, per quam erit *Deus omnia in omnibus*, ut auctor eſt beatus Paulus. [De Divin. nom. c. 1. §. 7.] [1. Cor. 15. 28] Verùm de his poſtea: nunc verò liquidiſſimè omnibus patet quod dicebamus, Dei nullum nomen eſſe, eundemque rurſus multa nomina habere. [Dei nullum nomen & multa.] Ejus quidem nullum nomen eſt, quod ad eſſentiam attinet; habet verò ac nominatur ex illis miraculis, quæ in univerſo elucent. Sic & Gregorius Nyſſenus aiebat, *Quæ in univerſo miracula conſpiciuntur, materiam præbent ut eum ſapientem & juſtum, & quæ ſunt ejuſmodi, vocemus.* Simili modo utrunque rectè dixerimus, *Deum neminem vi-* C *diſſe unquam*; ac rurſus, eundem & Prophetas & Sanctos vidiſſe, alia ſcilicet atque alia ratione: alterum quidem, quod Dei natura comprehendi non poſſit, infinitaque & immenſa majeſtas ſub velamine continetur; alterum, ob cognitionem quam de illo per ſigna quædam, pro aſpicientium ratione, earumque rerum quæ aſpectu cernuntur conjectura ac informatione, habemus. [Ioan. 1. 18. Iſai. 6. &c.]

Idipſum de participatione dici poteſt. Nam & Dei ſumus participes. Ait enim, *Inhabitabo in eis, & inambulabo.* Et, *Ego & Pater veniemus, & manſionem apud eum faciemus.* [Levit. 26. 12 Ioan. 14. 23] Sed non pro eo ac ille ſe naturâ habet ac deitate (Hæc enim Maſſalianorum hæreſis eſt) ſed ſicut ait, quæ in illos celebrata Synodus eſt. Sic D enim habet, *Fit adventus quidam ac præſentia Paracleti, Deuſque in Sanctis habitat; non pro eo ac ſe naturâ ac deitate habet. Sin autem Maſſaliani quidam extiterunt, qui ſe Dei eſſentiæ participes eſſe dicerent, in eorum aliquid, quod pro eorum conveniens ratione ſit, ſeſe demutantis; nos talem impietatem in illorum caput rejicimus. Potius enim ſancti Dionyſii ſermones ſecuti dicimus, Dei occultum omne, ita ut non eluceat, elucere, & quod imparticipabile eſt, citra participationem participari; quodque à ſe minimè exeat, non exeundo procedere, ac cùm in ſe maneat, ubique verſari ſuique omnibus præſentiam præſtare; cujus aliis ſocie-*

*tatem ac participationem, quantam ex natura aſſequi liceat, ineuntibus, non quaſi ipſa aliquid demutetur. Aliter enim Deus per naturam ſuam præſens eſt, quatenus nihil ipſi obſtare habet; aliterque ex providentiæ rationibus, cùm omnia in omnibus fiat; ac rurſum aliter in nulla rerum eſt, quatenus ipſe per ſeipſum exiſtens, nulla prorſus rerum ulla ratione eſt.*

## III. DEO UNO, QUI EST Trinitas.

Vnum hunc ac verum Deum, rerum univerſitatis conditorem ac qui eam conſervet; bonorum fontem, ac quo auctore ſingula quæque conſtent, credimus ac confitemur, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum. Quod verò ſic ſentimus, non humana ratione ex creatis diſcurrendo collegimus, ſed ex revelatione accepimus. Quia enim ex creatis ſenſus opera id nulla ratione capere poteramus, neceſſarium nobis fuit ut divina revelatione doceremur. Ipſeque adeò Dei Filius unus è ſancta Trinitate, quæ ejus bonitas eſt, factus homo (qua de re paulò inferius, ex ſacris pariter Scripturis colligentes pro virili dicturi ſumus) revelavit nobis Trinitatis myſterium, ne humana ſeducti doctrina, creaturas colamus.

Trinitas, ſola revelatione nota.

Ac prius quidem per Prophetas rei hujus veritatem obſcurius indicavit, ſapienti conſilio ab idolorum cultu paulatim homines retrahens; deinde verò ipſe per ſeipſum conſonè prioribus clarè docuit: quod ſanè ſic mirum extraque omnem uſum, ut vim omnem mentis ratione utentis excedat. Etenim Vnitatem in Trinitate credimus, & Trinitatem in Vnitate; ac neque Vnitas trium Perſonarum confuſionem ac velut concretionem conflaturamq; inducit, nec Perſonarum numerus Monados (id eſt, eſſentiæ) unitatem diſcernit: quin & unum eſt ſecundum eſſentiam, & tria Hypoſtaſeon (id eſt, Perſonarum) ratione. *Diſtinguitur* enim *unitè, & diſtinctim connectitur*, ut ait Gregorius Theologus. Ac rurſus, *Vix unum animo concepi, cùm ſtatim tribus circumfulgeo. Vix tria diſtinguere incipio, cùm ſtatim ad unum mentis intentiones fero.* Nam in hominibus quidem, qui tres homines ſint, non unus ſunt; nec rurſus qui unus, tres exiſtunt: in Deo autem, cùm unum tria ſunt, tum tria unum; quæ ſanè, uti dicebam, omnem mentis vim excedunt.

Greg. Orat. 37. p. 598. Orat. 39. p. 630. Orat. 40. p. 668.

Matth. 28. 19.

Hanc unionem ac diſtinctionem Dominus noſter Ieſus Chriſtus tradidit, dicens, *Euntes in mundum univerſum, docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Eo quidem quod ait, *in nomine* ſingulariter, unam eſſentiam ſignificavit (tres enim, qui duo ſint ac tria, ſingulari numero nunquam proferantur) quod verò addidit, *Patris & Filii & Spiritus ſancti*) tres Hypoſtaſes (id eſt, Perſonas) unius eſſentiæ docuit. Cùm autem alio loco dixit, *Ego & Pater unum ſumus*; *unum* quidem, eſſentiæ tribuit; illud verò, *Ego & Pater*, perſonis aſſignavit.

μένον ἐφ' ἑαυτοῦ, ἄλλων εἰς κοινωνίαν καὶ μετουσίαν ἐφικτῶν ταῖς ἀναλόγοις ἑκάστων φύσεσι γινομένων οὐκ ἐκείνου μεταβάλλοντος ἄλλως γὰρ πάρεστιν ὁ Θεὸς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ἐφόσον μηδὲν ἐμποδὼν αὐτῷ πέφυκε γίνεσθαι, καὶ ἄλλως κατὰ πρόνοιαν, ὅταν πάντα πᾶσι γίνηται· καὶ ἄλλως πάλιν ἐν οὐδενὶ τῶν ὄντων ἐστὶν, ἐφ' ὅσον καθ' αὐτὸν μηδὲν τὸ σύνολον τῶν ὄντων ἐστὶ κατά τι.

## Γ' ΠΕΡΙ' ΤΟΥ͂ Ε'ΝΟ'Σ ΘΕΟΥ͂, ὅς ἐστι Τριάς.

Τοῦτον τὸν ἕνα καὶ ἀληθῆ Θεὸν, τὸν δημιουργὸν καὶ συνοχέα τοῦ παντὸς, τὴν πηγὴν τῶν ἀγαθῶν καὶ αἰτίαν τοῦ συνίστασθαι ἕκαστον, πιστεύομεν καὶ ὁμολογοῦμεν εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. τοῦτο δὲ, οὐκ ἀπὸ διανοίας ἀνθρωπίνης ἐκ τῶν κτισμάτων συλλογιστικῶς συναγαγόμενοι, ἀλλ' ἐξ ἀποκαλύψεως ἐλάβομεν. ἐπειδὴ γὰρ ἐκ τῶν κτισμάτων διὰ τῆς αἰσθήσεως τοῦτο λαβεῖν οὐδόλως ἦν δυνατὸν, ἐδέησεν ἡμῖν τῆς τούτου παρὰ Θεοῦ ἀποκαλύψεως. καὶ αὐτὸς ὁ εἷς τῆς Τριάδος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ γενόμενος ἄνθρωπος διὰ τὴν ἑαυτοῦ ἀγαθότητα, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον κατὰ τὸ δυνατὸν ἐροῦμεν· τὸν ὅμοιον τρόπον ἐκ τῶν ἁγίων ταῦτα γραφῶν συλλέγοντες, ἀπεκάλυψεν ἡμῖν τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον· ἵνα μὴ ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης διδασκαλίας πλανώμενοι, τοῖς κτίμασι λατρεύωμεν.

Καὶ πρότερον μὲν περὶ τούτου διὰ τῶν προφητῶν ἠνίξατο, σοφῶς κατ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας τοὺς ἀνθρώπους ἀφέλκων· εἶτα καὶ δι' ἑαυτοῦ συμφώνως τοῖς πρότερον καθαρῶς ἐδίδαξεν· ὃ δὴ τοσοῦτον ἐστὶ παράδοξον, ὥστε πᾶσαν λογικὴν διάνοιαν ὑπερβαίνειν. καὶ γὰρ μονάδα ἐν τριάδι, καὶ τριάδα ἐν μονάδι πιστεύομεν· καὶ οὔτε ἡ μονὰς τῆς οὐσίας σύγχυσιν καὶ συναλοιφὴν τοῖς τρισὶ προσώποις ἐμποιεῖ, οὔτε ὁ ἀριθμὸς τῶν προσώπων διαιρεῖ τὴν τῆς μονάδος, εἴτουν τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα· ἀλλὰ καὶ ἕν ἐστι κατὰ τὴν οὐσίαν, καὶ τρία κατὰ τὰς ὑποστάσεις. διαιρεῖται γὰρ ἡνωμένως καὶ συνάπτεται διῃρημένως, ὡς φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. καὶ πάλιν, Οὐ φθάνω τὸ ἓν νοῆσαι, καὶ τοῖς τρισὶ περιλάμπομαι· οὐ φθάνω τὰ τρία διελεῖν, καὶ εἰς τὸ ἓν ἀναφέρομαι. καὶ γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν ἀνθρώπων, οἱ τὸ τρεῖς ἄνθρωποι οὐκ εἰσὶν εἷς· καὶ πάλιν ὁ εἷς οὐκ εἰσὶ τρεῖς· ἐκεῖ δὲ, καὶ τὸ ἓν τρία, καὶ τὰ τρία ἕν. ἅπερ, ὡς ἔφην, πάντα νοῦν ὑπερβαίνει.

Ταύτην τὴν ἕνωσιν καὶ τὴν διάκρισιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς παραδέδωκεν, εἰπὼν, Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ἀπὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, εἰς τὸ ὄνομα ἑνικῶς, τὴν μίαν οὐσίαν ἐδήλωσεν. τρεῖς γὰρ δύο καὶ τρία ὄντα, οὐδέποτε ἑνικῶς προφέρεται. ἀπὸ δὲ τοῦ προσθεῖναι, Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τὸ τρισυπόστατον τῆς μιᾶς οὐσίας ἐδίδαξεν. ἀλλαχοῦ δὲ εἰπὼν, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν, τὸ μὲν ἓν, τῇ οὐσίᾳ ἀπέδωκε· τὸ δὲ, ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ, τοῖς προσώ-

ποις. καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ταύτῃ τῇ θεολογίᾳ στοιχῶν, Τρεῖς φησὶ τὸ Ἅγιος, διὰ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις· ἅπαξ δὲ τὸ, Κύριος, διὰ τὴν μίαν θεότητα. ἀρκεῖ ταῦτα τοῖς πιστοῖς· ἕως τούτων ἡ γνῶσις ἐν ἀνθρώποις φθάνει· μέχρι τούτων τὰ Χερουβὶμ συγκαλύπτεται πτέρυξι.

Τούτῳ οὖν ἀκολουθοῦντες τῷ κανόνι περὶ τοῦ Θεοῦ, τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ ὥσπερ ἐπὶ μεσότητος ἑστηκότες, τὰ ἑκατέρωθεν ἄτοπα ἐκφεύγομεν· διὰ μὲν τοῦ μίαν οὐσίαν ὁμολογεῖν, τὸ τοῦ Ἀρείου δόγμα ἀπορρίπτοντες, τρεῖς οὐσίας διαφόρους λέγοντος τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τοῖς ὀνόμασι συνδιαιροῦντος καὶ τὰ ὑποκείμενα· διὰ δὲ τοῦ τρία πρόσωπα ὁμολογεῖν, τὸ δόγμα τοῦ Σαβελλίου ἀποπέμποντες, ὃς ἓν πρόσωπον ἔλεγε τὸν Θεόν· καὶ ποτὲ μὲν ὡς Πατέρα φαίνεσθαι, ποτὲ δὲ ὡς Υἱὸν, ποτὲ δὲ ὡς Πνεῦμα ἅγιον.

Ἔστι τοίνυν ὁ Θεὸς μία οὐσία, πρόσωπα δὲ τρία· τὸ μὲν, Πατήρ· τὸ δὲ, Υἱός· τὸ δὲ, Πνεῦμα ἅγιον.
14 καὶ τὸν μὲν Πατέρα, [14] αἴτιον ὁμολογοῦμεν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος· τὸν δὲ Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, αἰτιατά. ἐξ ἐκείνου γὰρ, ὁ μὲν Υἱὸς, γεννητῶς· τὸ δὲ Πνεῦμα, ἐκπορευτῶς. ὅθεν τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος εἰς ἓν αἴτιον τὸν Πατέρα ἀναφερομένων, Θεὸν ἕνα τὰ τρία φρονοῦμεν σὺν ἀλλήλοις νοούμενα, καὶ Θεὸν ἕκαστον καθ' ἑαυτὸ θεωρούμενον. καὶ γὰρ καὶ ὁ Πατὴρ Θεός ἐστι τέλειος καὶ ἀνελλιπὴς, καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσαύτως· καὶ οὐ μᾶλλον ἐστι Θεὸς ἢ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ Πνεύματος, ἢ ὁ Υἱὸς μᾶλλον Θεὸς τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Πνεύματος· ἢ τὸ Πνεῦμα, μᾶλλον Θεὸς τοῦ Πατρὸς ἢ τοῦ Υἱοῦ· ἀλλ' ὅταν μίαν τῶν ὑποστάσεων ἐννοῶμεν, τέλειον αὐτὸν Θεὸν καὶ τελείαν οὐσίαν γινώσκομεν· καὶ ὅταν πάλιν τὰ τρία κατὰ διάνοιαν συνάψωμεν καὶ συναριθμήσωμεν, ἕνα τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ τέλειον τὴν οὐσίαν φανταζόμεθα, καὶ ὁ αὐτὸς καὶ εἷς Θεὸς δηλοῦται, ὅταν λέγωμεν Πατὴρ, Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ὅταν τὸν Πατέρα λέγωμεν μόνον, ἢ τὸν Υἱὸν, ἢ τὸ πανάγιον Πνεῦμα.

Οὐ τοῦτο λέγω, ὅτι ὁ Πατήρ ἐστι καὶ Υἱὸς, καὶ ἅγιον Πνεῦμα· τοῦτο γὰρ Ἰουδαϊκόν ἐστι καὶ δόξα τοῦ Σαβέλλου· ἀλλ' ὅτι ἓν ὁποιονοῦν τῶν θείων προσώπων, τελείως καὶ ἀνελλιπῶς ἐστι Θεὸς, μηδενὸς λειπόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν, τῆς μιᾶς καὶ ὅλης καὶ τελείας θεότητος. ἐπεὶ οὐκ ἔστι τῆς ὅλης θεότητος μέρος μὲν ὁ Πατὴρ, μέρος δὲ ὁ Υἱὸς, μέρος δὲ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. οὐδὲ γὰρ μέρος ἢ μέλος ὁ Θεὸς ἔχει· τὸ γὰρ μέρος ἐλλιπές. πρὸς δὲ, καὶ σύνθεσιν καὶ περιγραφὴν εἰσάγει· καὶ ὅτι ἓν ὁποιονοῦν τῶν τριῶν, ὅλον ἐστι. καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ Θεὸς ὅλος, καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς ὅλος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Θεὸς ὅλος. καὶ διὰ τοῦτο οὐ λέγομεν, ὅτι ἡ ὅλη καὶ μία θεότης διαιρεῖται εἰς τὰ τρία πρόσωπα ταῦτα, ὥσπερ τὸ γένος εἰς εἴδη, εἰ τὸ εἶδος εἰς ἄτομα, εἰ τὸ ὅλον εἰς μέρη. οὐδὲ λέγομεν ὅτι μείζων ἢ πλείων ἐστι Θεὸς ὁ Πατὴρ ὁμοῦ, καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ

Σαβελλίῳ.



Magnus quoque Athanaſius hanc Theologiam ſecutus, *Ter*, inquit, *clamant* Sanctus, *quod tres Hypoſtaſes; ſemel verò* Dominus, *quod una Divinitas*. Hæc Fidelibus abundè ſufficiant. Hactenus qua homines nituntur, cognitio pervenit. Huc uſque Cherubim pennis obteguntur.

Athan. de Humana Chriſti natura t. i.
Greg. Orat. 42. p. 679.

Hanc igitur ſecuti regulam, quà de Deo (qui ſancta Trinitas eſt) loquimur, velutq; in medio conſtituti, quæ ſunt utrinque abſurda evadimus. Quà nempe unam eſſentiam ſeu ſubſtantiam confitemur, Arii eliminantes doctrinam, tres eſſentias, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum aſſerentis, ac unà cum nominibus etiam ſubjecta dividentis: Quà verò tres perſonas confitemur, Sabellii itidem dogma reſpuentes, qui unam Deum perſonam dicebat; ac modò quidem ut Patrem, modò verò ut Filium, ac modò ut Spiritum ſanctum ſeſe exhibere.

Fides, Arii Sabelliique media.

Eſt igitur Deus una eſſentia, ac tres perſonæ; ex his, una Pater, una Filius, una Spiritus ſanctus. Ac Patrem quidem, Filii ac Spiritus Auctorem confitemur; Filium verò & Spiritum, qui ab Auctore ſint. Ex illo enim eſt, Filius quidem gignendi ratione; Spiritus verò, proceſſione. Quocirca, cùm Filius & Spiritus ad unum Auctorem (Patrem) referantur, Deum unum tres perſonas inter ſe conjunctas ſentimus, Deumque ſingulas, ſi per ſe conſiderentur. Nam & Pater Deus perfectus eſt nullo defectu laborans, Filiuſque ſimiliter, ac perinde Spiritus ſanctus. Nec magis Deus eſt, vel Pater quàm Filius vel quàm Spiritus, vel Filius magis Deus, quàm Pater aut Spiritus; aut denique Spiritus magis Deus, quàm Pater aut Filius. Sed cùm unam Perſonarum intellexerimus, perfectum eam Deum ac eſſentiam perfectam cognoſcimus: ac cùm rurſus tres perſonas animi cogitatione copulaverimus ac connumeraverimus, unum eundemque ac perfectum eſſentialiter Deum cogitamus; idemque ipſe ac unus Deus ſignificatur, cùm dixerimus Pater, Filius & Spiritus ſanctus, & cùm ſolùm Patrem dixerimus, aut Filium, aut ſanctiſſimum Spiritum.

Pater, unus Auctor Filii & Spiritus.
Greg. Orat. 39.

Non hoc dico, quod Pater & Filius ſit & Spiritus ſanctus (hoc enim Iudaïcum eſt, Sabelliique opinio) ſed quod una quævis divinarum perſonarum, perfectè nulloque defectu Deus eſt; ita ut nihil deſit, quod ad eſſentiam attinet, de una totaque ac perfecta deitate. Non enim totius deitatis pars quidē Pater, pars verò Filius, ac pars Spiritus ſanctus. Nam Deus partem aut membrum non habet. Pars enim quid imperfectum eſt. Accedit etiam, quod ejus ratio compoſitionem ac circunſcriptionem inducit; ac quod unaquæque trium perſonarum totum exiſtit. Nam & Pater, Deus totus eſt; & Filius, Deus totus; & Spiritus ſanctus, totus Deus. Idque cauſæ eſt, cur non dicamus, totam unam Deitatem in tres iſtas perſonas dividi velut genus in ſpecies, vel ſpeciem in individua, vel tanquam totum in partes. Neque dicimus Patrem ſimul & Filium & Spiritum ſan-

ctum majorem eſſe aut pleniorem Deum, quàm Filius aut Spiritus; vel Patrem ſimul & Filium, quàm Spiritus, vel Patrem ſolum, Filio aut Spiritu ſolo, majorem eſſe vel pleniorem, autve minorem, quantumvis perſonarum ratione numerus ineatur; ſed confitemur totam eandem unamque perfectam perfectè in perfecto Patre, totamque perfectam perfectè in perfecto Filio eandem, ac totam perfectam perfectè eandem in perfecto Spiritu ſancto. Ac rurſus, Totum Spiritum ſanctum in tota eadem, totumque Filium in tota eadem, ac totum Patrē in eadem tota. Rurſuſque, Totam totum Patrem, totamque totum Filium, & totam totum Spiritum ſanctum. Ac rurſum, Totus in toto Filio & Spiritu ſancto perfectè eſt Pater, totuſque in toto Patre & Spiritu perfectè Filius, ac totus in Patre & Filio perfectè Spiritus ſanctus. Vna enim eſſentia eſt Patris & Filii & Spiritus ſancti, cùm neutrum ſine altero ſit, aut intelligatur.

Greg. in S. Lumina.

Propterea ait Gregorius Theologus Orat. in Lumina, *Vnum aliquod trium animo informans, totum hoc eſſe exiſtimo, plenoque mentis oculo, ejus magna pars diffugit. Non poſſum ejus comprehendere magnitudinem, ut ei quod defficitur, quod amplius eſt tribuam. Cùm tria mentis conſideratione contraxero, unam facem conſpicio, lumen unum dividere ſeu commetiri non valens.* Etſi ergo Patrem Deum perfectum & increatum rerumque opificem dicimus, pariterque etiam Filium & Spiritum ſanctum; non tamen tres Deos; aut tres increatos, vel tres rerum opifices dicimus, ob unius eſſentiæ unitatem, & quod Filius & Spiritus ad unum Auctorem referantur, nempe Patrem. Quod igitur dicebamus, Deum unamquamque perſonam ſecundùm ſe conſideramus, ob conſubſtantialitatem; Deumque unum tres ſimul alias in aliis intellectas confitemur, ea ſcilicet ratione ut principatus unus conſervetur; manente rurſus ac incolumi ſua cuique proprietate. Neceſſe enim eſt, ut & perſonales proprietates inconfuſas ac immobiles confiteamur, Deumque unum in tribus perſonis adoremus; Patrem quidem, ut Patrem; Filiumque ut Filium, ac Spiritum ſanctum ut Spiritum ſanctum, quemadmodum in eadem Oratione de his loquitur. *Nam alioqui quomodo proprietas fuerit, ſi moveatur exque alia in aliam mutetur?* (Orat 39. p. 631.) Magnus quoque Baſilius in libro de Fide, *Filium*, inquit, *ac Patrem dixi. Has mihi ſerva proprietates. Hoc itaque manens, quod eſt, Filius, cuncta eſt quæcunque Pater, juxta Domini vocem, cùm ait, Omnia quæcunque habet Pater, mea ſunt.* (De Fide t. 1. p. 500. Ioan. 16. 15.) Chryſoſtomus quoque in quodam ſuorum Sermonum. *Proprietatem cùm dico, Patrem, Patrem intellige; & Filium, Filium; & Spiritum ſanctum, Spiritum ſanctum.* (His affinia Serm. 5. de Incomp.) Hæ enim proprietates inter ſe minimè commutantur. Etenim Pater, propriè veréque Pater eſt; & Filius, propriè veréque Filius; & Spiritus ſanctus, propriè vereque Spiritus ſanctus Apud homines quidem, nihil vetat, eſſe eun-

A Πνεῦμα, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἢ ὁ Πατὴρ ὁμοῦ καὶ ὁ Υἱὸς, τοῦ Πνεύματος· ἢ ὁ Πατὴρ μόνος, τοῦ Υἱοῦ ἢ τοῦ Πνεύματος μόνου ἔτι μείζων ἢ πλείων ἢ ἐλάττων, καίτοι καὶ τὰ πρόσωπα ἀριθμοῦ εἰσαγομένου· ἀλλ' ὁμολογοῦμεν ὅτι ὅλη ἡ αὐτὴ καὶ μία τελεία τελείως ἐν τελείῳ Πατρὶ, καὶ ὅλη τελεία τελείως ἐν τελείῳ τῷ Υἱῷ ἡ αὐτή· καὶ ὅλη τελεία τελείως ἡ αὐτὴ ἐν τελείῳ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. καὶ πάλιν, ὅλον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ, καὶ ὅλος ὁ Υἱὸς ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ, καὶ ὅλος ἐν ὅλῃ τῇ αὐτῇ ὁ Πατήρ. καὶ πάλιν, ὅλη ὅλος ὁ Πατὴρ, καὶ ὅλη ὅλος ὁ Υἱὸς, καὶ ὅλη ὅλον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ πάλιν, ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τελείως ἐστὶν ὁ Πατὴρ, καὶ ὅλος ἐν ὅλῳ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι τελείως ἐστὶν ὁ Υἱὸς, καὶ ὅλον ἐν ὅλῳ B τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τελείως ἐστὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. μία γὰρ οὐσία Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ὄντος τοῦ ἑτέρου χωρὶς ἑτέρου, ἢ νοουμένου.

Διὰ ταῦτα φησὶν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὰ Φῶτα λόγῳ, [15] Ὅταν ἕν τι τῶν τριῶν φαντασθῶ, τοῦτο νομίζω τὸ πᾶν, καὶ τὴν ὄψιν πεπλήρωμαι, καὶ τὸ πλεῖον διέφυγεν. οὐκ ἔχω τὸ μέγεθος τούτου καταλαβεῖν, ἵνα δῶ τὸ πλεῖον τῷ λειπομένῳ. ὅταν τὰ τρία συνέλω τῇ θεωρίᾳ, μίαν ὁρῶ λαμπάδα, οὐκ ἔχων διελεῖν ἢ μετρῆσαι τὸ φῶς ἑνιζόμενον. ὅθεν εἰ καὶ Θεὸν τέλειον καὶ ἄκτιστον καὶ δημιουργὸν λέγομεν τὸν Πατέρα, ὡσαύτως καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἀλλ' ὅμως οὐ λέγομεν τρεῖς Θεοὺς, οὐδὲ τρεῖς ἀκτίστους, οὐδὲ τρεῖς δημιουργοὺς, διὰ τὴν ἑνότητα τῆς μιᾶς οὐσίας, καὶ τὸ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα εἰς ἓν αἴτιον C ἀναφέρεσθαι, τὸν Πατέρα. ὅπερ οὖν ἐλέγομεν, Θεὸν ἕκαστον, καθ' ἑαυτὸν θεωρούμενον διὰ τὴν ὁμοουσιότητα, καὶ Θεὸν ἕνα τὰ τρία ὁμολογοῦμεν σὺν ἀλλήλοις νοούμενα, διὰ τὴν μοναρχίαν, φυλαττομένης ἑκάστῳ πάλιν τῆς ἰδιότητος. δεῖ γὰρ καὶ τὰς ὑποστατικὰς ἰδιότητας ἀσυγχύτους καὶ ἀμεταβλήτους ὁμολογεῖν, καὶ προσκυνεῖν ἕνα Θεὸν ἐν τρισὶ προσώποις, τὸν μὲν Πατέρα ὡς Πατέρα, τὸν δὲ Υἱὸν ὡς Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς Πνεῦμα ἅγιον, καθὼς ὁ αὐτὸς Θεολόγος ἐν τῷ αὐτῷ φησι περὶ τούτων. Πῶς γὰρ ἂν ἰδιότης εἴη κινουμένη καὶ μεταπίπτουσα, πάλιν κατὰ τὸν αὐτὸν εἰπεῖν. καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ περὶ πίστεως, Υἱὸν εἶπον φησὶ καὶ Πατέρα· φύλαξόν μοι ταύτας ἰδιότητας. D μένων οὖν ἐν τῷ εἶναι Υἱὸς ὁ Υἱὸς, πάντα ἐστὶν ὅσα ἐστὶν ὁ Πατὴρ, κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν τοῦ Κυρίου εἰπόντος, Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι. καὶ ὁ Χρυσόστομος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων. Ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἴπω, τὸν Πατέρα Πατέρα νόησον, καὶ τὸν Υἱὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον. αὗται γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐκ ἀντιστρέφονται. καὶ γὰρ ὁ Πατὴρ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐστι Πατήρ· καὶ ὁ Υἱὸς κυρίως καὶ ἀληθῶς Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κυρίως καὶ ἀληθῶς ἐστι Πνεῦμα ἅγιον. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἀνθρώποις, οὐδὲν κωλύει τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱόν·

ἄλλου μὲν πατέρα δηλονότι, ἄλλου δὲ υἱὸν, ἐπειδὴ πλῆθος ἐστὶ προσώπων· καὶ διὰ τοῦτο, οὐδὲ κυρίως ἐπ' ἀνθρώπων λέγοιτ' ἂν πατὴρ καὶ ἀληθὴς πατρότης, διὰ τὰς τῆς ὕλης διαφορὰς καὶ ἐλλείψεις καὶ ποικιλίας. ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ, ὃν μονάδα καὶ τριάδα παρὰ τῆς πίστεως ἐδιδάχθημεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν ἄλλο πρόσωπον παραδέδοται εἶναι ἐκεῖ παρὰ τὰ τρία ταῦτα, ἀθέμιτον μὴ τὸν μὲν ἀληθῶς καὶ κυρίως ὁμολογεῖν ἀεὶ Πατέρα· τὸν δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς ἀεὶ Υἱόν· τὸ δὲ κυρίως ἀεὶ καὶ ἀληθῶς Πνεῦμα ἅγιον.

Οὐ τοίνυν δεῖ τῆς ἑνότητος τῶν τριῶν ἐκείνων τριῶν προσώπων οὕτως ἐχούσης διὰ τὴν μίαν αἰτίαν, καθάπερ εἴπομεν παρὰ τῆς καθολικῆς πίστεως διδαχθέντες, διάστασίν τινα μέχρι καὶ τοῦ τυχόντος ἀνυποστάτου νοήματος ἐπ' αὐτῶν ἐννοεῖν. καὶ γάρ φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος πρὸς τὸν αἱρετικὸν ἀποτεινόμενος. Φοβῇ σὺ τὴν γέννησιν, ἵνα μή τι πάθῃ Θεὸς, ὁ μὴ πάσχων· ἐγὼ φοβοῦμαι τὴν κτίσιν, ἵνα μὴ Θεὸν ἀπολέσω διὰ τῆς ὕβρεως καὶ τῆς ἀδίκου ταύτης κατατομῆς· ἢ τὸν Υἱὸν τέμνων ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ τὴν οὐσίαν τοῦ Πνεύματος. καὶ ὁ μέγας Βασίλειος, ἐν τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Γρηγόριον ἐπιστολῇ. Οὔτε γὰρ τοῦ Πατρὸς ὁ ἀεὶ ὢν ἐν τῷ Πατρὶ ἀποτμηθῆναι δυνήσεται, οὔτε τοῦ Πνεύματος ποτὲ διαζευχθήσεται τοῦ ἰδίου ὁ πάντα ἐν αὐτῷ ἐνεργῶν. ἀλλ' οὕτω τὴν τῶν προσώπων ἑνότητα δεῖ φυλάττειν ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσιν, καὶ οὕτω προσήκει νοεῖν καὶ πιστεύειν αὐτὴν ἐν αὐταῖς κατὰ τὸ ἐγχωροῦν τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ, ὡς τὴν μίαν οὐσίαν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν ἡνωμένην καὶ ἄτμητον. ἡ γὰρ οὐσία τοῦ Θεοῦ, τὰ τρία πρόσωπα ταῦτά ἐστι. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἕνωσιν ἐν αὐτοῖς δεῖ λέγειν. αὐτὰ γὰρ ἐστὶν ἡ ἕνωσις, τουτέστιν, ἡ τῆς οὐσίας μονὰς καὶ ταυτότης· εἴτ' οὖν αὐτὴ οὐσία. οὐδὲ γὰρ αἱ ἅγιαι αὗται τρεῖς ὑποστάσεις παρὰ τὴν οὐσίαν εἰσίν. ἀλλ' αὗται ἡ μία ἐστὶν οὐσία τοῦ Θεοῦ, ὡς εἴπομεν. διαφορὰν δὲ μόνην ἔχουσιν ἐν τούτῳ πρὸς ἄλληλα τὰ θεῖα πρόσωπα, ὅτι τὸ μὲν ἐστὶν αἴτιον· τὸ δὲ, ἐκ τῆς αἰτίας· τουτέστιν, ὁ μὲν Πατὴρ ἄναρχος καὶ ἀναίτιος, ἀπ' οὐδενὸς ἔχων τὸ εἶναι Πατὴρ, ὅπερ ἂν αὐτοῦ προεπινοηθείη· αἴτιος δὲ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. τούτων δὲ τῶν ἐκ τῆς αἰτίας, ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς γεννητός· τὸ δὲ Πνεῦμα, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρὸς ἐκπορευτόν· ἀλλ' οὐ γεννητόν. ἄλλος γὰρ ἑκατέρου τρόπος ὑπάρξεως, αὐτὸς ἀνέκφραστός τε καὶ ἄρρητος. ὅθεν ὁ μὲν Υἱὸς ὡς γεννώμενος, Πατέρα ἔχει τὸν αἴτιον ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὡς Υἱὸς ἀναφέρεται· ἐκεῖνος δὲ, τούτου λέγεται Πατήρ. τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, οὐ καθὸ Πατρὸς ἐξ αὐτοῦ ἐκπορεύεται· ἦν γὰρ ἂν οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα Υἱός· ἀλλ' ἐκ τοῦ Πατρὸς, αὐτοῦ Πατρὸς καὶ Προβολέως ὄντος. διὸ καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀναφέρεται τὸ Πνεῦμα καθὸ πρόβλημα, οὐ καθὸ Υἱός. ἐκεῖνός τε πρὸς τὸ Πνεῦμα, προβολεὺς τοῦ Πνεύματος λέγεται, οὐ Πατήρ· τὸ γὰρ Πνεῦμα, κατὰ τὸν Νύσ-



A dem & patrem & filium, nempe alterius patrem alterius filium, quod perſona mulmultitudo eſt; quo etiam fit, ut in hominibus non propriè pater dici queat veraque paternitas, ob materiæ diverſas qualitates, defectuſque ac varietates. In Deo autem, quem Vnitatem ac Trinitatem ex fide edocti ſumus, ac in quo nullam aliam perſonam, præter illas traditione ulla accepimus, nefas eſt aliam non verè ac propriè ſemper Patrem confiteri, alium non propriè ac verè ſemper Filium, alium non propriè ſemper verèque Spiritum ſanctum.

Solus Deus vere Pater.

B Cavendum igitur, cùm trium illarum Perſonarum unitas ſic ſe habeat, eo quod unus Auctor exiſtat, quemadmodum diximus Catholicæ fidei freti doctrina, ne vel nudo cogitatu mentiſque figmento, ullam in eis diviſionem ac ſeparationem intelligamus. Ait enim Gregorius Theologus, argumenti vim in Hæreticum intendens. *Times tu generationem, ne quid patiatur, qui ab omni paſſione immunis exiſtit? Ego creaturam timeo, ne irrogata injuria, injuſtaque hac conſciſione Deum amittam; qui vel Filium à Patre, vel à Filio Spiritus ſcindam ſubſtantiam.* Magnus quoque Baſilius Epiſtola ad Gregorium fratrem. *Neque enim qui ſemper, in Patre eſt avelli à Patre poterit, nec unquam ab Spiritu ſui ſubſtantia abjungetur, qui in eo cuncta operatur.* Verùm ſic Perſonarum unitatem tribus hypoſtaſibus ſervare convenit, ſicque in illis, pro ingenii noſtri facultate intelli-C genda ac credenda ſit, ut unicam eſſentiam ſentiamus ſecum ipſam unitam ac indiviſam. Dei enim eſſentia, tres hæ perſonę eſt. Quinnimmo, ne unio quidem in eis dicenda eſt: ſunt enim ipſæ unio; hoc eſt, eſſentiæ unitas & identitas; ipſa nimirum eſſentia. Neque enim ſanctæ hæ tres hypoſtaſes ac perſonæ præter eſſentiam ſunt, ſed una Dei eſſentia, ut dicebamus. Hoc verò ſolum inter ſe diſtinguntur divinæ Perſonæ, quod alia quidem Auctor eſt, aliæ verò ex Auctore. Hoc eſt, Pater quidem, principii expers eſt ac cauſæ; à nullo habens quod eſt Pater, quod illo prius intelligatur: Auctor vero eſt Filii & Spiritus ſancti. Eorum vero qui ex Auctore ſunt, alter Filius eſt, ex Patre genitus; alter Spiritus ſanctus, ex Patre procedens, ſed D non genitus. Eſt enim hic alius exiſtentiæ modus, nullis verbis explicabilis atque arcanus. Idcirco, Filius quidem, velut genitus ſeu natus, Patrem habet ſui Auctorem, & ad eum tanquam Filius refertur: Pater vero, ejus Pater dicitur. Verùm Spiritus ſanctus qui à Patre procedat, non ab illo procedit quatenus Pater eſt (ſic enim etiam Spiritus, eſſet Filius) ſed ex Patre, qui & ipſe Productor ſit. Quamobrem etiam ad illum refertur Spiritus, ut procedens, non quatenus Filius; illeque ut ad Spiritum comparatur, Spiritus Productor, non Pater, nuncupatur. *Spiritus* enim, ut eſt auctor Gregorius Nyſſe-

Perſonarum in eſſentia unitas.

Orat. 13. p. 210.

Epiſt. 43.

Nyſſen.

nus, *Patrem non habet.* Proſuſque nefas in Trinitate duos Filios dicere, aut duos Patres, vel duos Spiritus; ut quod fidei traditioni adverſetur. Sic enim non propriè erit Pater aut Filius vel Spiritus, quemadmodum dicebamus; ſed mutatio in Trinitate, triumque perſonarum confuſio, ad proprietates quod attinet, conſpicietur, quod abſurdum eſt. Verùm unam hanc diſtinctionem in illis tribus ex traditione ſervandam accepimus; ut ſcilicet alterum quidem Patrem dicamus, alterum Filium, alterum Spiritum ſanctum. Vt enim ait Gregorius Theologus Orationibus ſuis de Filio. *Proprium autem ejus, qui principii expers eſt, nomen, eſt Pater: ejus autem, qui citra principium genitus eſt, Filius: illius denique, qui citra generationem proceſſit ſeu etiam progreditur, Spiritus ſanctus.* Damaſcenus quoque in Theologicis ſuis capitibus. *Propter Patrem habent Filius & Spiritus, omnia quæcunque habent: hoc eſt, idcirco quod Pater illa habet; exceptis innaſcibilitate & generatione ac proceſſione. In his enim duntaxat perſonalibus proprietatibus inter ſe tres perſonæ diſtinguntur.* In his itaque omnis earum poſita diſtinctio eſt, quod Pater quidem Pater eſt, ac neque Filius neque Spiritus; Filius verò, Filius eſt, ac neque Pater neque Spiritus: Spiritus autem Spiritus eſt, ac neque Pater neque Filius. Non enim hæc nomina naturarum diſtinctionem important, ut ait Gregorius Theologus Orat. ſuis de Filio, dum dicit, *Neque enim eſſentiæ nomen eſt, Pater, neque actionis; ſed relationis, modumque explicans, quo ſe Pater ad Filium habet, & quo Filius ad Patrem.* Atque ut ait Magnus Baſilius Confutationum libro 1. *Tacendam jure dixerim vocem* Ingenitus, *cùm vox Pater idem ac illa polleat; præterquam quod ob relationem, Filii rationem unà ſecum conjunctè inducit.* Vt autem pro virili, clariorem horum intelligentiam nanciſcamur, principiis Fidei adhærentes, in hunc modum dicamus.

Orat. 36. quæ eſt 2. de Filio p. 590.

Lib. 1. de Fide c. 8.

Orat. 35. quæ eſt 1. de Filio p. 571.

Lib. 1. contra Eunom.

Quandoquidem ex Fide habemus Deum ex Deo gigni, duæ perſonæ intelliguntur; altera quæ gignat; altera, quæ gignatur; habentque oppoſitionem quam vocant *Ad aliquid.* Cùm enim quatuor ſint oppoſitionum genera; quòd nimirum oppoſita quadrifariàm dividantur, vel penes contraria; cujuſmodi ſunt *album & nigrum*: vel ſecundùm privationem & habitum; ut ſunt verbi gratia, *videt, cæcus eſt*: alterum enim habitus eſt, nempe videre; alterum verò privationis. Vel ſecundùm negationem & affirmationem; uti ſunt, *Eſt homo, non eſt homo*: vel ſecundùm Ad aliquid; uti ſunt, *pater, filius: magnum, parvum.* Cùm igitur quatuor ſint genera oppoſitionum, quæ in ſubſtantiis intelliguntur, Ad aliquid, ſecundùm rationem cauſæ ſeu auctoris, & ejus quod à cauſa ac auctore eſt, in ſancta Trinitate locum habent; quod nimirum juxta relationem Ad aliquid, inveniatur aliquid producens ſibi ſimile, ut qui ex ſe gignit filium ſibi ſimilem in eadem ſpecie. Quæ verò aliter opponuntur, cùm alia quidem res diverſas invehant; alia imperfectas; alia, quæ nec exiſtant in-

Sola in divinis oppoſitio relativa.

A σης Γρηγόριον, οὐκ ἔχει Πατέρα. καὶ παντάπασιν ἀπείρηται δύο Υἱοὺς λέγειν ἐν τῇ Τριάδι ἢ δύο Πατέρας ἢ δύο Πνεύματα, ὡς τῇ παραδόσει τῆς πίστεως ἐναντίον. οὔτε γὰρ οὐ κυρίως ἔσται Πατὴρ ἢ Υἱὸς ἢ Πνεῦμα, καθάπερ ἐλέγομεν· ἀλλὰ μεταβολὴ περὶ τὴν Τριάδα, καὶ σύγχυσις τῶν τριῶν προσώπων κατὰ τὰς ἰδιότητας θεωρηθήσεται, ὅπερ ἄτοπον. ἀλλὰ τὴν διαφορὰν ταύτην καὶ μόνην παρεδόθημεν φυλάττειν ἐπὶ τῶν τριῶν· ἐν τῷ τὸν μὲν Πατέρα λέγειν, τὸν δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα. κατὰ γάρ φησιν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἐν τοῖς περὶ Υἱοῦ. Ἴδιον δὲ, τοῦ μὲν ἀνάρχου, Πατήρ· τοῦ δὲ ἀνάρχως γεννηθέντος, Υἱός· τοῦ δὲ ἀγεννήτως προελθόντος ἢ καὶ προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τοῖς θεολογικοῖς αὐτοῦ κε-
B φαλαίοις, Διὰ τὸν Πατέρα ἔχει ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, πάντα ὅσα ἔχει· τουτέστι, διὰ τὸ τὸν Πατέρα ἔχειν αὐτά· πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπορεύσεως· ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις. ἐν τούτοις ἄρα διαφέρουσι μόνοις, ὅτι ὁ μὲν Πατὴρ ἐστὶ Πατὴρ, καὶ οὔτε Υἱὸς οὔτε Πνεῦμα· ὁ δὲ Υἱὸς, Υἱὸς, καὶ οὔτε Πατὴρ οὔτε Πνεῦμα· τὸ δὲ Πνεῦμα, Πνεῦμα, καὶ οὔτε Πατὴρ οὔτε Υἱός. οὐ γὰρ φύσεων διαφορὰν εἰσάγουσι τὰ ὀνόματα ταῦτα· ἀλλ᾽ ὡς ἐν τοῖς περὶ Υἱοῦ ὁ Θεολόγος ἔφησε Γρηγόριος, Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ πατὴρ, οὔτε ἐνεργείας, εἰπὼν, σχέσεως δὲ, καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἢ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα. καὶ ὡς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν Ἀν-
C τιρρητικῶν πρώτῳ, Σιωπᾶσθαι, λέγων, δικαίως ἂν φήσαιμι τὴν ἀγέννητος φωνὴν, τῆς τοῦ πατρὸς φωνῆς ἴσον δυναμένης τῷ ἀγεννήτῳ, πρὸς τῷ καὶ τὴν περὶ τοῦ υἱοῦ ἔννοιαν συνημμένως ἑαυτῇ διὰ τῆς σχέσεως συνεισάγειν. ὅπως δὲ κατὰ τὸ δυνατὸν καί τι σαφέστερον περὶ τούτων ἐννοῶμεν, ταῖς ἀρχαῖς ἀκολουθοῦντες τῆς πίστεως, λέγωμεν ὧδε.

Ἐπειδὴ παρὰ τῆς πίστεως ἔχομεν ὅτι Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεννᾶται, δύο πρόσωπα νοοῦνται· τὸ μὲν, γεννῶν· τὸ δὲ, γεννώμενον, καὶ ἔχουσιν ἀντίθεσιν κατὰ τὸ, πρός τι. τεσσάρων γὰρ οὐσῶν ἀντιθέσεων,
D ἐπεὶ τὰ ἀντικείμενα τετραχῶς διορίζονται, ἢ κατὰ τὰ ἐναντία, οἷον λευκὸν καὶ μέλαν· ἢ κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν, οἷον, βλέπει, τυφλός ἐστι· τὸ μὲν γὰρ ἕξεως ἐστὶ· τὸ βλέπειν· τὸ δὲ στερήσεως· ἢ κατὰ ἀπόφασιν καὶ κατάφασιν, οἷον, ἄνθρωπος ἐστί· ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν. ἢ κατὰ τὰ πρός τι, οἷον, πατὴρ, υἱός· μέγα, μικρόν. τεσσάρων οὖν τῶν ἀντιθέσεων οὐσῶν, τὰ ἐν ταῖς οὐσίαις θεωρούμενα πρός τι κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν χώραν ἔχουσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι· ἐπεὶ κατὰ ταύτην τὴν σχέσιν τῶν πρός τι, εὑρίσκεταί τι προάγον ὅμοιον ἑαυτῷ ὡς ὁ γεννῶν ἐξ ἑαυτοῦ υἱὸν ὅμοιον ἑαυτῷ ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει. τὰ δὲ ἄλλως ἀντικείμενα, τὰ μὲν διάφορα πράγματα εἰσάγοντα, τὰ δὲ ἀτελῆ, τὰ δὲ μὴ ὄντα, ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ κυρίως ὄντος καὶ ἀεὶ

A ὡσαύτως ἔχοντος καὶ τελειοτάτου χώραν οὐκ ἔχοντα, μακρὰν ἐκβάλλονται. πρός τι δὲ λέγονται, ὅσα λεγόμενα, πρὸς ἕτερα λέγονται, καὶ σχέσιν ἔχουσι πρὸς αὐτά· καθ᾽ ἑαυτὰ δὲ, μὴ δυνάμενα λέγεσθαι· οἷον, πατὴρ, υἱός· δοῦλος, δεσπότης. ταῦτα γὰρ οὐ λέγονται καθ᾽ ἑαυτὰ, ἀλλὰ πρὸς ἕτερα, σχέσιν καὶ συνάφειαν ἔχοντα πρὸς ἐκεῖνα· διὸ καὶ ἀναφορικὰ καλοῦνται. καὶ γὰρ τὸ πατὴρ ὄνομα, οὐ πρὸς ἑαυτὸ ἵσταται, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον ἀφορᾷ, τὸ τοῦ υἱοῦ ὄνομα, καὶ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα τὸν ὅμοιον τρόπον. ὅθεν οὔτε πατήρ ἐστι χωρὶς υἱοῦ, οὔτε υἱὸς χωρὶς πατρός· ἑκάτερος γὰρ τὸ ἕτερον συνημμένως διὰ τῆς σχέσεως συνεισάγει. καὶ τὰ ἄλλα δὲ κατὰ τοῦτον τὸν τύπον ὁμοίως ἔχουσιν. ἀπολελυμένα δὲ ὀνόματα λέγονται, τὰ ἐναντίως ἔχοντα τούτοις· B ὅσα καθ᾽ ἑαυτὰ λέγονται, καὶ οὐ πρὸς ἕτερα σχέσιν ἔχουσιν· ἀλλ᾽ εἰσὶν ἀπολελυμένα καὶ ἄσχετα· οἷον, καλὸν, δίκαιον, ἀγαθόν. ταῦτα γὰρ καθ᾽ ἑαυτὰ λέγεται, καὶ οὐ πρὸς ἕτερον ἀποδίδοται.

Ἐπεὶ τοίνυν ἐν τῇ θείᾳ Τριάδι εἴρηται γεννῶν καὶ γεννώμενον, δύο πρόσωπα νοοῦνται, καὶ ἔχουσιν ἀντίθεσιν πρὸς ἄλληλα κατὰ τὰ πρός τι. ἔστι γὰρ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ αἰτιατόν. ὁ δὲ λόγος καὶ τὸ ἰδίωμα τῆς ἀντιθέσεως ἐστὶ, τὸ μὴ εἶναι τῶν ἀντικειμένων τὸ ἕτερον οἷον τὸ ἕτερον. ὡς τὸ λευκὸν, ἀδύνατον εἶναι μέλαν, καὶ τὸ μέλαν λευκὸν, ἐφόσον ἀντίκειται. C εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἀδύνατον εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ αἴτιον ὁμοῦ καὶ αἰτιατόν· τουτέστι, τὸν αὐτὸν γεννῶντα καὶ γεννώμενον εἶναι, δύο μόνων προσώπων θεωρουμένων τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ. πολλῶν γὰρ προσώπων, ὥσπερ ἐν ἀνθρώποις, ὑποκειμένων, οὐδὲν κωλύει τὸν αὐτὸν εἶναι πατέρα καὶ υἱὸν, καθάπερ εἴπομεν. δύο δὲ προσώπων ὑποκειμένων, καὶ τοῦ μὲν κυρίως ὄντος πατρὸς, τοῦ δὲ κυρίως ὄντος υἱοῦ, ὡς ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος ἔχει, τὸν αὐτὸν εἶναι ὁμοῦ πατέρα καὶ υἱὸν, παντελῶς ἀδύνατον. καὶ ἐπ᾽ ἀνθρώπων δὲ παραδειγματικῶς εἰπεῖν, ὅταν δύο πρόσωπα θεωρῶμεν, τὸ μὲν γεννῆσαν, τὸ δὲ γεννηθὲν, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐν αὐτοῖς ἀναφορὰ καὶ σχέσις εὑρίσκεται ἀκοινώνητος. ἀδύνατον γὰρ τὸν γεννήσαντα ἕτερον, τὸν αὐτὸν καὶ γεννηθέντα εἶναι ἐκ τοῦ αὐτοῦ γεννηθέντος προσώπου. ἀντίθεσις γάρ ἐστιν ἐν αὐτοῖς κατὰ τὰ πρός τι, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἓν οἷον τὸ D ἕτερον. τὸν ὅμοιον οὖν τρόπον καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι, ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ δύο πρόσωπα νοοῦνται, καὶ εἰσὶν ἀναγκαίως διὰ τὸν λόγον τῆς προόδου· ἐπειδὴ ἡ γραφὴ διδάσκει τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι· καὶ οὐκ ἔστιν, οὔτε ὁ Πατὴρ Υἱὸς, οὔτε ὁ Υἱὸς Πατὴρ, κατὰ τὸν τῆς ἀντιθέσεως λόγον.

Πάλιν ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς πίστεως εἴρηται Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐκπορευόμενος, κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἀντιθέσεως λόγον ἀδύνατον εἶναι τὸν αὐτὸν προβολέα καὶ πρόβλημα. οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ αὐτὸ πρὸς τὸ αὐτὸ καὶ αἴτιον καὶ αἰτιατόν. ἡ γὰρ ἀντίθεσις τοῦτο

que Deo qui verè ac propriè eſt, eodemque modo ſe ſemper habet, ac perfectiſſimus eſt, nullum habeant locum, procul amandantur. Dicuntur verò Ad aliquid, quæcunque eo quod dicuntur ad alia dicuntur, & ad ea relationem habent; per ſe verò minimè dici poſſunt; cujuſmodi ſunt, pater, filius; ſervus, dominus. Hæc enim non per ſe dicuntur, ſed ad alia, quibuſcum relationem habent & neceſſitudinem: unde etiam relata vocantur. Etenim patris nomen, non in ſeipſo ſiſtit, ſed alio ſpectat, nempe ad filii nomen; pariter filius patrem reſpicit. Quamobrem neque pater eſt abſque filio, neque filius ſine patre. Vterque enim unà ſecum conjunctè per relationem alterum inducit. Aliaque ſecundùm hanc formam eodem ſe modo habent. Abſoluta verò nomina dicuntur, quæ ſe his contrario modo habent; quæcunque ſcilicet per ſe dicuntur, & non habent relationem ad alia; ſed ſunt abſoluta & ab habitudine libera; cujuſmodi ſunt, pulchrum, bonum, juſtum. Hæc enim per ſe dicuntur, nec ad alia referuntur.

Quandoquidem igitur in divina Trinitate dictus eſt Gignens, & qui Gignatur, duæ perſonæ intelliguntur, habentque inter ſe oppoſitionem quæ eſt Ad aliquid. Eſt enim alia quidem cauſa ſeu auctor, altera, quæ ex cauſa ſeu auctore eſt. Ratio verò & proprietas oppoſitionis eſt, ut alterum oppoſitorum non ſit ejuſmodi ac eſt alterum. Verbi gratia, Album impoſſibile eſt eſſe nigrum, & nigrum album, qua ratione opponuntur. Quod cùm ita ſe habeat, fieri non poteſt ut idem ſimul auctor ſit & quod eſt ab auctore; hoc eſt, eundem qui gignat & qui gignatur, cùm duæ tantum perſonæ Patris & Filii intelligantur. Nam ſi plures perſonæ ſubjectæ ſint, uti contingit in hominibus, nihil vetat eundem & patrem eſſe & filium, quemadmodum diximus. At, cùm duæ ſupponantur perſonæ, atque alia quidem propriè pater ſit, alia verò filius, ut ſe res in ſancta Trinitate habet, eandem & patrem & filium eſſe, omnino fieri non poteſt. Quin & inter homines, ut ſub exemplo loquar, ſi conſideremus duas perſonas, quarum altera genuerit, altera genita ſit, etiam in illis per eundum modum relatio ac habitudo invenietur incommunicabilis. Fieri enim non poteſt, ut qui alterum genuit, is ipſe genitus ſit ex eadem perſona, quæ ex ipſo genita fuit. Eſt enim inter illos oppoſitio Ad aliquid, nec alter eorum ejuſmodi ac alter exiſtit. Eodem itaque modo etiam in ſancta Trinitate, in Patre & Filio duæ Perſonæ intelliguntur, ſuntque neceſſariò ob proceſſionis rationem; quod Scriptura doceat Filium naſci; ac neque Pater Filius ſit, nec Filius Pater, ſecundùm oppoſitionis rationem.

Rurſus, quia in Fide dictum eſt, Deum ex Deo procedere, ſecundùm eundem oppoſitionis modum fieri nequit, ut idem ſit qui producit & qui producitur. Neque enim idem quoad eundem auctor eſt, & qui eſt ex

auctore. Hoc enim oppoſitio haudquaquam ſinit. Pater verò Deus quidem eſt ex quo Deus naſcitur & Deus procedit, verùm ex Deo non eſt. Nam ſi & ipſe Deus ex Deo eſt, vel ex Filio erit, vel ex Spiritu, vel ex ſeipſo, vel ex alio. Sanè vero ex Filio & Spiritu minimè eſt, quod ipſe eorum ſit auctor, nec fieri poſſit ut Pater ex ſuo Filio ſit, vel ex eo qui ex ipſo proceſſit. Ex ſe ipſo autem non eſt: nunquam enim fiat, ut quæ verè exiſtit, perſona, ipſa à ſe auctore ex auctore, exiſtens, conſiſtat. At neque ex alio eſt; eſſet enim Deus non Trinitas, ſed quaternitas, ſeu etiam ultra quaternitatem fuſus. Verùm nos Deum Trinitatem eſſe docti ſumus. Quamobrem eſt quidem Pater Deus; non tamen ex Deo eſt: Filius verò, Deus eſt ex Deo Patre genitus; itemque Spiritus Deus, ex Patre ut ex producente procedens.

Cauſa igitur atque ratio, cur Deus ſit tres Perſonæ, proceſſio eſt: quod nimirum alia auctor dicta eſt, aliæ, quæ ſunt ex auctore; idcirco quia Deus ex Deo naſcitur, proceditque Deus ex Deo. Sequiturque neceſſariò, eſſe propriè Patrem & Filium & Spiritum ſanctum; nec naturas inducere iſta nomina, ſed relationes ſignificare; modum ſcilicet quo ſe habeant inter ſe divinæ Perſonæ, ut aiebat Gregorius Theologus, nullamque iis comitem eſſe confuſionem. Siquidem enim propter unitatem eſſentiæ Filius in Patre eſt & Pater in Filio, ſuntque aliæ in aliis tres Perſonæ, quod & περιχώρησιν ſancti vocant, velut dicas *immeaationem*; nulla inde mutatio ac confuſio perſonalium proprietatum intelligitur; *nec ut coaleſcant unáque velut conflentur, ſed ut cohæreant aliaque in alia exiſtant,* juxta eundem Gregorium. Sed & Gregorius Nyſſenus, quibus ſcribit adverſus Eunomium, *Secundum aliam utique aliamque mentis conſiderationem, alter in altero eſſe dicitur: Filius quidem in Patre, velut quæ in imagine relucet pulchritudo, in forma principe ac exemplari; Paterque in Filio, velut exemplaris decor in ſua imagine.*

Orat.35.& 1.de Filio.

Nyſſ. adverſus Eunom.

Sola proceſſio Trinitatem multiplicat.

Proceſſio itaque in cauſa eſt. Etenim niſi Deus ex Deo naſceretur, Deuſque ex Deo procederet, non eſſet proceſſio. Si autem proceſſio non eſſet, nec eſſent tres Perſonæ. Niſi autem eſſent tres perſonæ, quo tandem modo Deus Trinitas prædicaretur? Nam & ſecundùm alia nomina, quæcunque ſunt abſoluta, nec habentia relationem, quibus Deus aut ſapiens, aut bonus, aut conditor nuncupatur, nullam ſecundùm ſe perſonarum diſtinctionem admittit, quod non ſint hæc nomina relata, nec in ipſo ad alia dicantur ſub quadam habitudine ac oppoſitione, aut proceſſionem ſignificent, uti ſe habent quæ ſunt Ad aliquid, cujuſmodi ſunt Pater, Filius; Gignens, Genitus; producens & Qui producatur; quæ & Proceſſionem ſignificant, neceſſarioque perſonas inducunt ac diſtinctionem.

Idcirco peræquè pariterque Pater ſapiens, bonus & conditor eſt, Filiuſque ſapiens, bonus & conditor, ut unus Deus, ipſe in tri-

A οὐδαμῶς συγχωρεῖ. ὁ δὲ Πατὴρ Θεὸς μέν ἐστιν ἐξ οὗ Θεὸς γεννᾶται καὶ Θεὸς ἐκπορεύεται· ἐκ Θεοῦ δὲ οὐκ ἔστιν. εἰ γάρ ἐστι καὶ αὐτὸς Θεὸς ἐκ Θεοῦ· ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἔσται, ἢ ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἢ ἐξ ἑαυτοῦ, ἢ ἐξ ἄλλου. ἐκ τοῦ Υἱοῦ μὲν οὖν ἢ ἐκ τοῦ Πνεύματος οὐκ ἔστι, διότι αὐτός ἐστιν αἴτιος αὐτῶν· καὶ ἀδύνατον εἶναι τὸν Πατέρα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἑαυτοῦ, ἢ ἐκ τοῦ προβλήματος ἑαυτοῦ. ἐξ ἑαυτοῦ δὲ οὐκ ἔστιν· ἀδύνατον γὰρ ὑφεστὼς πρόσωπον αἰτιατὸν, αὐτὸ ἑαυτοῦ αἴτιον εἶναι. ἀλλ' οὐδὲ ἐξ ἄλλου ἐστίν· ἦν γὰρ ἂν τετρὰς ὁ Θεὸς, ἢ καὶ ἐπέκεινα τῆς τετράδος· ἀλλ' ἡμεῖς τριάδα ἐδιδάχθημεν εἶναι τὸν Θεόν. ὥστε Θεὸς μέν ἐστιν ὁ Πατήρ· ἐκ Θεοῦ δὲ οὐκ ἔστιν· ὁ δὲ Υἱὸς Θεὸς ἐστὶν ἐκ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς γεννώμενος. καὶ τὸ Πνεῦμα Θεός ἐστιν ἐκ τοῦ Πατρὸς ὡς ἐκ προβολέως ἐκπορευόμενος.

B Η οὖν αἰτία τοῦ εἶναι τρία πρόσωπα τὸν Θεὸν, ἡ πρόοδος ἐστίν· ὅτι τὸ μὲν αἴτιον εἴρηται, τὸ δὲ ἐκ τῆς αἰτίας. δηλονότι ὅτι Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεννᾶται, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐκπορεύεται. καὶ ἕπεται ἀναγκαίως κυρίως εἶναι Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα· καὶ μὴ φύσεις εἰσάγειν τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἀλλὰ σχέσεις δηλοῦν· πῶς ἔχουσι τὰ θεῖα πρόσωπα πρὸς ἄλληλα, καθάπερ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος ἔλεγε, καὶ μηδεμίαν σύγχυσιν ἐν τούτοις ἀκολουθεῖν. εἰ γὰρ διὰ τὴν ἑνότητα τῆς οὐσίας ὁ Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, καὶ τὰ τρία πρόσωπα ἐν ἀλλήλοις εἰσίν·
16 ὃ καὶ περιχώρησιν οἱ ἅγιοι καλοῦσιν· οὐ μεταβο- 16
λὴ καὶ σύμφυρσις ἐντεῦθεν ὑπονοεῖται τῶν ὑποστατικῶν ἰδιωμάτων· οὐδ' ὥστε συναλείφεσθαι, ἀλλ' ὥστε ἔχεσθαι, κατὰ τὸν αὐτὸν Θεολόγον. φησὶ δὲ
C καὶ Γρηγόριος ὁ Νύσσης ἐν τοῖς κατ' Εὐνομίου, Κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην δηλαδὴ ἐπίνοιαν, ἑκάτερος ἐν τῷ ἑτέρῳ εἶναι λέγεται· ὁ μὲν Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ὡς τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος ἐν τῇ ἀρχετύπῳ μορφῇ· ὁ δὲ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, ὡς ἐν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ τὸ πρωτότυπον κάλλος.

Η πρόοδος οὖν ἐστιν αἰτία. καὶ γὰρ εἰ μὴ Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐγεννᾶτο, καὶ Θεὸς ἐκ Θεοῦ ἐξεπορεύετο, οὐκ ἂν ἦν πρόοδος· εἰ δὲ μὴ πρόοδος ἦν, οὐκ ἂν ἦσαν τρία. εἰ δὲ μὴ τρία πρόσωπα ἦν, πῶς ἂν τριὰς ὁ Θεὸς ἐκηρύττετο. ἐπεὶ καὶ κατὰ τὰ ἄλλα ὀνόματα ὅσα εἰσὶν ἀπολελυμένα μὴ ἔχοντα σχέσιν πρὸς ἕτερα, δι' ὧν ὁ Θεὸς ὀνομάζεται
D ἢ σοφὸς, ἢ ἀγαθὸς, ἢ δημιουργὸς, οὐ διακρίνεται καθ' ἑαυτὸν κατὰ τὰ πρόσωπα· ὅτι οὐκ εἰσὶ ταῦτα ἀναφορικὰ ὀνόματα πρὸς ἕτερα λεγόμενα ἐν ἑαυτῷ σχετικῶς καὶ ἀντιθετικῶς, καὶ πρόοδον δηλοῦντα, ὡς ἔχουσι τὰ πρός τι, οἷον Πατὴρ, Υἱὸς, γεννῶν, γεννώμενος· προβάλλων, προβαλλόμενος· ἃ καὶ πρόοδον δηλοῦσι, καὶ πρόσωπα εἰσάγουσι, καὶ διάκρισιν ἀναγκαίως.

Διὰ γοῦν τοῦτο ἐπίσης καὶ ὁμοίως ἐστὶν ὁ Πατὴρ σοφὸς, ἀγαθὸς, δημιουργὸς, καὶ ὁ Υἱὸς σοφὸς, ἀγαθὸς, δημιουργός. ὡς εἷς Θεὸς, τὰ τρία σοφὸς,

σοφὸς, ἀγαθὸς, δημιουργός. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ὀνομάτων συμβαίνει τῶν ὡσαύτως ἐχόντων. συνέρχονται γὰρ, καὶ ὡς ἐφ' ἑνὸς λέγονται, ὅσα μὴ ἔχουσιν ἀντίθεσιν πρὸς ἄλληλα, καὶ μήτε τῷ τῆς τριάδος λόγῳ μήτε τῷ τῆς μονάδος ἐναντιοῦνται. κατὰ ταῦτα μὲν οὖν οὐ διακρίνεται, καθ' ἑαυτὸν προσωπικῶς· πρὸς δὲ τὴν κτίσιν διακρίνεται. πρὸς ἡμᾶς γὰρ λέγεται καὶ ἀγαθὸς καὶ δημιουργὸς, καὶ πρόνοια, καὶ παντεπόπτης, καὶ παντοκράτωρ, καὶ τὰ ἄλλα. καὶ πατὴρ δὲ λέγεται τῆς κτίσεως, καὶ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ τοῦ ἐλέους. Εἷς γὰρ Θεὸς ὁ Πατὴρ ἐξ οὗ τὰ πάντα. ἀλλ' ὅταν τοῦτο λέγῃ ἡ γραφὴ, οὐ διάκρισιν ἐννοοῦμεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα πατέρα τῆς κτίσεως διδασκόμεθα, ὡς ἕνα πατέρα, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ τῆς κτίσεως πάσης αἴτιον. εἰ γὰρ Πατὴρ ἐνοεῖτο τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρὸς, καθ' ὃν τρόπον Πατήρ ἐστι τοῦ Υἱοῦ, ὅταν δηλονότι πατὴρ τῆς κτίσεως λέγηται, ἦν ἂν καὶ ὁ Υἱὸς ἓν τῶν πάντων. ἀλλὰ μὴν ὁμοούσιον καὶ συναΐδιον ἡ θεία γραφὴ τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ διδάσκει. ὥστε κατ' ἄλλον τρόπον λέγεται Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ Πατὴρ τῶν πάντων· τὸ μὲν ἀναφορικῶς δηλονότι καὶ καθ' ἑαυτόν· τὸ δὲ ἀπολελυμένως καὶ πρὸς τὴν κτίσιν, καθάπερ εἴπομεν· εἰ καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς πρόσωπον καὶ τότε νοεῖται, καὶ περὶ αὐτοῦ λέγει ὁ Ἀπόστολος, Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα. ἐπάγει γὰρ, Καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα· διὰ τούτων τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν αἰνιττόμενος τὸν Πατέρα· τὴν δημιουργικὴν, τὸν Υἱόν· τὴν τελειωτικὴν, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Τούτων δὲ διωρισμένων, κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν οὐκ ἔστι τριὰς ὁ Θεός· κατὰ δὲ τὰς θείας καὶ ἀπορρήτους προόδους, ἔστι καὶ ὁμολογεῖται τριάς. τὸ γὰρ εἶναι Θεὸν ἐκ Θεοῦ, τοῦτο ποιεῖ τὰ πρόσωπα. ὅθεν οὐδὲ τρία πρότερον νοοῦνται· εἶτα, τὸ μέν ἐστι γεννῶν τὸ δὲ γεννώμενον, τὸ δὲ προβαλλόμενον. οὕτω γὰρ εἰσαχθήσονται καὶ χωρὶς τῶν προόδων τρεῖς οὐσίαι, ὅπερ ἐστὶ τοῦ Ἀρειανικοῦ δόγματος, καὶ οὕτως οὔτε Θεὸν ἕνα ὁμολογήσομεν μίαν οὐσίαν, καὶ τὸ δόγμα τῆς μοναρχίας οἰχήσεται. τούτου γὰρ ὑποκειμένου δυνήσεταί τις λέγειν τρεῖς οὐσίας, καὶ τρεῖς Θεούς· ὅπερ τοῖς Ἕλλησιν ἀπορρίπτομεν.

Διὰ δὲ τὴν μονάδα καὶ τριάδα, διπλοῦς ἐστι λόγος τῆς θεολογίας· ὁ μὲν, διακεκριμένος· ὁ δὲ, ἀπολελυμένος ὀνομαζόμενος. ὅταν μὲν γὰρ ἕνα Θεὸν λέγωμεν ἀγαθὸν, σοφὸν, δίκαιον, καὶ τὰ τοιαῦτα περὶ τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ καὶ προνοίας καὶ τῶν ἄλλων διαλεγώμεθα, τότε οὐδεμία νοεῖται διάκρισις Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος· ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς Θεοῦ ταῦτα λέγομεν. καὶ τοῦτο καλεῖται ἡ ἡνωμένη θεολογία, ἐκ τῶν ἀπολελυμένων ὀνομάτων συνισταμένη. ὅταν δὲ τὸν ἕνα Θεὸν Πατέρα λέγωμεν καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα, καὶ περὶ τῶν προόδων τε καὶ ἰδιοτήτων ὑποστατικῶν διαλεγώμεθα, ἐκεῖνος ὁ τρόπος τῆς περὶ Θεοῦ διαλέξεως καλεῖται διακεκριμένη θεολογία, ἐκ τῶν διακεκριμένων ὀνομάτων συνισταμένη.

A bus ſapiens, bonus ac conditor exiſtens. Idemque in reliquis omnibus nominibus accidit, quæ eodem modo ſe habent. Conveniunt enim ac concurrunt, velutque de uno dicuntur, quæcunque nullam inter ſe habent oppoſitionem, ac neque Trinitatis, neque Vnitatis rationi adverſantur. Secundùm hæc itaque per ſe Deus perſonaliter non diſcernitur: Ad nos enim eſt, quod & bonus & conditor, & providentia, & omnium inſpector, omniumque, omnipotenti virtute conſervator, & reliqua dicitur. Sed & creaturæ Pater nuncupatur, & *Pater miſerationum* & miſericordiæ. *Vnus enim eſt Deus Pater, ex quo omnia.* Cùm tamen hoc dicit Scriptura, non intelligimus Patrem Filiumque diſcerni. Quinimmò nihil minus etiam Filium ac Spiritum, creaturæ patrem diſcimus; B ſic nimirum ut unum Patrem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, omniſque creaturæ auctorem dicamus. Si enim Pater, Patris perſona intelligeretur, qua ratione Filii Pater dicitur, cùm nimirum creaturæ Pater dicatur, planè & Filius unus omnium cenſeretur. Enimvero divina Scriptura, Filium Patri conſubſtantialem docet ac coæternum. Proinde alia ratione Filii Pater, atque omnium Pater, dicitur; alterum nempe relatè ac per ſe ipſum, alterum abſolutè & ad creaturam, uti diximus: quamvis tunc quoque Patris perſona intelligitur; deque illo ait Apoſtolus, *Vnus Deus, Pater ex quo omnia.* Subdit enim, *Et unus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia*: Sic nimirum ut iſtis, originalem cauſam Patrem innuat; Filium, creatricem; C perfectricem, Spiritum ſanctum.

*Nomina cõmunia, quibus Deus ad creaturas dicitur, non in ſe diſtinguuntur.*

*Eccl. 23. 1. 4. 2. Cor. 1. 3. 1. Cor. 8. 6.*

His itaque diſcretis atque diſtinctis, ad eſſentiam quod attinet, ejuſque ratione, Deus Trinitas non eſt: quod verò ad divinas atque arcanas proceſſiones, Trinitas eſt, ac Trinitas prædicatur. Quod enim Deus ex Deo ſit, hoc demum Perſonas facit. Quamobrem non prius tria intelligentur (tres ſcilicet perſonæ) tumque aliud gignens eſt, aliud quod gignitur, atque aliud quod producitur ac velut projicitur. Sic enim citra proceſſiones, tres eſſentiæ inducentur, quod Arianorum opinionis eſt; atque adeò neque Deum unã eſſentiam confitebimur, peribitq; unius doctrina principatus. Hoc enim admiſſo, licebit cuique dicere tres eſſẽtias ac tres D Deos, quod in Græcos, ut dicant, rejicimus.

Porrò quod Vnitas & Trinitas ſit; duplex eſt ratio Theologiæ; altera diſcreta; altera abſoluta vocatur. Cùm enim Deum unum, bonum, ſapientem, juſtum dixerimus, taliaque de ejus bonitate & providentia diſſeruerimus, nulla Patris & Filii & Spiritus ſancti diſcretio intelligitur. Idque Theologia unita vocatur, quæ ex nominibus abſolutis conſiſtit. At, cùm unum Deum Patrem & Filium & Spiritum dixerimus, deque proceſſionibus & proprietatibus hypoſtaticis ſeu perſonalibus locuti fuerimus; modus hic diſſerendi de Deo, Theologia diſcreta nuncupatur, quæ ex nominibus diſcretis conſtituatur.

*Theologia coniuncta & diſcreta; perinde Dionyſ. Damaſc. &c.*

Orat. 39. p. 630.

Idem porro ſunt eſſentia & natura, perſonaque & hypoſtaſis. De his enim etiam ait Gregorius Theologus, *Non diſceptabimus de nominibus, quandiu ſyllabæ ad eandem intelligentiam ferent.* Denique etiam proprietatem & hypoſtaſim ſeu perſonam idem eſſe Vir ille ſanctus ait. *Deum porro cùm dico, uno eodemque trino lumine perſtringimini. Trino quidem, quantum ad proprietates.* Exponens autem quidnam dixerit proprietates, adjecit, *ſive hypoſtaſes.* Ac iſtud quidem ait in Orat. in Lumina. In Orat. verò in beatum Athanaſium, cùm dixiſſet, *Cùm una eſſentia & tres hypoſtaſes à nobis piè dicerentur*, ſubjecit; *quod alterum, naturam; alterum, trium Perſonarum proprietates declaret.* Illic itaque cùm proprietates priores poſuiſſet, eas hypoſtaſes interpretatus eſt; in iſtis verò, hypoſtaſes exponit proprietates.

Orat. 21. p. 395.

Cùm itaque Deum ſapientem, bonumque ac viventem dixerimus, Deum unum ac eſſentiæ communitatem ſignificamus: cùm verò nomen diſcretum protulerimus (nempe perſonale unius divinarum Perſonarum) putà, Patrem, aut Filium, aut Spiritum ſanctum, eandem rurſus communitatem cum quodam proprio ſignificamus. Etenim Damaſcenus Sanctique alii ſic hypoſtaſim ſeu perſonam definiunt. *Commune cum proprio*, ſeu proprietate. Non enim Deus aliud eſt, aliud tres Hypoſtaſes ſeu Perſonæ. Ait enim Gregorius Theologus, *Deum porro cùm dico, Patrem nimirum & Filium & Spiritum ſanctum dico.* Et iterum, *Vnum enim in tribus Deitas eſt; & tria unum, ea ſcilicet in quibus eſt Deitas: vel, ut magis propriè dicam ac exactè, quæ eſt Deitas.* Cavit illud, *in quibus*, ne intelligeretur compoſitio, ac ſi aliæ eſſent Perſonæ in alia eſſentia; adjecitque quod accuratius ac magis proprium eſt, dicendo, *quæ eſt Deitas.*

Lib. 3. c. 16. Hypoſtaſis ſeu Perſona, non aliud ab eſſentia. Orat. 39. p. 630.

Maximus.

Divinus quoque Maximus, *Non quaſi aliam Vnitatem atque aliam Trinitatem didicerimus eſſe, ſed eandem verè quæ Vnitas & Trinitas dicatur; alterum quidem, eſſentiæ ratione; alterum verò, exiſtentiæ modo.* Ac rurſus alio loco, *Eadem Vnitas eſt atque Trinitas; tota Vnitas eadem, & tota eadem Trinitas: tota unitas eſſentiæ ratione eadem, totaque Trinitas ratione Hypoſtaſeων ſeu Perſonarum eadem.* Quocirca benè dicebatur, Deum unum eſſe ſecundùm eſſentiam, ac tria (id eſt, tres Perſonas) ſecundùm proceſſiones: ſic nimirum ut nulla trium diſtinctio ſit, quàm quod alterum auctor eſt, alterum ex auctore; ac quod ex auctore, alterum naſcendi ratione, alterum proceſſione.

Nyſſ.

Hoc ipſum ſcribit Gregorius Nyſſenus, dum ait, *Nulla evariatione eandem Dei naturam conſiderantes, diſtinctionem penes auctorem, ac quod ex auctore eſt, minimè inficiamur; qua una ratione alterius ab altero diſcretionem concipimus; quod nimirum, hic quidem auctor ſit, illud verò ex auctore. Nam ſi Vnitas aliud eſt, ſive Deitas, atque aliud Trinitas nempe Hypoſtaſes ſeu Perſonæ) quaternitas eſt id quod Numen eſt. Sin verò etiam proprietates aliæ ſunt à Perſonis, ad ſeptena uſque futura progreſſio eſt.* Cæterum beatus

Τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν οὐσία καὶ φύσις, καὶ πρόσωπον καὶ ὑπόστασις. περὶ τούτων γάρ φησι καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, Οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν αἱ συλλαβαὶ πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν φέρωσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἰδιότητα καὶ ὑπόστασιν ἢ πρόσωπον, τὸ αὐτὸ εἶναι ὁ ἅγιος λέγει. Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, [17] ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί. τρισὶ μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας. ἑρμηνεύων δὲ τί ποτ' εἴρηκεν ἰδιότητας, ἐπήγαγεν, εἴτ' οὖν ὑποστάσεις. καὶ τοῦτο μὲν ἐν τῷ εἰς τὰ Φῶτα λόγῳ φησίν· ἐν δὲ τῷ εἰς τὸν μακάριον Ἀθανάσιον, Τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς, εἰπών, ἐπήγαγε, τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ· τὸ δέ, τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας. ἐκεῖ τοίνυν τὰς ἰδιότητας προτεταχώς, εἰς τὰς ὑποστάσεις ἡρμήνευσεν· ἐν τούτοις δέ, τὰς ὑποστάσεις εἰς τὰς ἰδιότητας. 17

Ὅτε μὲν οὖν τὸν Θεὸν λέγωμεν σοφὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ζῶντα, τότε τὸν ἕνα Θεὸν σημαίνομεν καὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας· ὅτε δὲ λέγωμεν ὄνομα διακεκριμένον, τουτέστιν ὄνομα ὑποστατικὸν μιᾶς τῶν θείων ὑποστάσεων, οἷον ἢ Πατέρα, ἢ Υἱόν, ἢ Πνεῦμα ἅγιον, αὐτὸ πάλιν τὸ κοινὸν σημαίνομεν μετά τινος ἰδιάζοντος. τὴν γὰρ ὑπόστασιν ὁ Δαμασκηνὸς καὶ οἱ ἄλλοι ἅγιοι, οὕτως ὁρίζονται. [18] Τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος. οὐ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ὁ Θεός, ἄλλο δὲ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις. φησὶ γὰρ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, λέγω Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος. καὶ πάλιν, Ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης· καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης· ἤ, τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης. ἐξέφυγε τό, ἐν οἷς, ἵνα μὴ σύνθεσις ὑπονοηθῇ, ὡς ἄλλα τὰ πρόσωπα ἐν ἄλλῃ τῇ οὐσίᾳ· καὶ τὸ ἀκριβέστερον προσέθηκεν, εἰπών, ἃ ἡ θεότης.

Καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος, Οὐχ ὡς ἄλλην τὴν μονάδα καὶ ἄλλην τὴν τριάδα ἐδιδάχθημεν εἶναι, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ὡς ἀληθῶς μονάδα καὶ τριάδα λεγομένην· τὴν μέν, τῷ κατ' οὐσίαν λόγῳ· τὴν δέ, τῷ καθ' ὕπαρξιν τρόπῳ. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἡ αὐτὴ μονὰς καὶ τριάς· ὅλη μονὰς ἡ αὐτή, καὶ ὅλη τριὰς ἡ αὐτή. μονὰς ὅλη κατὰ τὴν οὐσίαν ἡ αὐτή, καὶ τριὰς ὅλη κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἡ αὐτή. ὥστε καλῶς ἐλέγετο, ἓν μὲν εἶναι τὸν Θεὸν κατὰ τὴν οὐσίαν, τρία δὲ κατὰ τὰς προόδους· δηλονότι ἐν οὐδενὶ ἄλλῳ διαφορὰν ἐχόντων τῶν τριῶν, ἢ ὅτι τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ ἐκ τῆς αἰτίας· καὶ τοῦ ἐξ αἰτίας, τὸ μὲν γεννητῶς, τὸ δὲ ἐκπορευτῶς. Τοῦτο καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος γράφει, λέγων, [19] Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διακρίνεσθαι καταλαμβάνομεν· τῷ, τὸ μὲν αἴτιον εἶναι, τὸ δέ, ἐκ τῆς αἰτίας. εἰ γὰρ ἄλλο μέν ἐστιν ἡ μονάς, εἴτ' οὖν ἡ θεότης· ἄλλο δὲ ἡ τριάς, τουτέστιν αἱ ὑποστάσεις, τετρὰς ἔσται τὸ λατρευόμενον. εἰ δὲ καὶ αἱ ἰδιότητες ἕτεραι τῶν ὑποστάσεων, εἰς ἑπτάδα προχωρήσει. ἀλλ' ὁ θεῖος 19

Μάξιμος, μονάδα καὶ τριάδα τὴν αὐτὴν ἔφησε· τὸ μὲν, τῷ κατ' οὐσίαν λόγῳ· τὸ δὲ, τῷ καθ' ὕπαρξιν τρόπῳ. Φησὶ δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἀθανάσιος, ἐν λόγῳ οὗ ἐπιγραφὴ, Καλῶς εἴρηται τοῖς ἐν Νικαίᾳ Πατράσιν ἡ λέξις τοῦ ὁμοουσίου. Διὸ οὐδὲ τὴν κτίσιν τοῦ ὄντος Θεοῦ δημιούργημα εἶναι φήσετε· εἴ γε τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Θεὸς οὐκ αὐτὴν τὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαίνουσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι, ὅπερ ὑμεῖς ἀναπλάττετε. ἀλλὰ τοῦτο ἀπρεπὲς καὶ λίαν ἀσεβές ἐστι, καὶ μόνον ἐνθυμηθῆναι. εἰ δὲ ὅταν ἀκούωμεν, Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν. καὶ, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. καὶ, Ἄκουε Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου Κύριος εἷς ἐστι. καὶ, Τάδε λέγει Κύριος παντοκράτωρ, οὐχ ἕτερόν τι, ἀλλ' αὐτὴν τὴν ἁπλῆν καὶ μακαρίαν καὶ ἀκατάληπτον τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαίνομεν. κἂν γὰρ ἀδυνάτως ἔχωμεν καταλαβεῖν ὅ, τί ποτέ ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἀκούοντες τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ τὸ Παντοκράτωρ, οὐχ ἕτερόν τι, ἀλλ' αὐτὴν τὴν τοῦ ὄντος οὐσίαν σημαινομένην νοοῦμεν. εἰρήκατε δὲ καὶ ὑμεῖς, οἱ Ἀρειανοὶ δηλονότι, ἐκ τοῦ Θεοῦ τὸν Υἱὸν, δηλονότι ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς αὐτὸν εἰρήκατε.

Καλῶς ἄρα ἐλέγομεν, ὅτι καὶ Θεὸν Πατέρα λέγοντες, τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δηλοῦμεν Θεόν· τουτέστι, τὸν αὐτὸν καὶ τοῖς ἀπολελυμένοις ὀνόμασι καὶ τοῖς διακεκριμένοις σημαίνεσθαι· καὶ διὰ μὲν τῶν ἀπολελυμένων, ἤγουν τοῦ Θεὸς καὶ ἀγαθὸς, τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας καὶ ὅλον σημαίνεσθαι· διὰ δὲ τῶν ὑποστατικῶν, ὅταν δηλονότι Πατέρα λέγωμεν ἢ Υἱὸν ἢ Πνεῦμα, πάλιν αὐτὸ τὸ κοινὸν, καὶ ὅλον μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος. εἰ γὰρ καὶ οἱ ἅγιοι φασὶν, Ἄλλο μὲν εἶναι τὴν οὐσίαν, ἄλλο δὲ τὴν ὑπόστασιν, οὐχ ὡς ἄλλο καὶ ἄλλο πρᾶγμα ἰδίᾳ νομίζουσιν, ὡς εἶναι συμβαίνειν ὑπόστασιν ἀνούσιον καὶ οὐσίαν ἀνυπόστατον, ὅπερ ὁ μέγας Βασίλειος ἄτοπον φησὶν ἐν τῇ πρὸς Τερέντιον Κόμητα, ἐπιστολῇ. καὶ γὰρ πᾶσα οὐσία μετά τινων ἰδιωμάτων θεωρεῖται· καὶ τὰ ἰδιώματα οὐσίαν ἔχουσι, περὶ ἣν θεωροῦνται. ἡ γὰρ ὑπόστασις, τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος εἴρηται. ἀλλ' ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας οἱ ἅγιοι εἶπον, ὡς ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῇ αὐτῇ φησιν ἐπιστολῇ, ὅτι ὃν λόγον ἔχει τὸ κοινὸν πρὸς τὸ ἴδιον, τοῦτον ἔχει οὐσία πρὸς τὴν ὑπόστασιν. ἐν δὲ τῇ πρὸς ἀδελφὸν τὸν Γρηγόριον ἐπιστολῇ περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, φησίν· Ὁ μὲν τῆς κοινότητος λόγος εἰς τὴν οὐσίαν ἀνάγεται· ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖόν ἐστιν. ἀλλὰ τὸ μὲν κοινὸν, τῷ ἁπλῶς ἀναλογεῖ· τὸ δὲ ἴδιον, τῷ πῶς. καὶ γὰρ τὸ, Θεὸς, ὄνομα ὡς κοινότερον ἐπὶ τῆς θεότητος ἐκλαμβάνομεν, οὐχ ἓν ὁποιονοῦν τῶν ὑποστατικῶν καὶ ἰδιαζόντων ὀνομάτων, οἷον Πατὴρ ἢ Υἱός. ἐπεὶ οὐδὲ ἀντιστρέφει. ὁ μὲν γὰρ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἷς ἐστι Θεός· ὁ δὲ Θεὸς οὐ πάντως καὶ Πατήρ ἐστιν. Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀλλ' Υἱὸς οὐκ ἔστιν οὔτε Πνεῦμα· καίτοι τοῦ Υἱοῦ Θεοῦ ὄντος καὶ τοῦ Πνεύματος ὁμοίως. καὶ ἄλλως δὲ, εἰ μὴ τὸ κοινὸν τὴν οὐσίαν ἐνταῦθα δηλοῖ, καὶ οἷον τῷ καθόλου ἀνα-



A Maximus, eandem Vnitatem dixit ac Trinitatem; alterum quidem, eſſentiæ ratione; alterum verò, modo exiſtentiæ. Sed & divinus Athanaſius, libro cui titulus eſt, *Nicænos Patres rite vocem* ὁμοούσιος (*id eſt conſubſtantialis*) *uſurpaſſe. Quare nec creaturam, ejus qui eſt, Dei fabricam dicturi eſtis; ſiquidem voces illæ Pater & Deus, non ejus Qui eſt, eſſentiam, ſed aliud quidpiam (ut vos confingitis) ſignificant. Verùm id abſurdum, ac vel cogitatu ſolum valde impium. Sin autem cùm audiamus*, Qui ſum. *Et*, In principio fecit Deus cœlum & terram. *Et*, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Dominus Deus eſt. *Et*, Hæc dicit Dominus Omnipotens, *non aliud quidpiam, ſed ipſam ejus Qui eſt, ſimplicem & beatam & incomprehenſam eſſentiam ſignificamus. Quamvis enim quidnam tandem ſit comprehendere non poſſumus, cùm tamen* B *Pater & Filius & Omnipotens audimus, non aliud quidpiam, ſed ipſam ejus Qui eſt, eſſentiam ſignificari intelligimus. Quin & vos cùm dixiſtis (nempe Ariani) Filium ex Deo eſſe, nimirum ex Patris ſubſtantia eum eſſe perhibuiſtis.*

Non occurrit in libro Athan qui extat eo ferè argumento.

Exod.3.14. Gen.1.1. Deut.6.4. Zach.1.3. &c.

Rectè igitur dicebamus, cùm & Deum & Patrem dicimus, unum nos eundemque ſignificare Deum; nempe, eundem ipſum tum abſolutis nominibus ſignificari, tum diſcretis: ac quidem abſolutis, cujuſmodi ſunt Deus & bonus, eſſentiæ communitatem & totalitatem ſignificari; perſonalibus verò, cùm nimirum Patrem dicimus aut Filium aut Spiritum, eandem rurſus communitatem ac totalitatem, cum eo quod proprium eſt, deſignari. Nam etſi Sancti, Aliud quidem eſſentiam, aliud verò perſonam eſſe dicant, non tamen tanquam aliam atque aliam C rem ſeorſum exiſtimant; ſic nimirum ut perſonam eſſentia carere, ac eſſentiam perſona ſeu ſubſiſtentia, contingat; quod Magnus Baſilius Epiſt. ad Terentium Comitem abſurdum pronuntiat. Etenim eſſentia omnis ſeu ſubſtantia, quibuſdam proprietatibus inſignita conſideratur; habentque proprietates eſſentiam ſeu ſubſtantiam, circa quam conſidearntur. Hypoſtaſin enim ac perſonam diximus, *Commune unà cum eo quod proprium eſt*. Cæterum hoc ſenſu dixerunt Sancti, ut ait Magnus Baſilius in eadem Epiſt. *Quæ eſt ratio communis ad proprium, eam eſſe eſſentiæ ad hypoſtaſin, ſeu perſonam.* In Epiſtola verò ad Gregorium fratrem de diſtinctione Eſſentiæ & Hypoſtaſis, ait, *Communitatis* D *ratio ad eſſentiam ſpectat: Hypoſtaſis verò ac perſona cujuſque proprium ſignum ac nota eſt.* Cæterum, quod commune eſt, illi reſpondet ac affine eſt, quod eſt abſolutè; quod verò proprium, illi quod tali modo eſt. Nam nomen Deus, velut communius in Deitate aſſumimus, non quodvis unum perſonalium ac propriorum nominum, ut eſt Pater aut Filius. Nam neque viciſſim dicuntur. Eſt enim Pater quidem & Filius & Spiritus ſanctus, unus Deus: at non etiam omnino Deus Pater eſt. Etenim Pater Deus eſt, non tamen Filius aut Spiritus eſt. Præterea verò, niſi commune hîc eſſentiam ſignificet, ac quaſi univerſali reſpondeat, ſed ita ſe ha-

Eſſentia & aliud ac proprietates.

Epiſt. 349. p.1139.

Epiſt. 43.

beat, velut cum dicimus, *Homo eſt animal rationale*, ſequetur, quæ eſſentiam omnem excedit, Deitatem, haud ſecus ac genera & ſpecies per complicationem in ſola mentis conſideratione conſiſtere. Verùm qui Damaſco oriundus Theologus eſt, eam opinionem evertit, dicens, *In creatis quidem, perſonarum diviſio ſeu diſcretio, ipſa re conſideratur. Re ipſa enim Paulus à Petro ſejunctus conſpicitur: communitas verò & conjunctio atque unitas, ratione intelligitur ac mentis conſideratione.* Pauciſque interjectis, *In ſancta autem & ſuperſubſtantiali cunctiſque eminenti ac incomprehenſa Trinitate, è contra ſe res habet. In ea enim commune ac unum, ipſa re intelligitur; diſcretio verò ac quaſi diviſio, ſubtili mentis cogitatu conſideratur.*

Libr.1.c.8.

Ex his igitur patet, quod dicebamus, Eſſentiæ communitatem, ſive eſſentiam communem, tum nominibus abſolutis ſignificari, tum eandem rurſus eſſentiæ communitatem relatis nominibus diſcretè (quippe perſonaliter) intelligi. Ac liquet, Paternitatem & Filietatem & Spiriteitatem (ſi ita loqui liceat) omninoque proprietates in relatis duntaxat conſiſtere; nec eſſe aliam diſcretionem, præter divinas perſonas; præter hoc ſcilicet, quod alius eſt Pater, alius Filius, alius Spiritus. Vti neque aliud eſt unio quàm eſſentia. Si quidem enim alia diſcretio eſt, quàm quod alius Pater eſt, alius Filius, alius Spiritus; erit & unio alia præter eſſentiam. Id verò abſurdum eſt: ſic enim erit aliquid præſtantius quàm eſſentia; quandoquidem quod unitatem præſtat, illo melius eſt ac nobilius, cui illa præſtatur. Nec alia res eſt Paternitas aliaque Filieitas, atque alia Proceſſio: Nam ſi horum diverſæ ſunt rationes ac oppoſitione contrariæ, conſequens erit Deum ex contrariis ac oppoſitis conſtare.

Hæc & Magnus Athanaſius dicit in diſputatione adverſus Anomæos, cùm ii ſcilicet in compoſitionem inde cogerent, quod aliud Eſſentiam, atque aliud Hypoſtaſin ſeu Perſonam dixiſſet. Addit enim, *Non velut rem, aliud & aliud eſſentiam & hypoſtaſin dixi; ſed quod aliud quid eſſentia ſignificet, aliudque hypoſtaſis. Vt granum tritici dicitur & eſt tum ſemen, tum fructus, non ut res alia atque alia: aliud tamen declarat ſemen atque aliud fructus.* Idem itaque reipſa ſunt eſſentia & hypoſtaſis. Sunt enim una eſſentia. Verùm aliud ſignificamus, cùm eam hypoſtaſin dixerimus, aliud verò quidpiam, cùm eſſentiam. Nam hypoſtaſis in divinis, relatiuû aliquid ſignificat; eſſentia verò, abſolutum. Hocque eſſentia ac hypoſtaſis differunt; quod altera ſimpliciter dicatur; altera, tali modo. Hoc itaque Sancti volunt, cùm dicunt Non eſſe idem eſſentiam & hypoſtaſin; Ac ſi dicerent, Non idem eſſe in Deitate quæ omni eſſentiæ eminet, abſolutum, & quod relatum eſt. Nam relatis quidem, diſcernuntur divinæ Perſonæ; abſolutis verò connectuntur. Non ſunt autem idem unio & diſcretio. Etenim eſſentiæ comes unio eſt; hypoſtaſibus verò ac perſonis, comes diſcretio.

Dial 1. circa medium Multi Codd. ut Maximi habent, citantque ex eo auctores.

A λογεῖ, ἀλλ᾽ ὅπως ἔχει, ὥσπερ ὅταν λέγωμεν, Ἄνθρωπός ἐστι ζῶον λογικὸν, ἀκολουθήσει τὴν ὑπερούσιον θεότητα καθάπερ τὰ γένη καὶ τὰ εἴδη κατὰ συμπλοκὴν ἐν μόνῃ τῇ διανοίᾳ συνίστασθαι. ἀλλ᾽ ὁ ἐκ Δαμασκοῦ Θεολόγος τοῦτο ἀνατρέπει, λέγων. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν κτισμάτων, ἡ τῶν ὑποστάσεων διαίρεσις πράγματι θεωρεῖται. πράγματι γὰρ ὁ Παῦλος τοῦ Πέτρου κεχωρισμένος θεωρεῖται. ἡ δὲ κοινότης καὶ ἡ συνάφεια καὶ τὸ ἕν, λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ θεωρεῖται. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας καὶ ὑπερουσίου καὶ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀλήπτου Τριάδος, τὸ ἀνάπαλιν. ἐκεῖ γὰρ, τὸ μὲν κοινὸν καὶ ἓν πράγματι θεωρεῖται· ἐπινοίᾳ δὲ, τὸ διῃρημένον.

Φαίνεται τοίνυν ἐκ τούτων ὅπερ ἐλέγομεν, Ὅτι τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας, εἴτ᾽ οὖν ἡ κοινὴ οὐσία,
B καὶ διὰ τῶν ἀπολελυμένων ὀνομάτων δηλοῦται, καὶ διὰ τῶν ἀναφορικῶν τὸ αὐτὸ κοινὸν πάλιν τῆς οὐσίας διακεκριμένως, ὡς προσωπικῶς ἐννοούμενον. καὶ δῆλον, ὅτι ἡ Πατρότης καὶ ἡ Υἱότης καὶ ἡ Πνευματότης, εἰ δεῖ οὕτως ὀνομάσαι· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν αἱ ἰδιότητες, ἐν μόνοις τοῖς ἀναφορικοῖς συνίστανται· καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἡ διάκρισις ἄλλη παρὰ τὰ θεῖα πρόσωπα· δηλονότι παρὰ τὸ, τὸν μὲν εἶναι Πατέρα, τὸν δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα· ὥσπερ οὐδ᾽ ἄλλο μέν ἐστιν ἡ ἕνωσις, ἄλλο δὲ ἡ οὐσία. εἰ γάρ ἐστιν ἡ διάκρισις ἄλλη παρὰ τὸ, τὸν μὲν εἶναι Πατέρα, τὸν δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα, ἔσται καὶ ἡ ἕνωσις ἄλλη παρὰ τὴν οὐσίαν. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον. οὕτω γὰρ ἔσται τι ἄλλο τιμιώτερον τῆς οὐσίας· ἐπειδὴ τὸ ἑνοῦν τοῦ ἑνιζομένου βέλτιον καὶ τιμιώτερον. καὶ οὐκ ἔστιν ἄλ-
C λο μὲν πρᾶγμα ἡ Πατρότης, ἄλλο δὲ Υἱότης, ἄλλο δὲ ἡ Ἐκπόρευσις, ἐπεὶ εἰ λόγοι τούτων διάφοροι καὶ ἀντιθετικῶς ἀντίκεινται, ἔσται ὁ Θεὸς ἐκ διαφόρων καὶ ἀντιθέτων συνιστάμενος.

Ταῦτα καὶ ὁ μέγας Ἀθανάσιος λέγει, ἐν τῇ πρὸς Ἀνομοίους διαλέξει, εἰς σύνθεσιν δῆθεν παρ᾽ αὐτῶν ἐλαυνόμενος, ὅτι εἴρηκεν ἄλλο οὐσίαν καὶ ἄλλο ὑπόστασιν. ἐπιφέρει γὰρ, Οὐχ ὡς πρᾶγμα ἄλλο καὶ ἄλλο εἶπον οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν, ἀλλ᾽ ὡς ἄλλό τι σημαινούσης τῆς οὐσίας, καὶ ἄλλο τῆς ὑποστάσεως. ὡς ὁ κόκκος τοῦ σίτου λέγεται καὶ ἔστι σπέρμα καὶ καρπός· οὐχ ὡς πρᾶγμα ἄλλο καὶ ἄλλο. ἄλλο δέ τι σημαίνει τὸ σπέρμα καὶ ἄλλο ὁ καρπός. ὥστε πράγματι τὸ αὐτό ἐστιν οὐσία καὶ ὑπόστασις· μία
D γὰρ οὐσία· ἀλλὰ ἄλλο μὲν σημαίνομεν ὅταν αὐτὸ φῶμεν ὑπόστασιν, ἄλλο δέ τι ὅταν οὐσίαν. ἡ γὰρ ὑπόστασις ἐπὶ τῶν θείων, ἀναφορικόν τι σημαίνει· ἡ δὲ οὐσία, ἀπολελυμένον· καὶ τούτῳ διενήνοχεν οὐσία καὶ ὑπόστασις, τῷ, τὴν μὲν ἁπλῶς· τὴν δὲ, πῶς λέγεσθαι. τοῦτο ἄρα βούλονται οἱ ἅγιοι, Οὐ ταὐτὸν οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν λέγοντες· ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγον, ὅτι Οὐ ταὐτὸ ἐπὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος τὸ ἀπολελυμένον καὶ τὸ ἀναφορικόν. τοῖς μὲν γὰρ ἀναφορικοῖς, τὰ θεῖα διακρίνονται πρόσωπα· τοῖς δ᾽ ἀπολελυμένοις, συνάπτονται. ἕνωσις δὲ καὶ διάκρισις, οὐ ταὐτό· τῇ μὲν γὰρ οὐσίᾳ, ἡ ἕνωσις ἕπεται· ταῖς δὲ ὑποστάσεσιν, ἡ διάκρισις.

A Ὅταν δὲ λέγωμεν τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶσθαι, οὐ ῥεῦσιν, ὡς ἐπὶ τῶν σωματικῶν ἐννοοῦμεν, οὐδὲ τομήν· ἀλλ' ὅλον ἐξ ὅλου, καὶ τέλειον ἐκ τελείου. ὡσαύτως καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. ὥσπερ γὰρ ἄλλως μὲν ὁ Θεὸς κτίζει, ἄλλως δὲ ὁ ἄνθρωπος. ὁ μὲν γὰρ χωρὶς μεταβολῆς καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· ὁ δὲ, μετὰ τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως καὶ ἐξ ὄντος· οὕτως καὶ ἄλλως μὲν ὁ Θεὸς γεννᾷ ἀπαθῶς καὶ ὡς ἐκ νοῦ λόγος· ἄλλως δὲ ὁ ἄνθρωπος, μετὰ πάθους καὶ οὐ χωρὶς γυναικός.

Quod verò Filium ex Patre naſci dicamus ac generari, nullam (velut in rebus corporeis) fluxionem aut ſectionem intelligimus; ſed totum ex toto, ac perfectum ex perfecto ſentimus. Idemque dicendum de Spiritu ſancto: Quemadmodum enim Deus aliter fabricatur; aliter verò homo. Nam Deus quidem abſque ulla mutatione & ex nihilo; homo autem cum mutatione & alteratione, atque ex aliqua re ſuppoſita; ſic etiam aliter quidem Deus gignit, abſque ulla paſſione ac labe, & ut ratio eſt ex mente; aliter autem homo, cum paſſione ſcilicet & labe, nec niſi ſocia mulieris opera accedente. Greg. Orat. 35. p. 567. Damaſc. l. 1. c. 8.

Καὶ ἵνα περὶ τούτων τοῖς τοῦ μεγάλου Βασιλείου χρησώμεθα, ἅ φησιν ἐν τῇ πρὸς τὰς Κανονικὰς B ἐπιστολῇ. Οὐχ ἐμερίσθη ἡ οὐσία ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εἰς Υἱόν· οὐδὲ ῥυεῖσα ἐγέννησεν, οὐδὲ προβαλοῦσα ὡς τὰ φυτὰ τοὺς καρπούς· ἀλλ' ἄρρητος καὶ ἀνεπινόητος λογισμοῖς ἀνθρώπων τῆς θείας γεννήσεως ὁ τρόπος. ταπεινῆς γὰρ τῷ ὄντι καὶ σαρκίνης ἐστὶ διανοίας, τοῖς φθαρτοῖς καὶ προσκαίροις ἀφομοιοῦν τὰ ἀΐδια, καὶ οἴεσθαι ὡς τὰ σωματικὰ γεννᾷ, καὶ ὁ Θεὸς ὁμοίως· δέον ἐκ τῶν ἐναντίων λαμβάνειν τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν εὐσέβειαν· ὅτι ἐπειδὴ τὰ θνητὰ οὕτως, τὰ ἀθάνατα οὐχ οὕτως. οὔτε οὖν ἀρνεῖσθαι δεῖ τὴν θείαν γέννησιν, οὔτε σωματικαῖς ἐννοίαις καταρρυποῦν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν. καὶ γὰρ ὥσπερ ὅτι μέν ἐστιν εἷς Θεὸς ἐγνώκαμεν, οὐ μὴν δὲ τί ἐστιν· οὕτω καὶ ὅτι μέν C εἰσι τρία ἴσμεν, τί δὲ τρία οὐκ ἴσμεν.

Vtque Magni Baſilii in his utamur verbis, in ea quam ad Canonicas ſcribit, Epiſtola. *Non enim à Patre in Filium partibus ſciſſa eſſentia eſt: neque per effluxum genuit; neque per productionem ea ratione quia ſtirpes fructus producunt, eduntque: ſed arcanus eſt, vimque omnem humani ſermonis ac cogitationis excedit, divinæ generationis modus. Abjecti enim revera ac carnalis animi eſt, quæ æterna ſunt, iis quæ intereunt ac ſunt temporanea, ſimilia facere; inque ea verſari opinione, ut pari modo Deum ſentias ac res corporeas gignere, cùm potius à contrariis momenta ad pietatem in hunc modum captare operæpretium habeas, Cùm ſe mortalia ita habeant, haud ſanè ſic ſe habent immortalia. Neque igitur divina generatio abneganda eſt, nec committendum ut corporalium rerum cogitationibus animum polluas.* Etenim ſicut unam quidem eſſe Deum novimus, non tamen quid ille ſit perſpectum habemus; ſic & tria eſt (tres ſcilicet perſonas) ſcimus; quid verò illa ſint (ac quid perſonæ) neſcimus. Epiſt. 300.

Καὶ ὡς φησιν ὁ θεῖος Διονύσιος, Ὅτι μέν ἐστι
20 πηγαία θεότης ὁ Πατήρ· 20 ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν· ὅπως δὲ ταῦτα ἐστὶν, οὔτε εἰπεῖν, οὔτε ἐννοῆσαι δυνατόν. πλὴν πιστεύομεν ὅτι φῶς ἀγέννητον ὁ Πατήρ· φῶς γεννητὸν ὁ Υἱός· φῶς ἐκπορευτὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ ἓν φῶς τὰ τρία. καὶ Πατὴρ ἦν ἀεὶ, καὶ Υἱὸς ἦν, ἀεὶ, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἀεί. οὐ γὰρ ἐτράπη ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι Πατὴρ εἰς τὸ εἶναι Πατήρ· οὔτε ὁ Υἱὸς, οὔτε τὸ Πνεῦμα· ἀλλ' ἀϊδίως καὶ ἀρρεύστως γεννᾷ Υἱὸν ὁμοούσιον ἑαυτῷ, καὶ προβάλλει Πνεῦμα ὁμοούσιον ἑαυτῷ· D οὐ τὸν μὲν Υἱὸν γεννῶν πρότερον, εἶτα τὸ Πνεῦμα προβάλλων. τοῦτο γὰρ ἀσεβές· ἀλλ' ἅμα καὶ ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις καὶ ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπόρευσις. ἅμα γὰρ αἴτιον καὶ αἰτιατόν. γεννώμενος δὲ ὁ Υἱὸς, οὐκ ἄπεισι τοῦ Πατρὸς, οὐδὲ χωρίζεται αὐτοῦ· ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισι, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ εἰς αὐτόν ἐστιν, ὡς ἓν πρᾶγμα· ὡσαύτως καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. λόγος δέ ἐστι ζῶν καὶ ἐνυπόστατος ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ δύναμις αὐτοῦ ζῶσα καὶ οὐσιώδης καὶ τελεία. καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσαύτως, οὐσία ζῶσα καὶ τελεία καὶ ἐνυπόστατος, καὶ δύναμις τοῦ Πατρός· οὐκ ἔξωθεν ἀπὸ τοῦ ἀέρος προσ-

Et ut ait divinus Dionyſius, *Patrem quidem Deitatem fontem ac originem, Filium autem ac Spiritum ſanctum, ex Deo oriunda germina, ac velut flores omnique eſſentia ſuperiora Lumina, ex ſacris Oraculis accepimus: quonam autem modo ſeſe hæc habeant neque eloqui poſſumus, nec mente cogitare.* Cæterum credimus Patrem, Lumen ingenitum eſſe; Filium, Lumen genitum; Spiritum ſanctum, Lumen procedens: triaque (tres ſcilicet Perſonas) unum Lumen Ac Pater ſemper erat, Filiuſque ſemper erat, & Spiritus ſanctus ſemper erat. Non enim Pater mutatus eſt ab eo quod Pater non erat ut eſſet Pater; neque Filius, neque Spiritus ſanctus; ſed ab æterno nullaque fluxione Filium ſibi conſubſtantialem generat, & producit conſubſtantialem ſibi Spiritum; non ita tamen, ut prius quidem gignat Filium, tumque Spiritum producat (hoc enim ſentire impium eſt) ſed ſimul tum Filii generatio eſt, tum Spiritus ſancti productio. Simul enim eſt Auctor, & quod eſt ab Auctore. Natus verò ac genitus Filius, non abſens Patri eſt, aut ab eo ſejunctus; verùm ex illo procedit, & in illo peneſque ipſum eſt ut eadem res: ſimiliterque etiam Spiritus. Eſt enim Dei Filius Sermo vivus veréque exiſtens, ejuſque vivens & ſubſtantialis ac perfecta virtus, ſeu potentia; pariterque Spiritus ſanctus ſubſtantia viva & perfecta veréque exiſtens, ac virtus Patris, ſeu potentia; De Divin. nom. c. 2. § 7.

non qui ex aëre extrinſecus accedat, ſed qui in univerſorum Deo naturâ cauſam ac originem habeat.

Theologiæ argumentum, nota de Deo, vel de illo revelata.
Rom.1.11.
1.Tim.3.6.
Rom.1.20.

Dei itaque eſſentia omni mentis cogitatu ſuperior, ignotæque proceſſiones, fides ſilentio colit: nec hæc quiſquam rimatur; ſed ſi quis quærenda ſibi indulgeat, ſtultus fiet, & in judicium diaboli incidet. Quæ autem ſunt circa Deum, uti dicebam, & à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intelliguntur ac conſpiciuntur; quódque Filius Patri conſubſtantialis ſit & Spiritus ſanctus; hæc nempe de his tradita, illa ſunt in quibus Sanctorum omnis Theologia verſatur; ac ſequuntur qui pietati ſtudent. Imperiti verò & rudes, ubi quempiam de Deo loquentem audierint, ſtatim putant Dei eum eſſentiam rimari, quænam ipſa ſit, ac, quonam modo, Filius ex Patre gignatur, & Spiritus ſanctus procedat: proſcribuntque & averſantur eum, qui talis ſit. Qui verò hæc agunt, quod in ipſis eſt, omnem veterem pariter ac novam Scripturam evertunt, ac quas illarum Sancti expoſitiones tradiderunt: qui nempe otioſa hæc nulliuſque frugis jacere velint, cùm ſanè omnia ad correptionem noſtram & utilitatem ſcripta ſint.

1.Cor.1.11.

Hi planè nec cùm ab ejus adverſariis veritas diſcerperetur, ejus ætatis hominibus conſenſiſſent, ut pro ea certarent; prohibentque, ne quantam pro facultate licet, ex divinis Scripturis homines Dei intelligentiam hauriant; illos quoque vi adigentes pro ſua ruſticitate (ne imperitia ac barditate dicam) ut & ipſi brutarum animantium more vitam inſtituant. Sicque, nedum humanum genus hoc lædunt, ne pro facultate, animum in Deum intendant, ac, quod ex ſuis rationibus eſt, laudum ei cantica deferant, ejuſque celebrent gloriam; ſed & propemodum Deo nobiliotis ejus creaturæ (nempe hominis) damnum inferunt, dum non laudari ac magnificari ab hominibus, cujus gratia homo formatus eſt, præſtant.

Gen.1.26.
Ioan.17 3.
Socordia neglectuſque ſacræ ſcientiæ, unde?
Veri Doctoris ac Theologi regula.

Vtroſque igitur, quod ad eos attinet, damno afficiunt; tum nempe Deum, tum humanum genus. Ergo non cogitant hominem ad Dei imaginem fuiſſe conditum, eamque ob rem ad eum debere recurrere, ac per veram contemplationem bonaque opera cum eo ſimilitudinem inire? Neſciunt verò etiam, hanc Chriſtum dixiſſe vitam æternam, ut Patrem ſuum cognoſcant, & quem miſit ille, Filium ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. Ejus autem rei vera cauſa eſt, quod nolint loqui de Deo, pro eo ac nobis per divinas Scripturas & Synodos Oecumenicas, nec non per Eccleſiæ Doctores, traditum eſt; qui videlicet rectè hæc intelligant, & in eis cum multa modeſtia religioſiuſque incedant. Qui quidem à ſeipſis loquantur nihil, nec quaſi ex ventre imperitè eructent quæ placeant: ſed qui exploratè recepta ponant, deincepſque componant, atque ad aliquod verum, quodque exploratum ſit juxta divinas Scripturas deveniant:

A λαμβανόμενον, ἀλλὰ τὴν αἰτίαν ἔχον φυσικῶς ἐν τῷ Θεῷ τῶν ὅλων.

Τὸ μὲν οὖν ἀπερινόητον τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἀγνώστων προόδων πίστει σιγᾶται· καὶ οὐδεὶς ἐρευνᾷ περὶ τούτου· ἀλλ᾽ ἐν τῇ ζητήσει ματαιωθήσεται καὶ εἰς κρίμα ἐμπεσεῖται τοῦ διαβόλου. τὰ δὲ περὶ τὸν Θεὸν, ὡς εἴπομεν, ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καὶ καθορώμενα· καὶ ὅτι ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ταῦτα δὴ τὰ παραδεδομένα· περὶ τούτων πάντες θεολογοῦσιν οἱ ἅγιοι, καὶ οἱ εὐσεβεῖς ἕπονται· οἱ δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιῶται ἀκούοντες τινα λέγοντά τι περὶ Θεοῦ, αὐ-
B τίκα νομίζουσιν ὅτι περὶ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, τίς ἐστιν ἐρευνᾷ, καὶ τίνι τρόπῳ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶται, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεται· [21] καὶ παραγράφονται καὶ ἀποτρέπουσι τὸν τοιοῦτον. οἱ δὲ ταῦτα ποιοῦντες, ὅσον τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἀνατρέπουσι πᾶσαν γραφὴν παλαιάν τε καὶ νέαν, καὶ τὰς τῶν ἁγίων περὶ αὐτῶν ἐξηγήσεις· ἀργὰ καὶ ἀνόνητα κεῖσθαι ταῦτα βουλόμενοι, ἃ δὴ πάντα πρὸς νουθεσίαν καὶ ὠφέλειαν ἡμῶν ἐγράφη. οἵ γε οὐδὲ τῆς ἀληθείας σπαραττομένης ὑπὸ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν, συνεβούλευσαν ἂν τοῖς τότε παροῦσιν ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίζεσθαι· καὶ κωλύουσι τοὺς ἀνθρώπους τὴν δυνατὴν ἔννοιαν περὶ Θεοῦ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν λαμβάνειν: ἀναγκάζοντες κἀκείνους διὰ τὴν αὐτῶν ἀγροικίαν, ἵνα μὴ λέγω ἀμα-
C θίαν, ζῆν ὥσπερ καὶ τὰ ἄλογα ζῶα. καὶ οὕτω ζημιοῦσι μὲν τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τὸ πρὸς Θεὸν κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνατείνεσθαι, καὶ αὐτὸν ὑμνεῖν καὶ δοξάζειν δι᾽ ὠφέλειαν ἑαυτῶν· σχεδὸν δὲ καὶ τὸν Θεὸν ζημιοῦσι, τὸ τιμιώτερον αὐτοῦ κτίσμα τὸν ἄνθρωπον, παρασκευάζοντες μὴ ὑμνεῖσθαι καὶ μεγαλύνεσθαι παρὰ τῶν ἀνθρώπων, οὗ ἕνεκα ὁ ἄνθρωπος ἐπλάσθη.

Ζημιοῦσιν οὖν ἀμφοτέρους, καὶ τὸν Θεὸν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, ὅσον τὸ ἐπ᾽ αὐτοῖς. οὔκουν λογίζονται ὅτι κατ᾽ εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος, καὶ διὰ τοῦτο ὀφείλει πρὸς αὐτὸν ἀνατρέχειν, καὶ ὁμοιοῦσθαι αὐτῷ δι᾽ ἀλη-
A καὶ τὰς δύο παρεῖναι τῷ Θείῳ Νῷ, καθὼς δέδεικται· καὶ ἔστιν ἡ τῆς νοήσεως πρόοδος ἡ ἐνέργεια Λόγου καὶ Υἱοῦ, λείπεται τὴν ἑτέραν, ἤγουν τὴν ἀγάπης εἶναι τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι τὴν θείαν Ἀγάπην, ᾗ ὁ Θεὸς ἑαυτὸν ἀγαπᾷ.

Τοιοῦτον τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος τὸ τοῦ Αὐγουστίνου παράδειγμα καὶ τῶν κατ' αὐτὸν διδασκάλων. καὶ ἔστι τῶν ἄλλων προσφυέστερον καὶ οἰκειότερον. τῶν γὰρ Θεολόγων ἁπάντων, νῷ καὶ λόγῳ φαμένων ἀνάλογον ἔχειν πρὸς ἀλλήλους τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· οἱ μὲν ἄλλοι πάντες σχεδὸν, τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον τῷ παρ' ἡμῖν προφορικῷ παρεικάζουσι λόγῳ. ὁ δὲ, ἐπὶ τὸν ἔνδον λόγον τὸν ἐνδιάθετον λαμβάνει τὴν ὁμοιότητα. ἐκεῖ γὰρ, καὶ τὸ κατ' εἰ- B κόνα, καὶ ὁ πρῶτος λόγος καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν καὶ καλούμεθα, εἴτε μετὰ σώματος ἐσμὲν, εἴτε καὶ μή. ὁ δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω ῥέων οὗτος λόγος, τοῦ ἔνδον λόγου ἐστὶ σημαντικὸς, καὶ ὁμωνύμως ἐκείνῳ λέγεται. εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ προφορικοῦ λόγου λογικοὶ καὶ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐλεγόμεθα, ἐλείπετο πάντως μήτε λογικοὺς ἡμᾶς εἶναι μήτε κατ' εἰκόνα Θεοῦ λέγεσθαι, ὅτε μετὰ θάνατον τὸν προφορικὸν λόγον οὐδαμῶς ἕξομεν, οὐδὲ τὸ ἐναέριον τοῦτο σπασόμεθα πνεῦμα.

Ὥστε ὁ ἔνδον λόγος, τοῦ ἐκτὸς ἀσυγκρίτως τιμιώτερος. ἀπὸ δὲ τῶν τιμιωτέρων καὶ οἰκειοτέρων ὀφείλομεν τὰ θεῖα εἰκονίζειν. καὶ τὰ μὲν C παρὰ τῶν ἄλλων, εἰκὼν μόνον· τὰ δὲ τοῦ Αὐγουστίνου, καὶ πολλὴν τὴν ὁμοιότητα ἔχει· ὥστε καὶ τὸν ἄπιστον εἰς ἔννοιαν ἀναχθῆναι τῆς ἁγίας Τριάδος ἐκ τούτου, τὰ ἐκ τῆς θείας γραφῆς οὐδὲ ἀκοῦσαι καταδεχόμενον, μόνον εἰ τὴν εὐγνωμοσύνην ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ νοῦν ἔχων, μὴ φιλονεικεῖν προαιροῖτο. πολλὴν γὰρ τὴν ἀνάγκην ἐπάγεται μετὰ καὶ τοῦ τῇ θείᾳ γραφῇ συμφωνεῖν. μᾶλλον δὲ ἐκεῖθεν ἔχει τὰς ἀποδείξεις· καὶ τὰς περὶ τούτου μαρτυρίας ὁ βουλόμενος εὑρήσει σαφῶς, ἀναγνοὺς τὰ περὶ τούτου ἐν τῷ περὶ Τριάδος βιβλίῳ, τῷ μακαρίῳ Αὐγουστίνῳ συγγεγραμμένα.

D Οὐ μὴν ἀλλ' ἕως ἂν μὴ δύνηταί τις ἀρνεῖσθαι Λόγον εἶναι τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα παραιτήσεται λέγειν ἀληθῶς εἶναι Νοῦν· οὐχ οἷον τὸν παρ' ἡμῖν, ἢ τὸν ἀγγελικόν· ἀλλὰ θεῖον καὶ ἄπειρον καὶ πάντων νόων ἀπείρως ἐξῃρημένον, παράδειγμα μέντοι τοῦ ἀνθρωπίνου, καὶ τοῦτον εἰκόνα ἐκείνου. τούτοις δὲ ἕπεται καὶ Ἀγάπην ἀναγκαίως τεθῆναι ἐπὶ Θεοῦ· τοῦτο γὰρ τῶν λογικῶν ἰδιότης, ὡς εἴρηται. ἀλλὰ καὶ ἡ πρόοδος τοῦ λόγου ἐκ τοῦ νοῦ, ἐναργέστερον ἐμφαίνει τὴν πρόοδον ἐκείνην διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἄϋλον, ἢ αὕτη ἡ σαρκικὴ γέννησις. ὁμοίως καὶ ἡ τῆς ἀγάπης ἐκ τῆς θελήσεως πρόοδος ἐμφανεστέρα ἐστὶν εἰκὼν τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ προόδου τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἢ αὕτη ἡ τοῦ σωματικοῦ πνεύματος πρόοδος. ὥστε ἀπὸ τῆς ψυχῆς τὴν εἰκόνα λαμβάνοντες, οἰ-



adeò neceſſe ſit, utramque illam divinæ Menti adeſſe, uti probatum eſt; ſitque intellectionis proceſſio, Sermonis ſeu Verbi Filiique operatio, ſupereſt alteram (Dilectionis ſcilicet ac Charitatis) eſſe Spiritus ſancti, eſſeque Spiritum ſanctum divinam Dilectionem ac Charitatem, qua Deus ſeipſum diligit.

Tale igitur etiam in ſancta Trinitate Auguſtini, ac ſequacium Doctorum, exemplum; eſtque reliquis connaturalius ac magis appoſitum. Nam cùm omnes Theologi, Patrem dicant ac Filium ſic ſe inter ſe quadam proportione habere, ac ſe habent mens ac verbum; alii quidem ferè omnes Deum Verbum comparant cum verbo, quod apud nos ore profertur; at Auguſtinus, in interiori verbo ac quod in animo reſidet, aſſumit ſimilitudinē. Illic enim tum eſſe ad imaginem poſitum eſt, tum prima ratio ac ſermo, qua rationales (ſermonis ſcilicet & verbi ac rationis compotes) ſumus pariter ac vocamur, ſive in corpore verſamur, ſive non. Quod verò ſic extrà verbum fluit, interioris ſignum eſt, diverſaque ab illo ratione eodem ipſo nomine cenſetur. Siquidem enim ex verbo illo prolatitio rationales & ad Dei imaginem diceremur, reliquum foret neque omnino rationales, neque ad Dei imaginem dicendos, cùm poſt mortem verbum quod ore profertur minimè habituri ſumus, nec aëreum iſtum ſpiritum trahemus.

*Libr. 5. de Trinit.*

*Ex verbo mentis & interiori, aptior comparatió.*

Verbum itaque interius citra omnem comparationem nobilius eſt: decet verò ut ab iis quæ nobiliora ſunt ac convenientiora, divinorum ſimilitudines ducamus. Ac quidem quæ alii afferunt, duntaxat imago ſunt; quæ verò Auguſtinus, etiam magnam ſimilitudinem habent; ut & Infidelis inde ad intelligentiam Trinitatis provehatur; qui nec audire quę ſunt divinæ Scripturæ ſuſtineat; dummodò probo animo ſit, pollenſque ingenio, contentioni minimè ſtudeat. Admodum enim cogit, cùm præterea etiam conſentiat divinæ Scripturæ. Quinimmo ex illa potiſſimùm habet probationes: Ac cui libuerit, ejus rei teſtimonia, in iis libris quos ſcripſit beatus Auguſtinus de Trinitate, invenerit.

*Verbi interioris vis & Amoris, ſuadenda fide Trinitatis.*

Enimvero quandiu quis Verbum Filium eſſe inficiari non poterit, is neque Patrem verè Mentem dicere recuſabit; non qualis apud nos mens eſt, ſive Angelica; ſed divina & infinita, ac quæ omnibus mentibus infinitè emineat; cujus tamen, mens humana exemplum ac imago quædam exiſtat. His conſequens fit, ut & Dilectionem neceſſariò ponamus in Deo. Eſt enim hæc utentium ratione proprietas, uti dictum eſt. Sed & verbi ex mente proceſſio, clariùs manifeſtat eam proceſſionem, idcirco quod ſine paſſione ac materiæ expers exiſtat, quàm carnalis hæc generatio. Similiter quoque Dilectionis ex voluntate proceſſio, manifeſtior imago eſt proceſſionis ſpiritus ſancti ex Deo, quàm corporalis hæc Spiritus proceſſio. Quamobrem penes animum ſumendo imaginem, convenientius divinam Mentem, Verbum-

*Mens & Verbum in Deo magis propria nomina, quàm Pater & Filius.*

que ac Dilectionem appellabimus, quàm à corpore nuncupando, Patrem & Filium & Spiritum. Quia tamen in Deo Verbum verè exiſtens eſt & perfectum parique ſubſtantia, ei, ex quo proceſſit, Filius nuncupatur, conſueto nobis loquendi genere. Quocirca etiam antiqui pietatis Magiſtri, ac potiſſimum Magnus Athanaſius in iis, quæ adverſus Arium ſcripſit, eos qui dicerent eſſe Filium ac Spiritum Patre poſteriores, in eam adigebât abſurditatem, ac ſi Deum mentis expertem ac voluntatis aſſererent. Hoc enim illi abſurdius ducebant, quàm ſi abſque Filio ac Spiritu dicerent. Nam hoc quoque cuivis ſubſtantiæ immateriali tribuetur. Liquet igitur convenientius vocari Deum Mentem ac Voluntatem, quàm Patrem ac Spiratorem. Porro ſummæ rem abſurditatis habebant, inferri Deum Mente carere ac Voluntate, inde ſcilicet quod Filius ac Spiritus poſterius Patre exiſtere ponebantur; quod nimirum mens neceſſariò verbum habeat ac ſermonem; nec mens ulla ſit quæ illo careat. Qui item voluntate præditus eſt, cùm ratione utatur atque ſermone, omnino dilectionem habet ſeu amorem: Bruta enim ac muta animalia, cùm ſermonem ac verbum ſeu rationem non habeant, neque id velle rite dicâtur, in quod appetitu incitâtur. Movêtur enim naturali vi atq; inſtinctu. Ac rurſus qui volês eſt, is nûquâ fiat, quin dilectionem ab ipſo procedentem habeat. Dilectio enim à voluntate procedit.

*Orat. 2. contra Arian. p. 331*

*Carere Mente & Verbo Deum, abſurdius quàm non eſſe Patrē aut Filium.*

*Voluntas ſolùm intelligentiū.*

Cæterum habet Deus Verbum ac Spiritum, ut qui habeat ſeipſum. Alioqui enim, eò quod habeat, alicui in mentem veniet eſſe illum compoſitum. Quin hoc quoque dicitur, Habere Filium Patrem; ac ſimiliter habere Spiritum, quo Auctore producitur. Igitur quod attinet ad vim vocis hujus *habere*, non magis erit Pater habens, quàm qui habeatur. Quin hoc quoque Eccleſiæ in confeſſo eſt, divinas Perſonas quaſi circuitu quodam inter ſe recurrere, ſibique immeare: Non tamen inde ſequetur confuſio. *Non enim*, inquit Gregorius Theologus, *ut quaſi coaleſcant ac miſceantur, ſed ut cohæreant.* Sive etiam ut locutus eſt Gregorius Nyſſenus, cujus & ſuperius allata auctoritas eſt, *Secundum aliam atque aliam rationem, alter in altero eſſe dicitur; Filius ſcilicet in Patre, velut imaginis decor in principe forma ac exemplari: Paterque in Filio, velut exemplaris decor ac ſpecies in ſua imagine.*

*Habere in divinis Perſonis & haberi.*

*Circumінceſſio Perſonarum.*

*Orat. 32. p. 250. Adver. Eunom.*

Quod ſi hîc Auguſtinus Spiritum ſanctum ut eſt dilectio à Patre dixit ex voluntate; reliqui verò Sancti Filium Patris Voluntatem ac conſilium dixerunt, quæ & ſuperius expoſuimus; Veluti nimirum Damaſcenus, *Non eſt Patri Verbum, Sapientia, Virtus, Voluntas alia quam Filius.* Divinus verò Cyrillus in Theſauris, *Filius, viva eſt & ſubſtantialis Patris Voluntas.* Magnus item Athanaſius, *Divina ſubſtantia neque cœpit, neque deſinit. Neque ergo cœpit divina Imago, aut ve deſiit: Voluntas autem & cœpit & deſinit.* Hæc illi quod dicant, haud turbari oportet; quòd Sanctorum ſententiæ ſint; ſitque hominum ratione utentium, ac qui piè ſentire velint, ut quæ dicta ſint à San-

*Libr. 1. de Fid. c. 13. Theſ. l. 21. p. 212. Dialog. 1. cum Anom. qui & Maximo adſcribitur.*

A κυριώτερος προσαγορεύομεν τὸν θεῖον Νοῦν καὶ Λόγον καὶ Ἀγάπην, ἢ ἀπὸ τοῦ σώματος Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα αὐτὸν ὀνομάζοντες. ὅμως ἐπεὶ ὁ Λόγος ἐκεῖ ὑφεστὼς ἐστι καὶ τέλειος καὶ ἴσος τὴν οὐσίαν, τῷ, ἀφ᾽ οὗ προῆλθεν, Υἱὸς ὀνομάζεται, κατὰ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης διαλέξεως ἔθος. διὸ καὶ οἱ ἀρχαῖοι τῆς εὐσεβείας διδάσκαλοι, καὶ μάλιστα ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν τοῖς κατὰ Ἀρείου, τοὺς λέγοντας ὕστερα τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, εἰς τοῦτο ἀπῆγον τὸ ἄτοπον, ὥσπερ ἂν εἰ ἔλεγον ἄνουν καὶ ἀθελῆ τὸν Θεόν. τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἀτοπώτερον τι δημιουργοῖς ἐδόκει, ἢ ἄπαιδα καὶ ἄπνουν. καὶ γὰρ τοῦτο καὶ ἑκάστη τῶν B ἀΰλων οὐσιῶν συγχωρηθήσεται. ὥστε δῆλον, ὡς μᾶλλον ἁρμόσει Νοῦν καὶ Θέλησιν τὸν Θεὸν λέγειν, ἢ Πατέρα καὶ Πνέοντα. ἐδόκει δὲ αὐτοῖς ἀτοπώτατον, ἄνουν καὶ ἀθελῆ τὸν Θεὸν συνάγεσθαι, ἀπὸ τοῦ τιθέναι τοῦ Πατρὸς ὕστερα τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα· ἐπεὶ ὁ νοῦς, καὶ λόγον ἔχει ἀναγκαίως· καὶ οὐκ ἂν εἴη νοῦς λόγον οὐκ ἔχων. καὶ ὁ θέλων, λογικὸς ὤν, ἀγάπην πάντως ἔχει ἢ ἔρωτα. τὰ γὰρ ἄλογα λόγον οὐκ ἔχοντα, οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιντο τοῦτο θέλειν εἰς ὅπερ ἂν ὁρμῶσιν. φυσικῇ γὰρ δυνάμει πρὸς τοῦτο κινοῦνται. καὶ πάλιν θέλων, οὐκ ἂν εἴη ἀγάπην οὐκ ἔχων ἐξ ἑαυτοῦ προϊοῦσαν. ἡ γὰρ ἀγάπη, ἀπὸ θελήσεως πρόεισι.

Ἔχει μέντοι ὁ Θεὸς Λόγον καὶ Πνεῦμα, ὡς ἑαυτὸν ἔχων. εἰ γὰρ, διὰ τὸ ἔχειν, σύνθεσιν τις ὑπονοήσει. ἀλλὰ λέγεται καὶ τοῦτο, ὅτι ὁ Υἱὸς C ἔχει Πατέρα· ὡσαύτως δὲ καὶ Προβολέα τὸ Πνεῦμα. οὐ μᾶλλον οὖν ἔσαι ὁ Πατὴρ ἔχων, ἢ ἐχόμενος κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ἔχειν. καίτοι καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ἐκκλησίας ὁμολογεῖται, τὸ, τὰς θείας ὑποστάσεις εἰς ἀλλήλας περιχωρεῖν· ἀλλ᾽ οὐ παρὰ τοῦτο σύγχυσις ἕψεται· Οὐ γὰρ ὥστε συναλείφεσθαι, Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησιν, ἀλλ᾽ ὥστε ἔχεσθαι. ἢ καὶ ὡς ἔχει τὸ τοῦ Νύσσης, ὃ καὶ πρότερον ἐλέγομεν, ὅτι κατ᾽ ἄλλην καὶ ἄλλην ἐπίνοιαν ἑκάτερος ἐν τῷ ἑτέρῳ εἶναι λέγεται· ὁ μὲν Υἱὸς ἐν τῷ Πατρὶ, ὡς τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος κάλλος ἐν τῇ ἀρχετύπῳ μορφῇ· ὁ δὲ Πατὴρ ἐν τῷ Υἱῷ, ὡς ἐν τῇ εἰκόνι αὐτοῦ τὸ πρωτότυπον κάλλος.

Εἰ δὲ ἐνταῦθα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡς ἀγάπη παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀπὸ θελήσεως τῷ Αὐγουστίνῳ εἴρηται· ἄλλοι δὲ τὸν Ἁγίων βούλησιν καὶ θέλησιν τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς εἶπον, ἃ καὶ πρότερον D ἐξεθέμεθα. οἷον ὁ μὲν Δαμασκηνὸς, Οὐκ ἔστι τῷ Πατρὶ λόγος, σοφία, δύναμις, θέλησις, εἰ μὴ ὁ Υἱός. ὁ δὲ θεῖος Κύριλλος ἐν τοῖς Θησαυροῖς, Ὁ Υἱός ἐστιν ἡ ζῶσα καὶ ἐνούσιος τοῦ Πατρὸς βούλησις. ὁ δὲ μέγας Ἀθανάσιος, Ἡ μὲν οὐσία τοῦ Θεοῦ οὔτε ἤρξατο οὔτε παύεται. οὔτε ἄρα ἤρξατο ἡ εἰκὼν, οὔτε ἐπαύσατο. ἡ δὲ θέλησις, καὶ ἄρχεται καὶ παύεται. εἰ ταῦτα λέγοιεν, οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι. Ἁγίων γάρ εἰσιν ἀποφάσεις, καὶ ἔστι λογικῶν ἀνθρώπων καὶ εὐσεβεῖν βουλομένων, τὸ τὰ παρὰ τῶν Ἁγίων εἰ-

ρημένα, πάντα ἀσπάζεσθαι· καὶ μὴ καθάπερ ὤνια, τὸ μὲν ἀπορρίπτειν, τὸ δὲ ἐκκρίνειν· ἀλλὰ πάντα δεχομένοις καὶ φυλάττοντας ὡς τοῦ Πνεύματος φωνὰς, οὕτω προσῆκον ἐπιχειρεῖν ἐξηγεῖσθαι, ὥστε καὶ ταῖς περὶ Θεοῦ κοινοτάταις ἐννοίαις καὶ ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁγίων συμφωνεῖν· μόνον εἰ περὶ τῆς ἐκείνων ἁγιωσύνης ἀμφιβολίαν οὐδεμίαν ἔχομεν. ὅπερ ἀναγκαῖον ἐκείνοις τηρεῖσθαι, καὶ μὴ διὰ τὴν ἑαυτῶν βούλησιν οὕτω τὰ τῶν ἁγίων ἐκλαμβάνοντας, ὡς ποιεῖν ἐκείνους ἀλλήλοις πολεμεῖν δοκεῖν, καὶ ὑφ' ἑαυτῶν ἀνατρέπεσθαι. οὐ γὰρ ἂν εἰκότως νομίζοιντο ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις ἐναντιοῦσθαι. τοῦτο γὰρ οὐδὲ τοῖς ὁπωσοῦν λογικοῖς τῶν ἀνθρώπων ἁρμόζει, μήτοιγε δὴ τοῖς ἁγίοις, οἳ πάντα ἐξέθεντο ὑπὸ τοῦ ἁγίου κινούμενοι Πνεύματος· ὥστε τούτοις ὡς διδασκάλοις εὐσεβείας τοὺς ἀνθρώπους προσέχοντας, καὶ δι' αὐτῶν τῆς ἀληθείας ἐπιτυγχάνοντας, οὕτω συνημμένους ἐν τῷ Χριστῷ γίνεσθαι.

Περὶ μὲν οὖν τῶν τοῖς ἁγίοις εἰρημένων, οὕτω χρὴ γνώμης ἔχειν, καὶ τοιούτῳ χρῆσθαι ἐπὶ πάντων κανόνι. εἰ δὲ μὴ, ἄμεινον λέγειν τὴν τῶν λεγομένων μὴ συνιέναι διάνοιαν, ἢ ἀνατρέπειν τὰς ἀξιολόγους περὶ Θεοῦ ὑπολήψεις, ὡς ὁ μέγας ἔφη Βασίλειος. ἐνταῦθα δέ ἐστι λέγειν, ὡς τὸ αὐτὸ κατὰ διαφόρους ἀποβλέψεις, ἄλλως καὶ ἄλλως οἱ ἅγιοι ἀποδιδόασιν· ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν, ὡς Λόγος ἐκ Νοῦ· κατὰ τοῦτο καὶ θέλησιν ἐκ θελήσεως εἶπον, ὡς ὁ Θεολόγος Γρηγόριος λέγει, Τῷ Πατρὶ γέννησίς ἐστιν, ἡ τοῦ γεννᾷν θέλησις, καὶ βούλησις ἐκ βουλήσεως· καθ' ὃν δὴ τρόπον εἶπον σοφίαν ἐκ σοφίας τὸν Υἱὸν, καὶ δύναμιν ἐκ δυνάμεως. τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν, ὡς ἀπὸ θελήσεως ἡ ἀγάπη. διὰ τοῦτο γάρ ἐστι καὶ πρόοδος διάφορος. ἡ δὲ κτίσις, ὡς ἀπὸ μιᾶς βουλήσεως τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· μία γὰρ τῶν τριῶν ἐπὶ τῶν κτισμάτων ἡ θέλησις.

Τοῦτο δέ ἐστιν, ὅπερ καὶ ὁ θεῖος Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Ἀνόμοιον διαλέξει φησίν. ἐκείνου γὰρ εἰπόντος, Εἰ ἄλλοις ὁ Θεὸς γεννᾷ καὶ ἄλλοις κτίζει, σύνθετός ἐστιν. ἀποκρίνεται, Οὐ λέγω ἄλλοις γεννᾷ καὶ ἄλλοις κτίζει· ἀλλὰ, ἄλλως γεννᾷ καὶ ἄλλως κτίζει. τὸ μέντοι θεῖον Πνεῦμα ὡς Ἀγάπη παρὰ τοῦ Πατρὸς ὂν, ἰδιαίτερόν τινα λέγεται τρόπον. ἀναφορικὸν γάρ ἐστιν ἡ Ἀγάπη· διὸ καὶ πρόσωπον ἐστίν. οὐ γὰρ ὥσπερ ἡ ἀγαθότης, ἢ ἡ παντοκρατορία, ἢ ἡ πρόνοια, ἃ πρὸς τὴν κτίσιν τὴν ἀναφορὰν ἔχουσι, καὶ οὐκ ἔσω αὐτοῦ· ἀλλ' οὕτως ἐστὶν Ἀγάπη τὸ ἐκπορευόμενον ἀναφορικῶς. καὶ ὥσπερ ὁ Λόγος ἐκ Νοῦ ἀναφορικῶς λέγεται, καίτοι τοῦ ὅλου Θεοῦ κοινῶς καὶ ἀπολελυμένως λόγου λεγομένου καὶ νοῦ· καὶ Ἀγάπη δὲ λέγεται. Ὁ γὰρ Θεός, φησιν, Ἀγάπη ἐστίν. ἀλλ' ὅμως ἰδίως καὶ ἀναφορικῶς, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς κεῖται, τὸ



A ctis, omnia amplectantur; nec ſicut in eis quæ væneunt, alia quidem rejiciant, alia verò ſeligant; ſed cuncta recipientes ac cuſtodientes velut Spiritus voces, ſic operæpretium exponere ſatagant, ut & cõmuniſſimis de Deo conceptionibus & principiis fidei, nec non Sanctorum multitudini conſentiant: ſic tamen, dum eorum nobis Sanctimonia nulla ſuſpicione laboret. Quod illis ſervemus neceſſe eſt; non ſic noſtro, Sanctorum ſententias verbaque, uſurpemus conſilio, ut alios aliis committere videamur, ac velut qui ſe mutuò evertant, inducere. Non enim æquum eſt, ut ſibi invicem adverſari exiſtimentur Id enim nec iis hominibus ſatis congruat, quibus tantiſper rationis lux affulgeat; B tantum abeſt ut Sanctis, qui motore Spiritu cuncta expoſuerunt: quò ſcilicet homines, illis tanquam pietatis Magiſtris animum adhibentes, ac per eos veritatem nanciſcentes, in hunc modum in Chriſto necterentur.

*Sanctorum dicta amplectẽda & exponenda.*

*Sanctorum ab Spiritu doctrina, eiuſque finis.*

De his igitur quæ Sanctis dicta ſunt, ita ſentiendum, talique in omnibus utendum regula eſt. Sin minus, præſtat, ut dicamus nos non intelligere eorum quæ dicuntur ſententiæ vim, quàm ut convenientes exque ratione de Deo ſententias evertamus, uti ait Magnus Baſilius Hîc autem poſſumus dicere, Sanctos, ſecundum diverſus reſpectus idem alia atque alia ratione declarare. Nam C Filius quidem ex Patre eſt, tanquam Verbum ex Mente. Secundum hanc conſiderationem etiam Voluntatem ex Voluntate dixerunt, quemadmodum ait Gregorius Theologus, *Patri generatio, gignendi voluntas eſt, ac Voluntas ex Voluntate.* Secundum quem utique modum, Filium Sapientiam ex Sapientia dixerunt, ac Virtutem ex Virtute. Cæterum Spiritus ſanctus ex Patre eſt, velut Dilectio à Voluntate: idcirco etiam diſtincta proceſſio eſt. Creatura verò, tanquam ab una voluntate, à Patre eſt & Filio & Spiritu ſancto. Vna enim eſt trium Perſonarum, quod attinet ad creaturas, voluntas.

*Baſil.* *Greg.*

Id verò eſt, quod & beatus Maximus ait, in diſputatione cum Anomœo. Nam cùm ille dixiſſet, *Si Deus aliis gignit, atque aliis condit, compoſitus eſt*; reſpondet, *Non dico aliis gignere, atque aliis condere; ſed, Aliter gignere, aliter condere.* D Cæterum divinus Spiritus, qui ſit à Patre Dilectio & Charitas, peculiari quodam modo dicitur. Eſt enim Dilectio ac Charitas nomen relationem habens: unde & Perſona eſt. Non enim ſicut bonitas, aut vis tenens omnia ac conſervans, aut providentia, quæ relationem habent ad creaturam, nec ſunt in ipſo Deo; ſed ſic eſt Dilectio ac Charitas, quod relatè procedit. Ac ſicut Verbum ex Mente relatè dicitur; quanquam Verbum ſeu ſermo de toto Deo communiter & abſolutè dicatur; etiam Dilectio ac Charitas dicitur. *Deus enim*, inquit, *Charitas eſt.* Propriè tamen ac relatè, alterum de Patre dicitur, nempe Mens; alterum de Filio, ſcilicet Verbum; alterum de Spiritu, nimirum Charitas & Dilectio.

*Dial. 1. qui & Athan. tribuitur.*

*Dilectio communiter & relatè.*

*1. Ioan 4 8*

*Mens & Verbum.*

Per hunc modum, etiam Spiritus mens dicatur, ea ratione qua eſt Deus; velut eſt iſtud moduli.

*Tu Vita, Amor, Lux, Mens.*

Similiter etiam Filius. Non tamen ſic relatè dicitur, ut ea quæ ſunt ad Aliquid; ita nimirum ut & Verbum à Filio procedat, vel ex Spiritu. Niſi enim ſic ſe res haberet, vetaret nihil quin unus Deus in plures Perſonas procederet, quod Trinitatis rationi adverſatur. Quicquid verò vel Trinitatis, vel Vnitatis rationem convellit, procul amandandum eſt.

Similiter Deus Sapientia abſolutè dicitur; ac neceſſe eſt iſtud nomen commune eſſe Patri & Filio, nec non etiam Spiritui. Quæ enim per Verbum Sapientia elucet, quæ eſt ipſum Verbum, Patris ſubſtantia eſt. Patris autem ſubſtantia ſeu eſſentia, ipſi Filioque communis eſt. Peculiarius tamen Sapientia tribuitur Filio; cúmque una numero ſit, uti dictum eſt, Patris Filiique Sapientia, non tamen genita Sapientia eadem eſt atque gignens, quod nempe ad hoc attinet quod eſt genitam eſſe. Hoc verò etiam antè dictum eſt.

Sapientia.

Quod verò diximus Auguſtini exemplum, ſuas ex Scriptura probationes habere, verum eſt. Longè enim ante Auguſtinum, divina Scriptura hoc dixit, in Catholica Ioannis Theologi. Hic enim dicendo, *Deus Charitas eſt*, videtur quidem ſic ſimpliciter & abſque diſtinctione Deum dixiſſe, ac ſi diceret, Verè eum dixiſſe. Conſonat enim hoc communi de Dei exiſtimationi. Ipſe enim & Charitas & Sapientia & omne bonum exiſtit. Volens tamen clarius mentem ſuam aperire, quem Deum indiſtinctè dixerat Charitatem, eum etiam ex Deo eſſe adjungit. Dicto enim, *Chariſſimi, diligamus invicem, quia Charitas ex Deo eſt*; adjecit, *Et omnis qui diligit, ex Deo natus eſt*. Quibus oſtendit, eam ſe Charitatem Deum dixiſſe, quam ex Deo dixerat. Eſt igitur Charitas, Deus ex Deo. Ait enim, *Quod Deus eſt Charitas*, &, *Quod Charitas ex Deo eſt*; ac denique, *Quod qui diligit, ex Deo natus eſt*. Quonam verò modo, is qui diligit ex Deo naſcatur, paulò poſt dicit. Verùm illud, *Deus ex Deo*, eſſe ex aliquo ſignificat. Id verò Patri minimè congruit; quippe cùm immunis à cauſa ſit; hoc eſt, à nullo eſſe habeat. Supereſt igitur ut vel Filio vel Spiritui ſancto conveniat. Atqui Spiritui ſancto id adſcribit. Ac liquet. Sequentibus enim facta mentione Dei Dilectionis, non qua nos eum diligamus, ſed qua ipſe dilexit nos, *Miſit Filium ſuum*, inquit, *propitiationem pro peccatis noſtris*. Hinc docuit & modum quo nos invicem diligamus; ac quod ſic diligamus, Deum in nobis manere; viciſſimque Deum diligentes, invicem diligere atque in eo manere. Cogi-

1. Ioan. 4. 8

v. 7.

v. 10.

Νοῦς· τὸ δὲ Λόγος, ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ· ἡ δὲ Ἀγάπη, ἐπὶ τοῦ Πνεύματος. κατὰ τοῦτο καὶ νοῦς τὸ Πνεῦμα λέγοιτ' ἂν ὡς Θεός· ὡς ἔχει τὸ ᾀδόμενον ἐκεῖνο.

Σὺ ζωὴ, ἔρως, φῶς, νοῦς.

Ὡσαύτως καὶ ὁ Υἱός. ἀλλ' οὐ λέγεται οὕτως ἀναφορικῶς κατὰ τὰ πρός τι, ὥστε καὶ λόγον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἢ ἐκ τοῦ Πνεύματος προϊέναι. εἰ μὴ γὰρ οὕτως ἦν, οὐδὲν ἐκώλυεν εἰς πολλὰ πρόσωπα τὸν ἕνα Θεὸν προχωρεῖν, ὅπερ τῷ τῆς τριάδος λόγῳ ἐναντιοῦται. καὶ πᾶν ὃ τὸν τῆς τριάδος ἢ τὸν τῆς μονάδος διασείει λόγον, ἀπορριπτέον.

Ὡσαύτως ὁ Θεὸς καὶ Σοφία λέγεται ἀπολελυμένως, καὶ τὸ ὄνομα τοῦτο ἀνάγκη κοινὸν εἶναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ δὴ καὶ Πνεύματι. ἡ γὰρ διὰ τοῦ λόγου ἐκλάμπουσα σοφία, ἥ τις αὐτὸς ὁ Λόγος ἐστὶν, ἡ τοῦ Πατρὸς ἐστὶν οὐσία. ἡ δ' οὐσία τοῦ Πατρὸς, αὐτῷ καὶ τῷ Υἱῷ ἐστι κοινή. ἀλλ' ὅμως ἰδιαίτερόν τινα τρόπον ἀποδίδοται τῷ Υἱῷ ἡ σοφία· καὶ μία οὖσα τῷ ἀριθμῷ σοφία, ὡς εἴρηται, τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὅμως οὐκ ἔστιν ἡ γεννωμένη σοφία ἡ αὐτὴ τῇ γεννώσῃ, δηλαδὴ κατὰ τὸ γεννᾶσθαι. ταῦτα δὲ καὶ πρότερον εἴρηται.

Ὅτι δὲ εἴπομεν τὸ τοῦ Αὐγουστίνου παράδειγμα ἐκ τῆς γραφῆς ἔχειν τὰς ἀποδείξεις, ἀληθές ἐστι. πολλῷ γὰρ αὐτοῦ πρότερον ἡ θεία γραφὴ τοῦτο φησὶν, ἐν οἷς ὁ Θεολόγος Ἰωάννης διδάσκει. οὗτος γὰρ εἰπὼν, Ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστὶ, δοκεῖ μὲν οὕτως ἁπλῶς ἀδιακρίτως τὸν Θεὸν εἰρηκέναι, ὅπερ ἂν ἔλεγεν, ἀληθῶς ἂν εἶπε. σύμφωνον γὰρ τοῦτο τῇ κοινῇ περὶ Θεοῦ δόξῃ. αὐτὸς γάρ ἐστι καὶ ἀγάπη καὶ σοφία καὶ πᾶν ἀγαθόν. ὅμως βουλόμενος καθαρώτερον τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐκφῆναι, ὃν Θεὸν ἀπροσδιορίστως εἶπεν Ἀγάπην, τοῦτον καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι προσέθηκεν. εἰπὼν γὰρ, Ἀγαπητοὶ, ἀγαπῶμεν ἀλλήλους, ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ἐπάγει, Καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· ἐκ τούτων ἐδήλωσεν ἑαυτὸν ἐκείνην εἰρηκέναι Ἀγάπην τὸν Θεὸν, ἣν ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶπε. Θεὸς οὖν ἐκ Θεοῦ ἐστιν ἡ Ἀγάπη. εἶπε γὰρ, Ὅτι ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὅτι ἡ Ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι· καὶ ὅτι ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. πῶς δὲ γεννᾶται ὁ ἀγαπῶν ἐκ τοῦ Θεοῦ, μετὰ μικρὸν ἐρεῖ. ἀλλὰ τὸ, Θεὸς ἐκ Θεοῦ, τὸ εἶναι ἔκ τινος δηλοῖ. τοῦτο δὲ τῷ Πατρὶ οὐχ ἁρμόζει· ἀναίτιος γάρ ἐστι· τουτέστιν ἀπ' οὐδενός. λείπεται ἢ τῷ Υἱῷ ἢ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσήκειν. ἀλλὰ μὴν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τοῦτο προσέθηκεν. δῆλον δέ. ἐφεξῆς γὰρ τὴν ἀγάπην τοῦ Θεοῦ ἀναμνήσας, οὐ καθ' ἣν ἡμεῖς αὐτὸν, ἀλλὰ καθ' ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς, Ἀπέστειλε τὸν Υἱὸν αὐτοῦ φησιν ἱλασμὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. ἐντεῦθεν ἐδίδαξε πῶς καὶ ἡμεῖς ἀλλήλους ἀγαπῶμεν· ἀλλήλους δὲ ἀγαπῶντες, ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν μένει· καὶ ἀντιστρόφως, τὸν Θεὸν ἀγαπῶντες, ἀλλήλους ἀγαπῶ-

μεν, καὶ οὕτως ἐν τῷ Θεῷ μένομεν. ἐννοοῦντες γὰρ ὁπόσον ὁ Θεὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, ἐπιστρεφόμεθα πρὸς τὸ ἀνταγαπᾶν αὐτόν· καὶ οὕτως ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. ἀδύνατον γὰρ τὸν ἀγαπῶντα τὸν Θεὸν, μὴ καὶ τὸν πλησίον φιλεῖν. διὸ καὶ ἔλεγεν, Ὁ ἀγαπῶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται· τῆς Ἀγάπης δηλονότι, ἣν ἐκ Θεοῦ Θεὸν ἔφη. καὶ φησὶν, Ἡμεῖς δὲ ἀγαπῶμεν, ὅτι αὐτὸς πρότερον ἠγάπησεν ἡμᾶς.

Ἐδίδαξεν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι ἡ Ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ποιεῖ ἡμᾶς αὐτόν τε Θεὸν καὶ ἀλλήλους ἀγαπᾶν· καὶ οὕτως ἐν τῷ Θεῷ μένειν καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν. τοῦτο δὲ καὶ κατιὼν καθαρώτερον σαφηνίζει. εἰρηκὼς γὰρ τὸν Θεὸν Ἀγάπην, ἐπάγει, Ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, ἐξ οὗ δέδωκεν ἡμῖν, ποιεῖ ἡμᾶς ἐν τῷ Θεῷ μένειν, καὶ αὐτὸν ἐν ἡμῖν. ὥστε ὃ πρότερον τῆς Ἀγάπης ἔργον ἔφησεν εἶναι, λέγω τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῶν ἐν ἀλλήλοις μονὴν, τοῦτο νῦν τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἶπεν. τὸ Πνεῦμα ἄρα τὸ ἅγιον ἐστὶν ἡ Ἀγάπη, ἣν Θεὸν εἶναι καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ εἴρηκεν· καὶ ἐξ ἧς γεννᾶσθαι τοὺς ἀγαπῶντας εἶπεν. αὐτὸ οὖν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δηλοῦται, ἔνθα ἀναγινώσκομεν, Ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστίν.

Ὁ Θεὸς τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἐπειδὰν δοθῇ τῷ ἀνθρώπῳ· ὅτι γὰρ δίδοται καὶ ἀποστέλλεται, οὐδεὶς ἀντερεῖ, τοῦ Κυρίου λέγοντος, Ὅταν ἔλθῃ ὁ Παράκλητος, ὃν ἐγὼ πέμψω· καὶ, Ὃν πέμψει ὁ Πατὴρ ἐν τῷ ὀνόματί μου. τοῦτο οὖν ἐπειδὰν τῷ ἀνθρώπῳ δοθῇ, ὡς αὐτὸς ὁ ἀποστέλλων οἶδε, καὶ αὐτὸ τὸ ἀποστελλόμενον ἅγιον Πνεῦμα, ὅπερ ὅπου θέλει πνεῖ, ἀνάπτει τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγάπην καὶ τοῦ πλησίον· καὶ τότε ἀληθῶς ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννᾶται, τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν δηλονότι, οὐδένα μισῶν, οὐδὲ λογιζόμενος τὸ κακόν. καὶ αὐτὸ διδόμενον παρὰ τοῦ Πνεύματος ἀγάπη ἐστίν. Ἡ γὰρ ἀγάπη, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν. διὸ καθώς φησιν Αὐγουστῖνος, καὶ δῶρον τοῦ Θεοῦ ὀρθότατα καλεῖται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεὸς ὂν καὶ χάρισμα· ὃ καὶ ὁ μέγας Βασίλειος φησί. χάριν γὰρ τελειοποιὸν καὶ χάρισμα υἱοθεσίας αὐτό φησι καὶ ἀῤῥαβῶνα τῆς μελλούσης κληρονομίας. καὶ τοῦ Υἱοῦ δὲ δωρεὰν ὁ θεῖος Κύριλλος εἶπεν· ὃ δὴ δῶρον ὁ αὐτὸς Αὐγουστῖνος φησί, τί πλὴν ἕτερον κυρίως νοητέον, εἰ μὴ τὴν Ἀγάπην τὴν πρὸς Θεὸν προσάγουσαν, καὶ ἧς χωρὶς πᾶν ὅτι οὖν Θεοῦ χάρισμα οὐ προσάγει πρὸς τὸν Θεόν.

Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ἀγάπη καὶ δῶρον καὶ δωρεὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καλεῖται, πολλὰς τίθησιν παρὰ τῆς γραφῆς μαρτυρίας, καὶ τέλος ῥητῶς οὕτως ἐπάγει, Σφόδρα μακρὸν ἀναλέγεσθαι πάσας. καὶ ἄλλως δὲ, τί ποτ' ἂν ἀποχρήσειε τοῖς ἅπερ ἔφημεν μὴ ἀποχρῶντα. τοῦτο γε μὴν χρὴ τούτους διδάξαι, ὡς ὁπότε δῶρον Θεοῦ ἤδη συνορῶσιν εἰρῆσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐπειδὰν ἀκούωσι δῶρον τοῦ ἁγίου Πνεύ-

A tantes enim quantum nos Deus dilexerit, convertimur ut eum viciſſim, aliique alios diligamus. Non enim fieri poteſt, ut qui Deum diligit, non etiam proximo amicitia jungatur. Idcirco aiebat, *Qui diligit, ex Deo natus eſt*; nempe ex Charitate, quam dixit eſſe Deum ex Deo. Vnde & ait, *Nos autem diligamus, quia ipſe prior dilexit nos.* v. 7. v. 19.

Docuit igitur ex iis quæ dicta ſunt, Dei Dilectionem hoc præſtare, ut nos Deum atque invicem diligamus, atque in eum modum in Deo maneamus, & Deus in nobis. Id verò clarius in ſequentibus exponit. Cùm enim dixiſſet, Deum Charitatem eſſe, ſubjungit, *In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.* (v. 13.) B Igitur Spiritus ſanctus, ex quo dedit nobis, facit ut in Deo maneamus, & ipſe in nobis. Quamobrem quod prius dixit Charitatis opus (nempe ut in Deo maneamus, ac viciſſim Deus in nobis) hoc nunc ſancti Spiritus dixit. Ergo Spiritus ſanctus eſt Charitas, quam Deum eſſe & ex Deo dixerat. Ipſe igitur Spiritus ſanctus ſignificatur, ubi legimus, *Deus Charitas eſt.*

Spiritus ſanctus, Deus ex Deo.

Deus igitur Spiritus ſanctus ex Deo procedens, cùm homini datus fuerit (dari enim eum & mitti, nemo eat inficias, dicente Domino, *Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam.* Et, *Quem mittet Pater in nomine meo*) Cùm inquam, Spiritus homini datus fuerit, ut novit ipſe qui mittit, & ipſe qui mittitur, Spiritus ſanctus, *qui ubi vult ſpirat*, in Dei ac proximi dilectionem hominem accendit; tuncque verè ex Deo naſcitur, ſpirituali ſcilicet regeneratione, qui neminem oderit, nec cogitet malum. Atque id quod ab Spiritu datur, Charitas eſt. *Charitas*, enim, inquit, Apoſtolus, *effuſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Idcirco etiam, ut ait Auguſtinus, *Spiritus ſanctus, Dei donum appellatur* (*cùm ſit Deus*) *& chariſma*; quod etiam ait Magnus Baſilius. Gratiam enim perficientem & adoptionis chariſma vocat, ac futuræ arrhabonem hæreditatis. Cyrillus quoque, Filii donum vocavit: *Quod utique donum*, inquit idem Auguſtinus, *quid nam aliud propriè intelligatur, quam Dilectio ad Deum adducens, ac extra quam, quodvis aliud donum ac chariſma dixeris, ad Deum non adducit.*

Ioan. 15. 26 & 14. 26. C Ioan. 3. 8. 1. Cor. 13. 5. Rom. 5. 5.

Spiritus ſanctus donum & chariſma.

D Vna Charitas ad Deum adducit, & ſine ea nihil.

Quod verò Spiritus ſanctus Charitas & donum munuſque appelletur, multas ex Scriptura affert auctoritates, ac tandem ſic ad verbum addit, *Valde longum omnes recenſere. Præterea verò*, *Quinam etiam iis poſſit ſufficere, quibus ea quæ diximus non ſufficiant?* Illud enimverò hi docendi ſunt, ut ſiquidem Dei donum jam dictum Spiritum ſanctum intelligunt, cùm audient, *Spiritus ſancti donum*, Act. 2. 38.

Col.2.11. iſtud loquendi genus agnoſcant, cujus illud
exemplum eſt, *In expoliatione corporis carnis.*
Donum Spiritus, ipſe Spiritus. Quemadmodum enim corpus carnis nihil
aliud eſt quàm caro; ſic nec donum Spiritus
ſancti aliud quicquam eſt, quàm Spiritus
ſanctus. In tantum igitur Dei donum eſt, in
quantum datur, iis quibus datur. Penes ſe
verò Deus eſt, etſi nemini detur. Nam Deus
erat Patri Filioque coæternus, antequam ulli
daretur. Sed neque quod alii dent, ac ipſe
detur, illis minor eſt. Sic enim datur tanquam Dei donum, ut & ipſe ſeipſum det ut
Deus. Non enim dici poteſt, Non eſſe eum
ſui juris ac poteſtatis, de quo dictum eſt, *Spi-*
Ioan.3.8. *ritus ubi vult ſpirat*: & apud Apoſtolum, cu-
1.Cor.12.11. jus jam ſuperius meminimus, *Omnia autem
hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens
ſingulis prout vult.* Neque ibi ſubjectio eſt ejus qui datur, & dominatus eorum qui dant;
ſed ejus qui datur, dantiumque concordia.

Ac, ne quis dicat, Ad eum modum di-
Pſal.70.5. ctum eſſe, *Deus Charitas eſt*, quo dictum eſt,
Pſal.141.6. *Tu es patientia mea.* Et, *Spes mea*, inquit, *in eis;*
dicemus, Non ſic dictum eſſe, *Deus eſt Charitas*, quod non ſit eſſentia illa Charitas, quæ
digna eſt ut Deus nuncupetur; ſed quod
Charitas, Dei donum ſit, quemadmodum
Pſal.61.6. dictum eſt ad Deum, *Quia tu es patientia mea.*
Non enim prorſus inde dictum eſt, quod
Dei ſubſtantia, noſtra patientia ſit, ſed quod
ab ipſo illa nobis proveniat, uti etiam alio lo-
Pſal.58.18. co legimus, *Quia ab ipſo patientia mea.* Hunc
enim ſenſum facile refellit Scripturarum lo-
Pſal.70.5. cutio. Idem enim eſt, *Tu es patientia mea*,
cujuſmodi eſt, *Domine ſpes mea.* Et, *Deus meus*
Pſal.58.18. *miſericordia mea*; aliaque plura ſimilia. Non
autem dictum eſt, Deus mea Charitas eſt,
aut, Tu es mea Charitas; ſed ita, *Deus Cha-*
1.Ioan.4.8. *ritas eſt*; quemadmodum dictum eſt, *Deus
Spiritus eſt.* Qui verò hoc non diſcernit, à
Ioan.4.24. Deo intelligentiam quærat, non ut res à nobis exponatur: Non enim aliquid clarius dicere poſſumus.

Liquet verò etiam, quæ abs Scriptura Filio tribuuntur & Spiritui ſancto, fidem adſtruere his quæ dicta ſunt de Verbo, quod
eſt in Deo, & de Charitate; quod nimirum
hæc illis convenienter aſſignentur. Manifeſtum enim eſt ex iis quæ jam in ſuperioribus dicta ſunt, Dei Filium illius eſſe Ver-
Verbum, Dei ſe intelligentis Proles & Sapientia. bum, ac velut Dei Prolem, intelligentis ſeipſum. Sequitur igitur ipſum Dei Verbum,
velut à divina ſapienter Mente conceptum
genitumque, Sapientiam vocari. Quod enim verbum in animo repoſitum eſt, ſapientiæ nomen ſolet ſibi vendicare, ſicut etiam
operationes ac ſpecies, habituum ferè nomina mutuantur, ex quibus procedunt.
Quod enim juſtè fit, juſtitia plerunque nuncupatur: quodque viriliter ac fortiter, fortitudo: ac univerſim, virtus, quæ honeſtè
fiunt exque virtutis ratione. Secundum
hunc itaque modum, etiam quod ſapienter intelligitur, ſapientia cujuſdam nuncu-
1. Cor.1.24 patur. Hincque adeo Apoſtolus, *Chriſtum Dei
Sapientiam* appellat. Sapientiam itaque in Deo
dicamus neceſſe eſt, quatenus ſeipſum co-

A ματος, ἐκεῖνο τὸ εἶδος ἐπιγνώσκειν τῆς διαλέξεως, ὅπερ εἴρηται, Ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκός. ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα τῆς σαρκὸς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ σάρξ· οὕτω καὶ τὸ δῶρον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, οὐδὲν ἕτερον ἐστὶν, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. ἐπὶ τοσοῦτον τοίνυν δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἐφόσον δίδοται οἷς δίδοται. παρ᾽ ἑαυτῷ δὲ, Θεός ἐστιν, εἰ καὶ μηδενὶ δίδοται· ἐπειδὴ Θεὸς ἦν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ συναΐδιος, πρὶν ἢ ἑκάστῳ δοθῆναι. ἀλλ᾽ οὐδὲ μὴν ἐπειδὴ οἱ μὲν διδόασι, τὸ δὲ δίδοται, ἔλαττον ἐκείνων ἐστίν. οὕτω γὰρ δίδοται ὥσπερ τοῦ Θεοῦ δῶρον, ὡς καὶ αὐτὸ ἑαυτὸ διδόναι ὥσπερ Θεός. οὐ γὰρ δυνατὸν λέγεσθαι μὴ εἶναι τῆς ἑαυτοῦ ἐξουσίας, περὶ οὗ εἴρη-
B ται, Τὸ Πνεῦμα ὅπου θέλει πνεῖ. καὶ παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ, ὅπερ ἤδη ἀνωτέρω ὑπεμνήσαμεν, Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. οὐδὲ ἔστιν ἐκεῖ ὑποταγὴ τοῦ διδομένου καὶ δεσποτεία τῶν διδόντων· ἀλλ᾽ ὁμόνοια τοῦ διδομένου καὶ τῶν διδόντων.

Καὶ ἵνα μή τις εἴπῃ, Ὅτι τοῦτον τὸν τρόπον εἴρηται, Ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστὶ, καθ᾽ ὃν εἴρηται, Σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου· καὶ, Ἡ ἐλπίς μου, φησὶν ἐν τοῖς αὐτοῖς· οὐκ ἐροῦμεν ὅτι ὁ Θεὸς Ἀγάπη εἴρηται, διότι οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία ἐκείνη Ἀγάπη, ἥ τις ἐστὶν ἀξία τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ διότι δῶρόν ἐστι τοῦ Θεοῦ ἡ Ἀγάπη, ὥσπερ εἴρηται πρὸς τὸν Θεὸν, Ὅτι σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου. οὐ γὰρ πάντως διὰ ταῦτα εἴρηται, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐστὶν οὐσία ἡ ἡμετέρα ὑπομονή· ἀλλ᾽ ὅτι παρ᾽ αὐτοῦ ἡμῖν ἐστιν, ὥσπερ καὶ ἀλλαχοῦ
C ἀναγινώσκομεν, Ὅτι παρ᾽ αὐτοῦ ἡ ὑπομονή μου. ταύτην γὰρ τὴν ἔννοιαν ῥᾳδίως ἀποκρούεται ἡ τῶν γραφῶν ὁμιλία. τοιοῦτον γάρ ἐστι τὸ, Σὺ εἶ ἡ ὑπομονή μου, ὁποῖόν ἐστι τὸ, Κύριε ἡ ἐλπίς μου. καὶ, Ὁ Θεός μου τὸ ἔλεός μου, καὶ πολλὰ παραπλήσια. οὐκ εἴρηται δὲ, Ὅτι ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη μου· ἢ, Σὺ εἶ ἡ ἀγάπη μου· ἀλλ᾽ οὕτως εἰρημένον ἐστὶν, Ὁ Θεὸς Ἀγάπη ἐστίν· ὥσπερ εἴρηται, Ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμά ἐστιν. ὁ δὲ τοῦτο μὴ διακρίνων, νόησιν παρὰ Κυρίου, ἀλλὰ μὴ ἐξήγησιν παρ᾽ ἡμῶν ζητείτω. οὐδὲ γὰρ καθαρώτερόν τι λέγειν δυνάμεθα.

Δῆλον δὲ καὶ ὅτι τὰ παρὰ τῆς γραφῆς ἀποδιδόμενα τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, μαρτυροῦσι τοῖς εἰρημένοις λόγοις, περὶ τοῦ ἐν τῷ Θεῷ Λόγου καὶ τῆς Ἀγάπης, ὅτι οἰκείως ἀποδίδονται. φανερὸν γὰρ
D ἐκ τῶν προειρημένων, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐστὶν αὐτοῦ, καὶ ὥσπερ τις τόκος τοῦ Θεοῦ ἑαυτὸν νοοῦντος. ἕπεται τοίνυν αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον, ὥσπερ σοφῶς τῷ θείῳ Νῷ συλληφθέντα ἢ γεννηθέντα, Σοφίαν λέγεσθαι. ὁ γὰρ ἔνδον λόγος, τὸ τῆς σοφίας εἴωθε λαμβάνειν ὄνομα, ὃν τρόπον καὶ αἱ ἐνέργειαι καὶ τὰ εἴδη τοῖς ὀνόμασι τῶν ἕξεων, ἀφ᾽ ὧν προΐασιν, ὀνομάζονται. τὸ γὰρ δικαίως γινόμενον, δικαιοσύνη πολλάκις λέγεται· καὶ τὸ ἀνδρείως, ἀνδρεία· καὶ καθ᾽ ὅλου τὸ κατ᾽ ἀρετὴν, ἀρετή. κατὰ τοῦτον τοίνυν τὸν τρόπον, καὶ τὸ σοφῶς νοούμενον, σοφία τινὸς λέγεται. ὅθεν ὁ Ἀπόστολος, τὸν Χριστὸν Θεοῦ Σοφίαν ὀνομάζει. Σοφίαν μὲν οὖν ἐπὶ Θεοῦ λέγεσθαι ἀνάγκη, καθὸ ἑαυτὸν γινώσκει. ἀλλ᾽ ἐπεὶ

ἑαυτὸν οὐ δι' ἑτέρου εἴδους γινώσκει, ἀλλὰ διὰ μόνης τῆς ἑαυτοῦ οὐσίας. Ὁ γὰρ Θεός φησιν, αὐτὸς ἑαυτὸν γινώσκει ἐκ τῆς μακαρίας οὐσίας αὐτοῦ· τὴν τοῦ Θεοῦ Σοφίαν ἕξιν εἶναι ἀδύνατον· ἀλλ' ἔστιν ἡ οὐσία αὐτοῦ. οὐδὲ γὰρ ἀνυπόστατόν τι ἢ συμβεβηκὸς ἐνδέχεται λέγειν ἐν αὐτῷ. αὐτὸς δὲ, ὁ τῆς Σοφίας λόγος ἐν τῷ Θεῷ συλληφθεὶς, φανέρωσίς τίς ἐστι τῆς τοῦ νοοῦντος Σοφίας· ὥσπερ καὶ αἱ ἐν ἡμῖν, πᾶσαι ἕξεις διὰ τῶν ἐνεργειῶν φανεροῦνται. δεῖ γὰρ ἀπὸ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων, ὡς δι' ὑποδειγμάτων ἀμυδρῶν, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀνάγεσθαι.

Ἐπεὶ οὖν καὶ φῶς λέγεται ἡ Σοφία, καθόσον ἐν καθαρᾷ γνώσεως ἐνεργείᾳ συνίσταται· ἡ δὲ τοῦ φωτὸς φανέρωσις ἀπαύγασμά ἐστιν αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ πρόεισι, καὶ ὁ τῆς θείας Σοφίας λόγος οἰκείως ἀπαύγασμα φωτὸς ὀνομάζεται, καθὼς ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Υἱοῦ, φησιν, Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. ὅθεν καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς τὴν φανέρωσιν ἑαυτῷ ἐπιγράφει, λέγων, Πάτερ, ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. καὶ τὰ πρὸς τὴν κτίσιν δὲ γινόμενα χαρίσματα καὶ ἀποτελέσματα, εὑρήσει τις ἀνατιθέμενα παρὰ τῆς γραφῆς τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· τῷ μὲν, ὡς Λόγῳ· τῷ δὲ, ὡς Ἀγάπῃ.

Τοῦτο μὲν γὰρ δῆλον, ὅτι διὰ τῶν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις διδομένων χαρίτων, ἡ πρὸς ἐκεῖνον ὁμοίωσις ἡμῖν περιγίνεται. ταύταις γὰρ τελειούμενοι, τῷ τελειοτάτῳ Θεῷ προσχωροῦμεν. τὰ μὲν οὖν τῆς σοφίας καὶ ἀληθείας, καὶ μάλιστα ὅσα θεογνωσίας ἔχεται θεωρήματα, οἰκειότερον ἄν τις ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον καὶ τὴν αὐτοῦ Σοφίαν ἀνάγοι. τοῦ γὰρ πρώτου Λόγου καὶ τῆς ἐκεῖ σοφίας πάντες οἱ τῶν ἀνθρώπων λόγοι, σοφίαι τε καὶ ἀλήθειαι, εἰκόνες εἰσὶ, καὶ ἐκεῖ τούτων ἵδρυται τὸ παράδειγμα. διὸ καὶ ἡ γραφὴ τὴν εἰδοποίησιν τῶν ὄντων τῷ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ ἀνατίθησι, πάντα δι' αὐτοῦ λέγουσα σοφῶς δημιουργηθῆναι. τοῦτο δέ ἐστιν, οὐχ ὅτι μὴ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἐκ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων. πάντα γὰρ ἐκείνου διὰ Λόγου καὶ ἐν τῷ Πνεύματι· ἀλλ' ὅτι τὰ τῶν δωρεῶν διάφορα εἴδη, τοῖς διαφόροις τῶν προσώπων ἰδιώμασιν οἰκειότερόν πως ἔχειν δοκεῖ. ὁ μὲν γὰρ τῆς σοφίας λόγος, δι' οὗ τὸν Θεὸν γινώσκομεν, παρὰ Θεοῦ ἡμῖν δίδοται, ἴδιον παραστατικὸν ὂν τοῦ Υἱοῦ, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἀγάπη, ᾗ τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, ἰδίως ἐστὶ παραστατικὸν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. οὕτως ἡ ἐν ἡμῖν ἀγάπη, εἰ καὶ ἀποτέλεσμά ἐστι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὅμως ἰδικῷ τινι λόγῳ διὰ τοῦ Πνεύματος ἁγίου λέγεται ἐν ἡμῖν εἶναι. καὶ καθόλου ἡ ἀπὸ τῶν χαρισμάτων τελειότης, ὅτι διὰ ταύτης τῇ θείᾳ τελειότητι κατὰ τὸ δυνατὸν ὁμοιούμεθα, παρὰ Θεοῦ ἡμῖν δίδοσθαι λέγεται. ὥσπερ Σοφίαν ἡμῖν ὁ Θεὸς χαρίζεται, καθόσον τῇ θείᾳ σοφίᾳ ὡς δυνατὸν ὁμοιούμεθα. καὶ Πνεῦμα ἅγιον δίδοσθαι λέγεται, καθόσον τὸν Θεὸν ἀγαπῶντες τῇ Ἀγάπῃ ὁμοιούμεθα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δηλονότι· ὃ κατὰ τὴν τῆς

A gnoſcit, ſed per ſuam duntaxat eſſentiam (*Deus* enim, inquit, *ipſe ſeipſum ex beata ſua eſſentia cognoſcit*) Dei Sapientiam habitum eſſe impoſſibile eſt; ſed eſt ejus eſſentia. Neque enim res patitur, aliquid non verè exiſtens, autve accidens in Deo dici. Ipſum porro in Deo conceptum Sapientiæ Verbum, ejus qui intelligit Sapientiæ manifeſtatio exiſtit: uti ſe res habet in nobis, apud quos habitus omnes manifeſtātur per actus. Neceſſe enim eſt ut velut per obſcura quędam exēpla, ex humanis rebus ad Deum ſubvehamur.

Damaſc.

Quia igitur Sapientia etiam Lux appellatur, in quantum in clara ſcientiæ operatione actuque conſiſtit: lucis verò manifeſtatio, ejus ſplendor eſt, & ex illa procedit, etiam divinæ Sapientiæ Verbum convenienter Lucis Splendor nominatur, quemadmodùm B Apoſtolus de Filio dicit, *Qui cùm ſit ſplendor gloriæ*. Vnde etiam Filius, Patris manifeſtationem ſibi ipſe tribuit dicens, *Pater! manifeſtavi nomen tuum hominibus*. Quæ etiam in creaturam dona ſunt ac effecta, inveniet quis Filio ac Spiritui ſancto à divina Scriptura adſcribi; alteri quidem, ea ratione qua Verbum eſt; alteri, qua Dilectio & Charitas exiſtit.

Lucis ſplendor.

Hebr. 1. 3.

Ioan. 17. 6

Hoc enimverò manifeſtum eſt, per ea munera quæ hominibus à Deo tribuuntur, hoc nos nanciſci, ut ſimilitudinem cum eo ineamus. Illis enim perfecti, ad Deum, qui perfectiſſimus eſt, accedimus. Quæ igitur ſapientiæ exiſtunt & quæ veritatis, ac potiſſimum quæcunque fidei hærent documenta & contemplationes, convenientius quis in Dei Verbum ejuſque Sapientiam referat. C Omnes enim hominum ſermones rationeſque, ſapientiæ item ac veritates, primi illius Sermonis ac Rationis Verbique & Sapientiæ imagines ſunt, fixaque in Deo habent ſua exemplaria. Vnde etiam Scriptura rerum formationem ac diſtinctionem Dei Verbo tribuit, dicendo, cuncta per ipſum ſapienter condita eſſe. Id verò eſt, non quin Omne donum perfectum de ſupernis ſit, deſcendens à Patre Luminum (omnia enim illius per Verbum & in Spiritu ſunt) ſed quod diverſa donorum genera, majorem quandam affinitatem cum diverſis Perſonarum proprietatibus videntur habere. Etenim ſapientiæ ſermo, quo Deum cognoſcimus, à Deo nobis contraditur, cùm proprium ſit repræ- D ſentans Filium. Similiter verò etiam charitas, qua Deum diligimus, peculiariter propriéque repræſentat Spiritum ſanctum. Sicque adeò quæ in nobis eſt charitas, quanquam effectus eſt Patris & Filii & Spiritus ſancti; propria tamen ac peculiari ratione in nobis eſſe dicitur per Spiritum ſanctum. Vniverſimque, quam ex donis perfectionem adipiſcimur, quod per eam, quoad licet, divinæ perfectioni ſimiles reddimur, a Deo nobis tribui dicitur. Quemadmodum ſapientiam nobis Deus tribuit, in quantum divinæ Sapientiæ, quoad ejus fieri poteſt, ſimiles reddimur. Itemque Spiritum ſanctum dare dicitur, in quantum diligendo Deum, Dilectioni ſeu Charitati (nimirum Spiritui ſan-

Ioan. 1. 3.

Iac. 1. 17.

Perſonis appropriata.

ĉto) ſimiles efficimur: qui videlicet ſecundum dilectionis modum procedit qua Deus diligit ſeipſum, ut Auguſtinus loquitur.

Vt itaque dictum eſt, rationis verbique dona & ſapientiæ, primæ Rationi, Verboque ac divinæ Sapientiæ adſcribenda ſunt: dilectionis verò opera & charitatis, Spiritui ſancto adaptari noſcuntur. Denique Paulus Dei dilectionem donis omnibus anteponit. *Reliqua*, enim, inquit, *quandoque evacuabuntur: at*
1. Cor. 12. 31. & 13. 8. *Charitas*, inquit, *nunquam excidit*; ac qui eam non adeptus ſit, etiamſi linguis Angelorum
Charitas, donorum Dei maximum, Spiritus ſancti peculiarius dicitur. loquatur & hominum, factus eſt velut æs aut cymbalum tinniens. Hujus ſic illuſtris doni, nulla alia convenienter cauſa aſſignanda eſt, quàm divina Dilectio ac Charitas, qua animi in divinum amorem accenduntur. Quæ enim poſt Primum ſunt, à Primo ſunt. Quamobrem etiam quicquid in nobis divinæ charitatis eſt, primæ meritò Charitatis opus eſſe credatur. Verùm, quæ ſic Deo homines conjungat, gratiam hanc, Paulus tri-
Rom. 5. 5. buit Spiritui ſancto. *Charitas enim Dei*, inquit, *effuſa eſt in cordibus noſtris.* Cumque liceret totam Deitatem hujuſce munificentiæ auctorem dicere, peculiariùs quodammodo eam tribuit Spiritui ſancto, addendo, *Per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis*: Nempe ad divinam Charitatem ut primam ac auctorem referens, quæ in nobis charitas eſt, quam per Spiritum dixit effuſam eſſe.

Dei in nobis noſtraque in eo habitatio. Sed & quod Deus in nobis habitet, noſque in illo (quæ maxima eſt hominis felicitas) cujus potius quàm Dilectionis ac Charitatis opus eſſe dicamus, cujus eſt, ut eos qui amant, alios in aliis conſtituat? Quin & hujus quoque cauſam, ut diximus, Scriptura ad divinum Spiritum refert. Ait enim,
1. Ioan. 4. 13 *In hoc cognoſcimus, quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis, quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.* Quia
Filiorum adoptio. verò ex bona voluntate, quam quis erga aliquem habet, contingit ut eum in filium adoptet, ut inde adoptantis hæreditas ad eum attineat; meritò filiorum adoptio Spiritui ſancto tribuitur, quemadmodum ait Apo-
Rom. 8. 15. ſtolus, *Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.*

Sed & inde quod quis alicujus amicus conſtituatur, quicquid inimicitiarum eſt, tolli-
Peccatorũ remiſsio. tur: Iſtud enim amicitiæ adverſatur; quodque adeò amici alii aliis propensè indulgeāt, ſi quid deliquerint. Sic enim amicitia ac dilectio præſtat, ut alii aliis utantur amici, ac
1. Cor. 13. 7. faciles offenſas remittant. *Charitas enim*, inquit, *omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* Auctor quo-
Pro. 10. 12. que libri Proverbiorum, *Charitas operiet multitudinem peccatorum.* Quia igitur per Spiritum ſanctum amici Dei conſtituimur, conſequens eſt ut & peccata per eum nobis dimittantur.
Ioan. 20. 22 Idcirco ait Dominus, *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Iis quo-
Matth. 12. 31. que qui blaſphemant in Spiritum ſanctum, negatur venia peccatorum, ut quos deficiat, per quem delictorum venia hominibus præſtatur.

Renovatio. Hinc etiam eſt, quod per Spiritum ſanctum renovari & emundari, ſeu ablui dica-

A ἀγάπης πρόεισι τρόπον, ᾗ ὁ Θεὸς ἑαυτὸν ἀγαπᾷ, ὡς Αὐγουστῖνος φησίν.

Ὅπερ οὖν εἴρηται, τὰ μὲν τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας χαρίσματα, ἐπὶ τὸν πρῶτον Λόγον καὶ τὴν θείαν Σοφίαν ἀνενεκτέον· τὰ δὲ τῆς ἀγάπης ἔργα, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι προσαρμοζόμενα δείκνυνται. αὐτίκα τὸ τὸν Θεὸν ἀγαπᾷν, πάντων τῶν θείων δώρων ὁ Παῦλος προτίθησι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα φάσκει, ἐστὶν ὅτε καταργηθήσονται· ἡ ἀγάπη δὲ φησιν, οὐδέποτε ἐκπίπτει· καὶ τὴν τοὺς μὴ κεκτημένους, κἂν ταῖς τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀνθρώπων γλώσσαις λαλῶσιν, χαλκὸν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον εἶναι φησί. ταύτης τοίνυν τῆς οὕτω περιφανοῦς δωρεᾶς, μόνην εὐλόγως τὴν θείαν Ἀγάπην αἰτιατέον, ἀφ᾽ ἧς αἱ ψυχαὶ πρὸς τὸν θεῖον ἐξάπτονται ἔρωτα. τὰ
B γὰρ μετὰ τὸ πρῶτον παρὰ τοῦ πρώτου. ὥστε καὶ πᾶν ὅσον ἂν ᾖ παρ᾽ ἡμῖν θείας ἀγάπης, τῆς πρώτης Ἀγάπης εἰκότως ἔργον εἶναι τις δοίοιτο. ἀλλὰ ταύτην τὴν τοῦ Θεοῦ τοὺς ἀνθρώπους συνδέουσαν χάριν, ὁ Παῦλος τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀποδέδωκεν. Ἡ ἀγάπη γάρ φησιν τοῦ Θεοῦ, ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. καὶ δυνάμενος ὅλην τὴν θεότητα τῆς ἀφθονίας ταύτης αἰτίαν εἰπεῖν, ἰδιαίτερόν πως τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ταύτην ἀπένειμε, προσθεὶς, διὰ Πνεύματος ἁγίου τοῦ δοθέντος ἡμῖν, ἐπὶ τὴν θείαν Ἀγάπην ὡς πρώτην καὶ αἰτίαν, τὴν παρ᾽ ἡμῖν ἀναφέρων ἀγάπην, ἣν εἴρηκε διὰ τοῦ Πνεύματος ἐκκεχύσθαι.

Ἀλλὰ καὶ τὴν ἐνοίκησιν τοῦ Θεοῦ, καὶ αὐτὴν ἡμῶν ἐν ἐκείνῳ, ὃ δὴ μέγιστον τῆς ἀνθρωπίνης μακαριότητος, τίνος ἂν τις μᾶλλον ἢ τῆς ἀγάπης ἔργον φήσειεν εἶναι, ἧς ἐστιν ἀλλήλοις ἐνοικίζειν τοὺς ἀλλήλους
C ἐρῶντας. ἀλλὰ καὶ τούτου τὴν αἰτίαν, ὡς εἴπομεν, ἐπὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα ἡ γραφὴ ἀνάγει. Ἐν τούτῳ γάρ φησι γινώσκομεν ὅτι αὐτὸς ἐν ἡμῖν μένει, ὅτι ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ἀγαθῆς θελήσεως, ἣν τις περί τινα ἔχει καὶ τῆς ἀγάπης συμβαίνει τοῦτον υἱοθετεῖν, ὥστ᾽ ἐντεῦθεν τούτῳ τὴν τοῦ υἱοθετοῦντος κληρονομίαν ἀνήκειν, εἰκότως τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἡ τῶν υἱῶν εἰσποίησις ἀποδίδοται, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ἐλάβετε Πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ ὁ Πατήρ.

Ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ καταστῆναι τινὰ φίλον τινὸς, πᾶσα ἀναιρεῖται ἔχθρα. τοῦτο γὰρ τῇ φιλίᾳ ἐστὶν ἐναντίον· καὶ ὅτι τῶν ἁμαρτανομένων τοῖς φίλοις παρ᾽ ἀλλήλων συγγνώμη δίδοται. ἡ γὰρ φιλία καὶ ἡ ἀγάπη ποιεῖ
D τοὺς φίλους τοῖς φίλοις ἁμαρτάνουσι συγγινώσκειν. Ἡ γὰρ ἀγάπη, φησὶ, πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει. καὶ ὁ Παροιμιαστής, Ἡ ἀγάπη καλύψει πλῆθος ἁμαρτιῶν. ἐπεὶ τοίνυν διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φίλοι τοῦ Θεοῦ καθιστάμεθα, ἑπόμενόν ἐστι καὶ δι᾽ αὐτοῦ ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἀφίεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Κύριος, Λάβετε Πνεῦμα ἅγιον· ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· καὶ ὅτι τοῖς βλασφημοῦσι εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἡ τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσις ἀπείρηται, ὡς ἂν οὐκ ἔχουσιν ἐκεῖνο, δι᾽ οὗ τῆς τῶν ἁμαρτιῶν ἀφέσεως τυγχάνει ὁ ἄνθρωπος.

Ἐντεῦθεν ἐστὶ καὶ τὸ διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡμᾶς ἀνακαινίζεσθαι λέγεσθαι καὶ καθαίρεσθαι ἢ ἀπολούεσθαι,

θαι, ὡς ὁ Προφήτης, Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ἄνθρωποι κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις ὧν ἔχουσιν ἀπορρήτων διὰ φιλίαν καὶ ἀγάπην, ὃ καὶ ὁ Χριστὸς ἐδήλωσεν, εἰπὼν, Οὐκέτι ὑμᾶς καλῶ δούλους, ἀλλὰ φίλους, ἐπεὶ πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρός μου ἀνήγγειλα ὑμῖν, ὡς ταὐτὸ ἄνθρωπον φίλον τε εἶναι καὶ κοινωνὸν ἀπορρήτων. ἐπεὶ οὖν διὰ Πνεύματος ἁγίου, δι' οὗ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχυται ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, φίλοι Θεοῦ καθιστάμεθα, εἰκότως διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἡ γραφὴ λέγει τὰ θεῖα μυστήρια τοῖς ἀνθρώποις ἀποκαλύπτεσθαι. εἰπὼν γὰρ ὁ Παῦλος, Γέγραπται ὅτι ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἐπάγει, Ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς διὰ Πνεύματος ἁγίου. καὶ τοῦτο οὖν μαρτύριον, τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ Ἀγάπην, αὐτὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἴπερ διὰ τούτου τοῖς ἁγίοις ἀποκαλύπτεται τὰ θεῖα μυστήρια· ὃ πανταχοῦ πάντες ἀγάπης ἔργον ἴσασιν ὄν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ τῶν ἔνδον νοουμένων ἑρμηνευτικόν ἐστιν, ἡ διὰ γλώττης ἀπαγγελία, προσήκει, τῷ τὴν γνῶσιν τῶν μυστηρίων ἀποκαλύπτοντι, καὶ τὸ τῶν γλωσσῶν χάρισμα λογισθῆναι. καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς ἔδειξεν ὁ Χριστός. τὰς γὰρ τῶν μαρτύρων πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ ἡγεμόνας ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐνστάσεις καὶ διαλέξεις, τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἀποδέδωκεν. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λαλοῦντες, φησὶν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. ὅθεν καὶ ἐν τῷ Συμβόλῳ γέγραπται περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. οὐ μόνον δὲ τὸ τὰ ἀπόρρητα ἑαυτοῦ τῷ φίλῳ ἀποκαλύπτειν ἴδιόν ἐστι φιλίας, διὰ τὴν τῆς διαθέσεως ἑνότητα, ἀλλ' ἡ αὐτὴ ἑνότης ἀπαιτεῖ τὸ κοινωνεῖν τῶν ὄντων τοῖς φίλοις. ἐπεὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἄλλον ἑαυτὸν ἔχει τὸν φίλον, ἀνάγκη βοηθεῖν αὐτῷ ὡς ἑαυτῷ, τῷ τῶν ὄντων κοινωνεῖν. ὅθεν καὶ τοῦτο ἴδιόν ἐστι τῆς φιλίας ἀγαθὸν, τῷ φίλῳ βούλεσθαι ἀγαθὸν καὶ ποιεῖν. διὸ
41 καὶ φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, Ὁ ἔχων 41 τὴν οὐσίαν τοῦ κόσμου τούτου, καὶ βλέπων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἀνάγκην ἔχοντα, καὶ κλείων τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, πῶς ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ μένει ἐν αὐτῷ. τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ μάλιστα τόπον ἔχει, οὗ τὸ βούλεσθαι ἐνεργέστατον πρὸς τὸ ποιεῖν· καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα διὰ Πνεύματος ἁγίου λέγονται δίδοσθαι, ὡς ὁ Ἀπόστολος φησί. Δίδοται διὰ Πνεύματος λόγος σοφίας· ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. καὶ μετὰ ταῦτα πολλῶν ἀπαριθμηθέντων, Ταῦτα πάντα, φησὶν, ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἑκάστῳ καθὼς βούλεται.

Καὶ τοῦτο δὲ ὑπερβαλλούσης ἀγάπης τεκμήριον, τὸ ζητεῖν τοῖς φίλοις ὁμοῦ διατρίβειν τὸν φίλον· καὶ αὐτοὺς χαίρειν ἐν ταῖς κοιναῖς συνουσίαις· καὶ ὅλως οὐκ ἀνέχεσθαι χωριζομένους ἀλλήλων. ἡ δὲ μετὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ἀνθρώπων διατριβὴ, διὰ τῆς αὐτοῦ περιγίνεται θεωρίας, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει. ἐπεὶ τοίνυν τὸ



A mur, quemadmodum ait Propheta *Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* (Pſal.103.30) Sed & quod homines alii aliis velint ſecreta communia ac conſilia, inde eſt, quod ſint amici ac ſe diligant, (Secreta cõmunia.) quod & Chriſtus his verbis declaravit, *Iam non dicam vos ſervos, ſed amicos; quia omnia quæ audivi à Patre, retuli vobis*; (Ioan. 15.15. Vulg. ἐγνώρισα nota feci.) velut idem ſit amicum eſſe, & adhibere arcanorum ſocium. Quia igitur Spiritus ſancti munere, per quem Charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris, ait Scriptura revelari hominibus divina myſteria. Paulus enim ubi dixerat, *Scriptum eſt, Quod oculus non vidit, nec auris audivit, quæ præparavit Deus, his, qui diligunt eum*; (1.Cor.2.9.) ſubjungit, *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum ſanctum.* Et hoc igitur argumentum eſt, quæ ex Deo eſt, Charitatem B ipſum eſſe Spiritum ſanctum, cùm per illum divina myſteria Sanctis revelentur; quod omnes ubique Charitatis opus eſſe norunt.

Quia verò etiam eorum quæ intus animo cogitantur, interpres eſt, quæ per linguam enuntiatio eſt, operæpretium eſt, ut linguarum donum illi adſcribamus, (Donum linguarũ, Spiritus.) qui ſcientiam revelat myſteriorum. Atque id rurſum oſtendit ipſe Chriſtus. Martyrum enim ad Reges & Præſides pro fide reſponſionum inſtantiam ac ſolertiam, Spiritui ſancto aſſignavit. *Non enim*, inquit, *vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* (Matth. 10. 20.) Vnde etiam in Symbolo ſcriptum C eſt de Spiritu ſancto, *Qui locutus eſt per Prophetas.* Non ſolum autem ad amicitiæ propriè jura ſpectat, ut qua affectione amicus unum amico efficitur, ſua illi ſecreta detegat; verùm exigit eadem unitas, ut inter amicos ſit rerum communio ac ſocietas. Cùm enim homo, alium ſe, amicum habeat, neceſſe eſt ut velut ſibi, illi opituletur, qua ratione ſuis eum facultatibus impartitur. Quamobrem etiam proprium eſt amicitiæ bonum, ut bonum amico velit, ac ei benefaciat. Vnde & Ioannes Evangeliſta ait, (1.Ioan.3.17) *Qui habet ſubſtantiam mundi hujus, & videt fratrem ſuum neceſſitatem habere, clauditque viſcera ſua ab eo, quomodo manebit Charitas* D *Dei in illo?* (Donorum diſtributio.) Idque in Deo maximè locum habet, cujus velle ut faciat efficaciſſimum eſt. Eamque ob rem haud immeritò à Deo omnia dona dari dicuntur per Spiritum ſanctum, uti Apoſtolus ait, *Datur per Spiritum ſermo ſapientiæ; alii verò ſermo ſcientiæ ſecundum eundem Spiritum.* (1.Cor.12.8. & 11.) Poſteaque multis enumeratis, *Hæc omnia*, inquit, *operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult.*

Εἰ δὲ λέγει τις, Ὅτι ἐπεὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις οὐκ ἔστι συμβεβηκὸς ἐν αὐτῷ, ἀλλὰ πρᾶγμα ὑφεστὼς καὶ οὐσία μερικὴ ἀνθρωπίνη παρὰ τὴν ὑπόστασιν τοῦ Θεοῦ Λόγου δοκεῖ· διὰ τί τοῦτο δύο ὑποστάσεις εἶναι ἐν τῷ Χριστῷ οὐ δεῖ κατανοεῖν· ὅτι ἐκεῖνο ὀνομάζεται ὑπόστασις ὃ οὐ περιέχεται ὑπ' ἄλλου ἀρχοειδεστέρου καὶ τιμιωτέρου. ἡ γὰρ τοῦ ἀνθρώπου χεὶρ, οὐσία μέν τις ἐστίν· οὐ μὴν ὑπόστασις λέγεται· ἔχει γὰρ αὐτὴν ἄλλο τι ἀρχοειδέστερον καὶ τιμιώτερον ὄν, ὁ ἄνθρωπος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἦν, οὐδὲν ἐκώλυε πρόσωπα πολλὰ καὶ πολλὰς ὑποστάσεις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ὁμολογεῖν. καὶ ἡ φύσις τοίνυν ἡ ἀνθρωπίνη ἐν τῷ Χριστῷ, ὑπὸ τιμιωτέρου τῆς θείας φύσεως προσείληπται· καὶ διὰ τοῦτο ἐχομένη ὑπ' ἐκείνης, οὐκέτι καὶ ἰδίως ὑπόστασις λέγεται. εἷς δέ ἐστι, διὰ τὴν τῆς ὑποστάσεως ἑνότητα· ἀλλ' οὐ δύο κυρίως δύναται λέγεσθαι. δύο μέντοι φύσεις ἔχειν ὁ Χριστὸς οἰκείως ῥηθήσεται. καὶ γὰρ ἐν μιᾷ ὑποστάσει ὁ αὐτός ἐστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, καθάπερ πολλάκις εἴρηται

Δεῖ τοίνυν τὸ περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μυστήριον ἀναμφιβόλως ὁμολογεῖν. καὶ γὰρ ἡ Χριστιανικὴ πίστις ἀρχικῶς μὲν ἐν τῇ τῆς ἁγίας τριάδος ὁμολογίᾳ συνίσταται· ἰδίως δὲ, ἐν τῷ σταυρῷ καυχᾶται τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ

A velutque ab eis pendeant; idcirco non dicimus Naturam humanam Dei naturam aſſumpſiſſe; ſed, Deum naturam humanam: non quaſi in Deum illa mutata ſit, ſed quod Deo cohæſerit, illique copulata ſit. Idcircò velut quid ipſe præſtantius, humanam habet naturam; habeturque ipſa à divina natura. Velut hominem, cùm principalius ſit ac nobilius, manum habere dicimus; non autem quod manus habeat hominem. Siquidem igitur partes eſſent Deitas & humanitas (ita nimirùm ut ex eis una natura communis conſiſteret, ut ex anima & corpore conflatur homo) diceremus, Tum Deum habere hominem, tum & humanitatem habere Deitatem; uti etiam ſe res habet in anima & corpore: Dicimus enim, Anima corpus habet, ac, Corpus animam habet.

B Quia igitur unigenitus Dei Filius (Dei ſcilicet Verbum) naturam humanam, quod eam aſſumpſerit, habet, fit conſequens eſſe eum ſuppoſitum ſeu hypoſtaſin aut perſonam naturæ humanæ. Habens enim aliquam naturam, ejus naturæ hypoſtaſis dicitur. Vt quod equi naturam habet, hypoſtaſis ſeu ſuppoſitum equi eſſe dicitur. Ac ſiquidem natura quæ habetur intelligens ſit, tunc perſona potius nuncupatur. Ac rurſus, quod ab æterno habet divinam naturam, non ex compoſitione, ſed ſimplici (ut ita loquar) identitate, etiam divinæ naturæ hypoſtaſis dicitur, ſeu perſona, quatenus ſcilicet humanis vocibus divina exſplendeſcere poſſunt. Itaque Dei Filius hypoſtaſis eſt ſeu perſona duplicis naturæ; divinæ ſcilicet atque humanæ, in utraque verè C exiſtens.

Divina humanaque perſona Chriſtus, ſeu ſuppoſitum.

Sin autem aliquis dicat. Cùm natura humana non ſit accidens, ſed res verè exiſtens, & ſubſtantia ſingularis humana præter Dei Verbi hypoſtaſin eſſe videatur, quidni duæ hypoſtaſes ſeu perſonæ intelligendæ ſunt in Chriſto? Quod nimirum illud vocatur hypoſtaſis, quod non ab alio principaliori ac nobiliori continetur. Nam manus hominis, ſubſtantia quædam eſt, nec tamen hypoſtaſis dicitur; quod eam homo habet, res ſcilicet principalior nobiliorque. Nam niſi ſic eſſet, vetaret nihil plures perſonas pluresque hypoſtaſes in homine confiteri. Itaque etiam humana in Chriſto natura, à præſtantiore (divina ſcilicet natura) aſſum- D pta eſt: ac ideò, cùm ab illa habeatur, non jam propriè ac per ſe hypoſtaſis dicitur. Chriſtus enim, ob perſonæ ac hypoſtaſis unitatem, unus eſt; nec duo propriè vocari vocari poteſt. Duas tamen naturas habere propriè dicendus eſt. Etenim in una hypoſtaſi ſeu perſona, idem eſt Deus & homo, uti ſæpius dictum eſt.

Non perſona, quod à præſtantiori habetur; nec aliter S. Doct.

Itaque neceſſe eſt ut citra ullam dubitationem myſterium Incarnationis Filii Dei confiteamur. Etenim Chriſtiana fides, primò quidem in confeſſione ſanctæ Trinitatis conſiſtit; ſingulariter verò, in eo ut gloriemur in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti,

Chriſtianæ fidei caput, Trinitatis confeſſio;

*[Margin: ...tum incarnationis. Gal 6.14. 1 Cor.1 18. In Chriſti paſſione & morte quanta recondita. 1. Cor.1.23.]*

atque in ea ſalutem expectemus. *Verbum enim Crucis*, inquit Paulus, *etſi iis qui pereunt ſtultitia eſt, nobis tamen qui ſalutem conſequimur, Dei virtus eſt.* Ac ſi quis quod decet ac officii eſt religioſa mente in paſſione ac Chriſti morte conſideraverit, tantam offendet ſapientiæ altitudinem, ut ſemper de illis animo cogitanti, majora pluraque theoremata ſenſuſque occurrant; ipſoque rei periculo verum eſſe agnoſcat, quod ait idem Apoſtolus, *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum; Iudæis quidem, ſcandalum; Græcis autem ſtultitiam. Nobis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam.* Ac rurſus, *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus.* Per fidem itaque Trinitatis & Incarnationis Filii Dei confeſſionem, ſperamus ex Dei auxilio, quod nobis in hac vita per Sacramenta præſtatur, atque liberi arbitrii opera, futuram nos beatitudinem poſt mortem conſecuturos; tunc ſcilicet, cùm fuerit mortuorum reſurrectio ac judicium extremum.

## CAP. VIII.

## *DE FVTVRA MORTVORVM Reſurrectione.*

*[Margin: Reſurrectio futura, quod Deus iuſtus eſt.]*

ETenim cum iis, quæ ſunt fidei capita, Reſurrectionem mortuorum oportet nos credere. Primum quidem, quia cùm Deus juſtus ſit, neceſſe eſt ut juſta rependat præmia; ut ſcilicet mala, malis; bona, bonis retribuat. Sin autem hoc dederimus, tum fruitio erit, tum punitio. Sin autem hæc erunt, etiam erit judicium; ſin autem judicium, etiam retributio ac merces operum. Ergo quia Deus juſtus eſt, futura reſurrectio eſt. Reſurrectio autem, corporum; nam anima, immortalis eſt. Corpus enim (quod ſit organum) cum anima commercium habet, in quibus illa appetitu ducitur ac incitatur, ſive contrariis, ſive non. Idcirco illi debetur, ut eadem ac anima, vel gloriam, vel dedecus ac probrum conſequatur. Si quis porrò fidem his non accommodat, quod ſic corpora intereant, innumeraſque viciſſitudines aliorum in alia tranſmutatione ſubeant; at ſpectata Dei omnipotentia, nihil erit impoſſibile: quippe quem credamus ſcire omnia, antequàm fiant, rerumque hanc univerſitatem quaſi pugillo continere. Siquidem igitur ita exploratum eſt, ſanè nec humanum corpus, quanquam innumeras ſubiit mutationes, cùm mundi ambitu contineatur, Deum ubique præſentem atque omnia continentem fugit: quin ejus voluntati, qua pollet omnipotentia, opus comes erit. Cùm enim omnia ex nihilo in rerum naturam produxerit; qui fiat ut id præſtare non poſſit? cùm præſertim ſubjecta non deſit materia, quanquam ob multas variaſque mutatio-

*[Margin: Reſurrectio Deo poſſibilis. Dan.13.43. Iſai.40.12.]*

ἐν αὐτῷ τὴν σωτηρίαν ἀπεκδεχόμεθα. Ὁ γὰρ τοῦ σταυροῦ λόγος, ὥς φησι Παῦλος, εἰ καὶ τοῖς ἀπολλυμένοις μωρία ἐστὶν· ἀλλὰ τοῖς σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ ἐστί. καὶ εἴ τις τὸ πρέπον καὶ εἰκός· εὐσεβεῖ διανοίᾳ ἐπὶ τοῦ πάθους καὶ τοῦ θανάτου τοῦ Χριστοῦ θεωρεῖ, τοσοῦτον σοφίας βάθος εὑρήσει, ὡς ἀεὶ τὰ περὶ τούτων λογιζομένῳ, μείζω καὶ πλείω θεωρήματα συναντᾶν· καὶ τῇ πείρᾳ λαμβάνειν ἀληθὲς εἶναι, ὅ φησιν ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος, Ἡμεῖς κηρύττομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον· Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον· Ἕλλησι δὲ, μωρίαν· ἡμῖν δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν. καὶ πάλιν, Τὸ μωρότερον τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. ὥστε διὰ τῆς περὶ τὴν τριάδα πίστεως καὶ τῆς κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὁμολογίας, ἐλπίζομεν ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας, ἣν ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι διὰ τῶν Μυστηρίων δίδωσι, καὶ τῶν τοῦ αὐτεξουσίου ἔργων, μετὰ θάνατον ἀξιωθῆναι τῆς μελλούσης μακαριότητος, ἥτις ἔσται τῆς τῶν νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς τελευταίας κρίσεως γινομένης.

## Κεφ. η΄.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ τῶν νεκρῶν Ἀναστάσεως.

ΚΑὶ γὰρ μετὰ τῶν τῆς πίστεως κεφαλαίων, καὶ ἀνάστασιν νεκρῶν ὀφείλομεν πιστεύειν. πρῶτον μὲν, ὅτι ἐπεὶ δίκαιός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀνάγκη αὐτὸν ἀμείψασθαι, τοὺς μὲν πονηροὺς, κακοῖς· τοὺς δὲ ἀγαθοὺς, ἀγαθοῖς. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, ἔσται καὶ ἀπόλαυσις καὶ κόλασις. εἰ δὲ ταῦτα, κρίσις. εἰ δὲ κρίσις, καὶ ἀνταπόδοσις. ὥστε ἐπεὶ δίκαιος ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἔσται ἀνάστασις. ἀνάστασις δὲ, σωμάτων· ἡ γὰρ ψυχὴ, ἀθάνατός ἐστι. καὶ γὰρ τὸ σῶμα ὄργανον κοινωνεῖ τῇ ψυχῇ ἐν οἷς ἂν αὕτη ὁρμήσῃ, κατὰ τὰ ἐναντία, καὶ μή. διόπερ ὀφειλόμενον, ἵνα τῶν αὐτῶν κληρονομήσῃ μετὰ τῆς ψυχῆς καὶ τὸ σῶμα, δόξης ἢ ἀτιμίας. οἷς, εἰ μὴ πιστεύει τις διὰ τὰς σωματικὰς φθορὰς τῶν σωμάτων καὶ παντοδαπὰς ἀλλοιώσεις, ἀλλὰ πρὸς τὸ τοῦ Θεοῦ παντοδύναμον οὐδὲν ἀδύνατον ἔσται· ὃς πιστεύομεν ὅτι πάντα οἶδε πρὶν γενέσεως αὐτῶν, καὶ ὅτι τὸ πᾶν ὥσπερ ἐν δρακὶ συνέχει. εἰ γοῦν τοῦτο ὁμολογεῖται, οὐδὲ τὸ ἀνθρώπινον σῶμα εἰς μυρίας μεταβολὰς μεταβαλὸν, τὸν πανταχοῦ παρόντα καὶ πάντα συνέχοντα διδράσκει, ἐντὸς ὂν τοῦ κόσμου· ἀλλὰ τῷ τούτου θελήματι τὸ ἔργον ἀκολουθήσει, διὰ τὸ παντοδύναμον τοῦ Θεοῦ: εἰ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα παρήγαγε, πῶς εἰς τοῦτο ἀδυνατήσει· καὶ ταῦτα τῆς ὕλης ὑποκειμένης, εἰ καὶ εἰς τὸ ἐλάχιστον διὰ πολλῶν καὶ ποικίλων τῶν μετα-

βολῶν περιελήλυθεν. οὐ γὰρ παντάπασιν ἡ ὕλη ἐφθάρη· μένει δὲ ὁπωσοῦν, εἰ καὶ ἡμῖν ἄδηλος. εἰ δὲ ἡ αὐτὴ ὕλη πολλοῖς εἰς γένεσιν συνετέλεσε, τὸ μὲν ἀνῆκον ἑκάστῳ ἀναληφθήσεται· τὸ δὲ ἐλλεῖπον, ἡ θεία φύσις ἀναπληρώσει.

Καὶ ἀπὸ τῶν σωματικῶν δὲ ἔστιν εἰκόνα τινὰ καὶ δεῖγμα λαβεῖν. ὁ γὰρ σῖτος ἐν γῇ σηπόμενος ἀναβλαστάνει πάλιν, καὶ εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος τοῦ σίτου ἀποκαθίσταται· ὅπερ κατ' ἔτος ὁρῶντες, ἀπὸ τῆς συνηθείας, οὐδὲν θαυμαστὸν εἶναι νομίζομεν. εἴ τις δὲ ἀνθρώποις διελέγετο περὶ τούτου μηδέποτε τοῦτο ἰδοῦσι, μηδὲ τὴν τῶν σπερμάτων φύσιν ἐπισταμένοις, οὐκ ἂν ἐπιστεύθη. φασὶ δὲ καί τι ζῶον περὶ τὰ τῆς ἀνατολῆς μέρη, πολλὰ ἔτη ζῆν· εἶτα τελευτῶν ἀπὸ τῆς αὐτοῦ σήψεως χωρὶς συνουσίας οἷον σκώληκα γεννώμενον, τὸ αὐτὸ ζῶον ἐν τῷ αὐτῷ εἴδει ἀποκαθίστασθαι, καὶ πάλιν ἐπ' αὐτοῦ τὸ αὐτὸ γίνεσθαι κατὰ τὴν ἀπὸ Θεοῦ τεταγμένην τῶν τοσούτων χρόνων περίοδον. καὶ ἄλλα ζῶα ἐξ ἄλλης ὕλης γεννῶνται, οὐ κατὰ δύναμιν ἀνθρωπίνην· καὶ οὐ τὰ αὐτὰ ἐκ τῶν αὐτῶν ἀεί· ὥσπερ σφῆκες μὲν ἐκ τῆς τοῦ ἵππου κεφαλῆς· ἐκ δὲ τοῦ βοὸς, μέλιττες, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων· τοῦ Θεοῦ διὰ τούτων ὑποδεικνύντος ἡμῖν, μὴ ἀπορεῖν ἐπὶ τῶν παραδοξοτέρων, ὧν ὁ Θεὸς διδάσκαλος γεγόνει· καὶ αὐτὸς μόνος, ὡς τὰ πάντα δυνάμενος, τελειοῦν δύναται.

Τῆς ἀναστάσεως τοίνυν καὶ τῆς ἀνταποδόσεως ἀναιρουμένων, πλήθη ἀτόπων συμβήσεται ὁμολογεῖν. ὅτι τὰ ἄλογα ζῶα κρείττονα ἡμῶν εἰσί· καθότι ἐκεῖνα μὲν ζωὴν ἄλυπον ἔχουσιν· ἡμεῖς δὲ, καὶ λυπούμεθα καὶ κινδυνεύομεν, ἐξαιρέτως διὰ τὴν περὶ Θεοῦ ἀλήθειαν. τίνος γὰρ ἕνεκα πολλοὶ, τῶν ἀνθρώπων ἀρετὴν καὶ σωφροσύνην εἵλοντο, τῶν τοῦ κόσμου καταφρονήσαντες ἡδέων, καὶ ὑπὲρ ἀληθείας μέχρι θανάτου ἀντέστησαν. ἀλλὰ μὴν δῆλον, ὅτι τιμιώτεροι πάντων ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι· καὶ δίκαιος ὢν ὁ Θεὸς, οὐκ ἂν συνεχώρησε ματαίως οὕτω ταλαιπωρεῖσθαι τὸ τιμιώτερον ἡμᾶς κτίσμα, ὃ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ἐποίησε καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἕλκει, μὴ μέλλων ἀποδιδόναι τοὺς μισθοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὸ δίκαιον καὶ τὴν ἀναλογίαν τῶν καμάτων αὐτῶν. ἀναιρεθήσεται δὲ καὶ ἡ πρὸς τὸν Θεὸν λατρεία, καὶ ἡ πρὸς τοὺς γονέας τιμὴ, καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους αἰδὼς καὶ εὐλάβεια, καὶ φιλία καὶ ὀρθότης καὶ κοινωνία πάντων· καὶ οἱ νόμοι καὶ τὰ κριτήρια, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. διατί γὰρ ἔσονται ταῦτα· τίνος ἕνεκα, ἐπεὶ πρὸς οὐδὲν ἀφορῶσι· καὶ τούτου τοῦ λόγου κρατοῦντος, ἀναγκασθησόμεθα ὡς θηρίοις χρῆσθαι ἀλλήλοις, καὶ μήτε μέτρον βρωμάτων ἢ πομάτων, ἤ τινος τῶν τοιούτων εἰδέναι· ἀλλὰ πᾶσαν ἡδονὴν ζητήσομεν, καὶ τὸν ὑγρὸν καὶ διαλελυμένον ζήσομεν βίον. ἃ δὴ πάντα ἄτοπα καὶ ἀνάρμοστα, καὶ τῷ δημιουργῷ πάντων Θεῷ καὶ τῷ ἀξιώματι τοῦ ἀνθρώπου.

A nes in minimum quid illa redacta ſit. Non enim materia prorſus interiit; ſed quodammodo manet, tametſi res nobis obſcura ſit. Sin autem eadem materia multorum generationi inſerviit, quod cuique attinet, id verò aſſumetur; ſupplebitque divina virtus quod ad plenam corporis molem deficiet.

Arg. à naturali rerum reparatione.

Licet verò etiam ex rebus corporeis, ejus rei ſimulacrum quoddam indiciumque aſſumere. Triticum enim in terra putreſcens, rurſus germinat, inque eandem tritici ſpeciem reparatur ac ſurgit: cumque id quotannis fieri videamus, præ conſuetudine nihil mirabile eſſe exiſtimamus. Sin verò quis ea de re cum illis ſermonem haberet, quibus nunquam quod ſic natura geritur exploratum eſſet, nec ſeminum vim atque indolem pernoſcerent, is apud illos nec B fidem obtineret. Aiunt verò etiam quoddam animal circa Orientis plagas vitæ longioris eſſe: tumque ipſum emori, exque ipſius putri materia ſine coitu velut vermem enaſci, quo idem animal in eadem ſpecie reparetur; in quo rurſus idem accidat, juxta ac expoſcit tot annorum à Deo conſtituta periodus. Alia quoque animalia, ex alia gignuntur materia; quanquam id humanam excedit facultatem; nec ſemper eadem ex iiſdem; putà veſpæ ex equino capite, exque bovino apes, & ex aliis alia. Quibus oſtendit Deus, haud in aliis, quæ majoris aliquid miraculi habeat, fide nutare, quorum ipſe doctor extiterit, ac quæ ſolus, C velut omnipotens, exitu præſtare poſſit.

Phœnicis fabella.

Animaliũ aliorum ex aliis procreatio.

Sublata itaque reſurrectione atque operum retributione, conſequens fit ut innumera abſurda admittenda ſint. Nempe, muta animalia meliori nobis ſorte futura ſunt; quatenus illa vitam vivunt moleſtiis ſolutam; nos verò & iis afficimur, & in periculis verſamur, ob divinam præſertim veritatem. Vt quid enim multa hominum turba virtutem ac caſtitatem delegit, ſpretis mundi deliciis, tuendaque veritate ad mortem uſque certamen deſudavit? Atqui liquet nos homines aliis omnibus præſtare; cùmque Deus juſtus ſit, non ſic fruſtra, rerum ab ipſo conditarum nobiliſſimam (nos ſcilicet, quos ad ſuam fecit imaginem ad ſeque trahit) ærumnis confici ſineret, niſi cuique pro D eo ac æquum juſtumque eſt, ac pro laborum cujuſque ratione mercedem ac præmia redditurus eſſet. Sublatus erit & Dei cultus, & parentum honos, quáque alii alios proſequimur, veneratio & pudor, amicitiaque & rectitudo omniumque ſocietas: leges quoque & judicia, & quæ ejus generis ſunt omnia. Vt quid enim hæc futura? cujus verò gratia? cùm omni fine careant. Ac ſiquidem vera eſt hæc doctrina, neceſſe erit ut alii aliis quaſi beſtiis utamur, ac neque cibi aut potus modum ullum teneamus, nec aliorum cujuſquam ejus generis; ſed omnem voluptatem quæramus, vitamque mollem ac diſſolutam vivamus. Quæ omnia abſurda ſunt, ac tum Deo omnium Conditori, tum humanæ diſſentanea dignitati.

Abſurda à negata reſurrectione; brutorum meliorem ſortem.

*A naturali unione animæ cum corpore.*

**A** Prætereà, cùm corporis cum anima unio naturalis ſit, ejuſque ab illa ſeparatio innaturalis; neceſſariò ſequitur, ſic nimirum innaturaliter corpore ab anima ſeparato, non in perpetuum manſurum ita ſeparatum. Nam corpus naturaliter animæ à Deo unitum eſt; ad eum modum quo ſe materia ad formam habet. Mors autem peccati reatu ſuperveniens, animam à corpore disjunxit. Ejus itaque illa disjunctio innaturalis fuit. Quod autem eſt innaturale, haud diu durare contingit. Vt ſub exemplo loquar, Lapidi naturale eſt ferri deorſum; innaturale verò ut & ſurſum feratur, cùm quis vi ipſum impulerit. **B** Quod ſic igitur violenter feratur ac renitente natura, non diu durat. Brevi enim rurſus redit ad id quod eſt ex natura, ut nempe deorſum feratur. Itaque etiam anima à corpore ſejuncta (quod illi innaturale eſt) non in eo in ſempiternum manebit. Quod enim innaturale eſt, ut dicebamus, brevi redit ad id quod ex natura eſt. Futurum ergo eſt, ut pro eo ac Deus juſtè ſanxerit, quælibet anima proprium corpus ſuum reſumat, quod ei naturale eſt, & in perpetuum indiſſolubile maneat. Atque id reſurrectio eſt. Reſurrectio enim, eius quod ceciderat ſecunda quaſi erectio ac ſuſcitatio eſt.

Nec tamen ambigendum, quonam modo futurum ut quæque anima ſuum corpus agnoſcat. Ineſt enim animæ erga corpus nobis ignota, ac quam verbis explicare non licet, neceſſitudo. Quemadmodum enim inter humana corpora nullum occurrit quod **C** elucentes in ipſo characteres oriſque lineamenta, per omnia cum alio corpore eadem habeat; ſic & aliam quandam cum eis proprietatem, cuique animæ erga corpus ſuum ineſſe fatebimur. Etenim anima, certi cuiuſdam corporis perfectio eſt; actus ſcilicet ac forma. Quo etiam fit, ut ad ſuum duntaxat corpus inclinationem, ac cum illo contemperationem naturaliter habeat. Nec hoc illi ponderis unquam abſcedit, tum etiam cùm ſeiuncta fuerit à materia. Hincque neceſſariò ſequitur, hanc naturaliter formam eſſe materiæ humani corporis, hancque illius, nec ut alterius ſit, ulla unquam ratione fieri poſſe; quod & cauſa eſt, cur animæ inter ſe ſint diſtinctæ. Animorum enim multitudo penes corpora ſumitur; non quaſi illa animorum cauſa ſint: ſimul enim cum eis ſunt, nec alterum alteri **D** præexiſtit; ſed ob eam quæ animabus erga corpora ineſt, cognationem, quam naturâ comitem, ſeu illis inſitam, habent. Non itaque fieri poteſt, quæ unius actus eſt & forma, eandem eſſe alterius. Nam & cùm duæ ſimiles magnitudines ſint, abſtracta eorum materiali forma à materia (quod quidem impoſſibile eſt; niſi vel ſubtili duntaxat cogitatu, aut etiam divina virtute) non aliter hæc inter ſe differant, quàm quod magnitudo hæc huius corporis forma eſt; alterius verò, reliqua. Proinde ineſt animabus inclinatio quædam erga corpora, erit

Πρὸς τούτοις, ἐπεὶ φυσικόν ἐστι τὸ εἶναι συνημμένον τῇ ψυχῇ τὸ σῶμα, παρὰ φύσιν δέ ἐστι τὸ χωρίζεσθαι τῆς ψυχῆς αὐτό· ἕπεται ἀναγκαίως τοῦ σώματος τῆς ψυχῆς παρὰ φύσιν χωριζομένου, μὴ διαμένειν εἰς τὸ ἄπειρον οὕτω κεχωρισμένον. καὶ γὰρ κατὰ φύσιν τὸ σῶμα τῇ ψυχῇ ἥνωται παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ ἡ ὕλη ἔχει πρὸς τὸ εἶδος. ὁ δὲ θάνατος διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπελθὼν, τὴν διάστασιν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἐποίησεν. παρὰ φύσιν οὖν ἡ διάστασις τούτου ἐγένετο. τὸ δὲ παρὰ φύσιν, οὐκ ἐπιπολὺ διαμένει. οἷον, κατὰ φύσιν φέρεται ὁ λίθος ἀεὶ εἰς τὸ κάτω· παρὰ φύσιν δὲ εἰς τὸ ἄνω, ὅταν τις αὐτὸν βίᾳ ὠθήσῃ. τοῦτο γοῦν τὸ βιαίως καὶ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ λίθου οὐ διαμένει ἐπιπολύ. συντόμως γὰρ πάλιν ἔρχεται εἰς τὸ κατὰ φύσιν αὐτοῦ τὸ κάτω. καὶ τοίνυν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος χωριζομένη, ὅπερ ἐστὶ παρὰ φύσιν, οὐκ ἐν τούτῳ διαμένει εἰς τὸ ἄπειρον. τὸ γὰρ παρὰ φύσιν, ὡς εἴπομεν, συντόμως ἔρχεται εἰς τὸ κατὰ φύσιν. ἀναλήψεται τοίνυν κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην ἑκάστη ψυχὴ τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, ὅπερ ἐστὶ κατὰ φύσιν, καὶ εἰς τὸ ἄπειρον ἀδιάλυτον ἔσται. καὶ τοῦτο ἐστιν ἀνάστασις. ἡ γὰρ ἀνάστασις, δευτέρα τοῦ πεπτωκότος λέγεται στάσις.

Οὐ μέντοι ἀπορεῖν δεῖ, πῶς ἑκάστη ψυχὴ τὸ ἑαυτῆς ἐπιγνώσεται σῶμα. ἔστι γὰρ τῇ ψυχῇ πρὸς τὸ σῶμα οἰκειότης ἄδηλος καὶ ἄρρητος ἡμῖν. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν οὐδὲν σῶμα ἀνθρώπινον τοὺς ἐπιθεωρουμένους αὐτῷ χαρακτῆρας ἔχον κατὰ πάντα τοὺς αὐτοὺς ἑτέρῳ σώματι, οὕτω καί τινα ἄλλην μετὰ τούτων ἰδιότητα δώσομεν ἑκάστῃ ψυχῇ ἐνυπάρχειν πρὸς τὸ ἑαυτῆς σῶμα. καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ σώματος ὡρισμένου ἐντελέχεια, τουτέστιν ἐνέργεια καὶ εἶδος ἐστί. διὸ καὶ φυσικῶς πρὸς μόνον τὸ οἰκεῖον σῶμα ῥοπὴν ἔχει καὶ συμμετρίαν, ὅπερ καὶ χωρισθείσης τῆς ὕλης αὐτῇ παραμένει. ὅθεν ἕπεται ἀναγκαίως ταύτην μὲν εἶναι κατὰ φύσιν εἶδος τῆς ὕλης τοῦδε τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος, ταύτην δὲ ἐκείνου, καὶ ἄλλου μηδέποτ᾽ ἂν δυνηθῆναι γενέσθαι, ὅπερ καὶ τῆς διακρίσεως τῶν ψυχῶν πρὸς ἀλλήλας αἴτιον ἐστί. τὸ γὰρ πλῆθος τῶν ψυχῶν παρὰ τὰ σώματα γίνεται· οὐχ ὅτι εἰσὶ τὰ σώματα τῶν ψυχῶν αἴτια· ὁμοῦ γάρ εἰσι μετ᾽ αὐτῶν, καὶ οὐδέτερον ἑτέρου προϋπάρχει· ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν ψυχῶν πρὸς ταῦτα συγγένειαν, ἣν ἔχουσι φύσει παρεπομένην, ἢ καὶ ἐγκειμένην αὐταῖς. οὐκ ἐνδέχεται τοίνυν, τὴν ἄλλου ἐνέργειαν καὶ τὸ εἶδος, ἄλλου εἶναι. καὶ γὰρ καὶ δύο ὁμοίων μεγεθῶν, εἰ τὸ ἔνυλον εἶδος αὐτῶν χωρισθείη τῆς ὕλης. τοῦτο μὲν ἀδύνατον, ἀλλ᾽ ἢ ἐπινοίᾳ μόνῃ ἢ καὶ θείᾳ δυνάμει, οὐκ ἂν ἀλλήλων κατ᾽ ἄλλο διήνεγκεν, ἢ τὸ τοῦτο μὲν τὸ μέγεθος τούτου τοῦ σώματος εἶδος εἶναι, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ λοιποῦ. ὥστε ῥοπή τις ἔνεστι ταῖς ψυχαῖς πρὸς τὰ σώματα, καὶ ἔσται τῶν ψυχῶν συνά-

φεια

νάφεια πρὸς τὰ σώματα, τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα δυναμένου τοῦτο ἐνεργοῦντος, ὅταν, καθὼς προώρισεν, εἰς ἐνέργειαν τὸ δυνάμει προελθεῖν θελήσῃ, καὶ τὸ παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν.

Πρῶτον μὲν οὖν διὰ ταῦτα καὶ πλείω τούτων, τὰ περὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀδύνατα ἡγούμεθα. ἔπειτα καὶ παρὰ τῆς πίστεως ἀναμφιβόλως αὐτοῖς πιστεύειν συνωθούμεθα. ἐπειδὴ γὰρ παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου ἠλευθερώθημεν, οἷς ἐνεπέσαμεν διὰ τὴν τοῦ Ἀδὰμ παράβασιν. καὶ γὰρ οὐ μόνον ἡ ἐκείνου ἁμαρτία διέβη εἰς πάντας, διὰ τὴν τῆς φύσεως κοινωνίαν καὶ τὴν πρὸς τὰ φαῦλα τὴν αὐτὴν καὶ χείρω ὁρμήν· διὰ δὲ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθεν, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει, Δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας θάνατος· ἀνάγκη ἦν ἀμφοτέρων ἐλευθερωθῆναι διὰ Χριστοῦ. καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος φησὶν, Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε δι' ἑνὸς, πολλῷ μᾶλλον οἱ λαβόντες τὴν περισσείαν τῆς δωρεᾶς καὶ τῆς δικαιοσύνης, βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἵνα τοίνυν ἑκάτερον ἡμῖν ἐν ἑαυτῷ ὑποδείξῃ, καὶ θανεῖν καὶ ἀναστῆναι ἠθέλησεν· ἀποθανεῖν μὲν, ἵνα ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας καθαρίσῃ, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος. Ὥσπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἅπαξ προσενεχθεὶς εἰς τὸ ἁμαρτίας ἐξαλεῖψαι πολλῶν. ἀναστῆναι δὲ ἠθέλησεν, ἵνα ἡμᾶς τοῦ θανάτου ἐλευθερώσῃ. ὅθεν ὁ Ἀπόστολος φησὶ, Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἐξήγερται, ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων· ὅτι δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν.

Τὸ μὲν οὖν ἀποτέλεσμα τοῦ θανάτου, ἐν τοῖς Μυστηρίοις λαμβάνομεν, ὅσον πρὸς τὴν τῆς ἁμαρτίας ἄφεσιν. καὶ γὰρ διὰ τῆς δυνάμεως τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ, τὰ Μυστήρια ἐνεργοῦσι. συνθαπτόμεθα γὰρ αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος· καὶ διὰ τῆς κοινωνίας τὸν θάνατον αὐτοῦ καταγγέλλομεν· καὶ διὰ πάντων νεκροὶ τῇ ἁμαρτίᾳ γίνεσθαι ὑπισχνούμεθα. τὸ δὲ ἀποτέλεσμα τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, ὅσον πρὸς τὴν τοῦ θανάτου ἀπαλλαγὴν, ἐν τῷ τέλει τῶν αἰώνων ὀψόμεθα, ὅταν πάντες διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἀναστῶμεν· ὅθεν φησὶν ὁ Ἀπόστολος, Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. ἄρα οὖν ματαία ἡ πίστις ἡμῶν. ἄρα ἔτι ἐσμὲν ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν. καὶ πάλιν, Εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. καὶ πάλιν, Εἰ ὁ Χριστὸς κηρύττεται ὅτι ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, πῶς τινὲς λέγουσιν ἐν ὑμῖν, ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν. εἰ δ' ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ὁ Χριστὸς ἐγήγερται. εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, μάταιον τὸ κήρυγμα ἡμῶν. πάλιν φησὶ πρὸς Τιμόθεον γράφων, Τὰς μωρὰς καὶ ἀπαιδεύτους ζητήσεις παραιτοῦ. πολλοὶ γὰρ προκόπτουσιν εἰς ἀσέβειαν, καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει, ὧν ἐστιν Ὑμέναιος καὶ Φίλητος, οἱ τῆς ἀληθείας ἐξέπεσον, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν ἤδη γενέσθαι. οὗτοι γὰρ οὐκ ἐδόξαζον νεκρῶν σωμάτων ἀνάστασιν, ἀλλὰ τὴν



erit animorum cum eis unio, Deo iſtud præſtante, qui omnia poteſt; tunc nimirum, cùm ſicut præfinivit, quod potentia eſt, in actum progredi voluerit, ac quod eſt innaturale, in id quod ex naturæ rationibus ſit.

Primùm igitur hiſce rationibus aliiſque pluribus inducti quę ſpectant ad reſurrectionem haud impoſſibilia ducimus. Accedit, quod ut illis indubitatam omnino fidem adhibeamus, ex fide compellimur. Quia enim à Dei Filio ſalutis noſtræ auctore à peccato & morte liberati ſumus, in quæ Adami trangreſſione prolapſi eramus. Nedum enim illius peccatum in omnes pertranſivit, ob naturæ communionem, eandemque in ea quæ mala ſunt, ac deteriora incitationem; morſque per peccatum in mundum intravit, ut & Apoſtolus ait, *Per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors*; Rom 5.12. neceſſe erat ut per Chriſtum utroque liberaremur. Ait namque idem Apoſtolus, *Si enim unius delicto mors regnavit per unum, multò magis abundantiam muneris & juſtitiæ accipientes, regnabunt per unum Ieſum Chriſtum.* Rom. 5.17. Vt igitur utrunque nobis in ipſo monſtraretur, cùm mori, tum reſurgere voluit; alterum quidem, ut nos a peccato mundaret, uti ait Apoſtolus. *Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori; ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum delenda peccata.* Hebr. 9.27. Alterum verò, ut nos à morte liberaret. Id circo ait Apoſtolus, *Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium: quia per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.* 1.Cor.15.20.

Mortis itaque effectum in Sacramentis recipimus, quod ſcilicet attinet ad peccati remiſſionem. Etenim Sacramenta, virtute paſſionis Chriſti operantur. *Conſepelimur enim ipſi per Baptiſmum*, ac Communicando, mortem ejus annuntiamus; cunctiſque mortuos nos peccato pollicemur. Effectus autem reſurrectionis Chriſti, quod attinet ad hoc, ut ipſi immunes à morte ſimus, in fine ſæculorum videbimus, cùm omnes per Chriſti potentiam reſurgemus. (Chriſti mortis effectus, & reſurrectionis. Col 2.12. 1.Cor.11.26.) Vnde ait Apoſtolus, *Si mortui non reſurgent, nec Chriſtus reſurrexit. Ergo vana eſt fides noſtra. Ergo adhuc ſumus in peccatis noſtris.* 1.Cor.15.16. Ac rurſus, *Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt, per Chriſtum adducet cum eo.* 1.Theſ.4.13. Et rurſus, *Si Chriſtus prædicatur quod reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt? Si autem mortuorum reſurrectio non eſt, nec Chriſtus reſurrexit; ſi autem Chriſtus non reſurrexerit, inanis eſt prædicatio noſtra.* 1.Cor.15.12. Aitque rurſus ad Timotheum ſcribens, *Stultas & ſine diſciplina quæſtiones devita. Multi enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpit, ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes Reſurrectionem eſſe jam factam.* 2.Tim.2.23 & 16. Hi enim non exiſtimabant fore corporum reſurrectionem,

ſed animi à vitio ad virtutem mutationem, & ab errore ad veritatem; Deique notitiam ac fidem eſſe reſurrectionem dicebant. Quod Apoſtolus evertit, omniſque ſacra Scriptura, quæ ipſorum corporum reſurrectionem futuram dicat. Ait namque
1 Cor 15. 44. & 53. Apoſtolus, *Seminatur corpus animale, reſurgit corpus ſpiritale.* Et ruſus, *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* In Evangelio autem à
Ioan. 5. 25. & 28. Chriſto dictum eſt, *Venit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem Filii Dei; & qui audierint, vivent.* Et ruſus, *Venit hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem ejus; & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionem judicii.* Ait verò etiam Iob,
Iob. 19. 25. *Redemptor meus vivit, & in noviſſimo de terra ſurrecturus ſum, & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* Et divinus Da-
Pſal. 103. 29 vid, *Auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur.* En, de corporibus loquitur. Tum ſubdit, *Emittes Spiritum tuum & creabuntur, & renovabis faciem*
Iſai. 26. 19. *terræ.* Eſaias quoque, *Reſurgent mortui, &*
Ezech. 37. 7 *ſuſcitabuntur qui ſunt in monumentis.* Beatus quoque Ezechiel, *Factum eſt*, inquit, *dum prophetarem; & ecce commotio, & admovit oſſa, os ad os, unumquodque ad juncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nervi & carnes oriebantur, & aſcendebant ſuper ea; & pelles extentæ ſunt ſuper illis deſuper.* Tum docet quonam ſpiritus juſti reverſi ſint: ſed & alia plura ejus generis de futura reſurrectione nobis tradit divina Scriptura. Ex quibus manifeſtum eſt ſuſcitanda cadavera, nec infinitæ Dei potentiæ quicquam impoſſibile fore.

Quia igitur nedum ejuſcemodi ſermonibus reſurrectio confirmatur, ſed & ipſe
Chriſti reſurrectio fidem aſtruens noſtræ reſurrectioni. Chriſtus à mortuis ſurrexit; ita nimirum ut viſus ſit & contrectatus, comederitque; quod ipſum non erat ex naturæ rationibus: neque enim cùm ſuſcitatus eſſet cibo indigebat; ſed ad aſtruendam reſurrectionem; ſicut neque nos comedemus aut bibemus poſt reſurrectionem; ſed ſubtilia nulliſque læſioni obnoxia & incorruptibilia corpora noſtra recipiemus; cujuſmodi erat Domini
Ioan. 20. 19 Corpus januis clauſis ingreſſum. Sed & La-
Ioan. 11. 14. zarum quatriduanum jam mortuum ſuſcitavit, ut ſuæ ſpecimen deitatis ederet, ſuæque ac noſtræ fidem aſtrueret reſurrectioni. Sæpiuſque à neceſſariis notiſque omnibus viſus, agnitus eſt atque creditus; quod ſanè non fuiſſet, niſi proprietates ejus inſignientes perſonam in eo fuiſſent incolumes.

Cùm hæc ergo in hunc modum ſe habeant, operæpretium eſt ut firmiter credamus reſurrectionis myſterium, divinis nobis oraculis proditum; quam à Deo, agnitæ veritatis præmio, conſequemur. Nam neque Chriſtus *Primogenitus mortuorum* audi-

τῆς ψυχῆς ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετὴν μεταβολήν, καὶ ἀπὸ τῆς πλάνης εἰς τὴν ἀλήθειαν. καὶ τὴν περὶ Θεὸν ἐπίγνωσιν, ἀνάστασιν ἔλεγον εἶναι· ὅπερ ὁ Ἀπόστολος ἀνατρέπει, καὶ πᾶσα ἡ θεία γραφή, αὐτῶν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι λέγουσα. ὁ μὲν γὰρ Ἀπόστολός φησι, Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. καὶ, Ἀνάγκη τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν· καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθανασίαν. ἐν δὲ τῷ εὐαγγελίῳ παρὰ τοῦ Χριστοῦ εἴρηται, Ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ· καὶ οἱ ἀκούσαντες, ζήσονται. καὶ πάλιν, Ἔρχεται ὥρα, ἐν ᾗ πάντες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ· καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἰώβ, Ὅτι ὁ λυτρωτής μου ζῇ, καὶ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσομαι ἐκ τῆς γῆς, καὶ πάλιν περικαλύψει με τὸ δέρμα μου, καὶ ἐν τῇ σαρκί μου ὄψομαι τὸν Θεόν. καὶ ὁ θεῖος Δαβίδ, Ἀντανελεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι, καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν. ἰδοὺ περὶ σωμάτων ὁ λόγος. εἶτα ἐπάγει, Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται, καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. καὶ ὁ Ἡσαΐας, Ἀναστήσονται οἱ νεκροί, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις. καὶ ὁ μακάριος Ἰεζεκιήλ, Ἐγένετο, φησίν, ἐν τῷ με προφητεῦσαι, καὶ ἰδοὺ σεισμός, καὶ προσήγαγε τὰ ὀστᾶ ὀστέον πρὸς ὀστέον, ἕκαστον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ. καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐπεγένετο αὐτοῖς νεῦρα καὶ σάρκες ἀνεφύοντο, καὶ ἀνέβαινον ἐπ' αὐτά. καὶ περιετάθη ἐπ' αὐτοῖς δέρματα ἐπάνωθεν. εἶτα διδάσκει πῶς κληθέντα ἐπανῆλθε τὰ πνεύματα. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τοιαῦτα ἡ θεία γραφὴ περὶ τῆς μελλούσης ἀναστάσεως ἡμῖν παραδίδωσιν. ἐξ ὧν δῆλον ὅτι τὰ νεκρὰ ἐγερθήσονται σώματα, καὶ τῇ ἀπείρῳ δυνάμει τοῦ Θεοῦ οὐδὲν ἀδύνατον ἔσται.

Ἐπεὶ τοίνυν οὐ μόνον τοῖς τοιούτοις λόγοις ἡ ἀνάστασις βεβαιοῦται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς ἐκ νεκρῶν ἀνέστη, ὥστε καὶ θεαθῆναι καὶ ψηλαφηθῆναι καὶ φαγεῖν· ὅπερ οὐκ ἦν κατὰ φυσικὸν λόγον· οὐδὲ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τροφῆς ἐδεῖτο· ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως πίστωσιν· ὥσπερ οὐδ' ἡμεῖς μετὰ τὴν ἀνάστασιν φαγούμεθα ἢ πιούμεθα· λεπτὰ δὲ καὶ ἀπαθῆ τὰ σώματα ἡμῶν ἀναληψόμεθα καὶ ἄφθαρτα, καθάπερ ἦν τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα, κεκλεισμένων τῶν θυρῶν εἰσελθόν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν Λάζαρον νεκρὸν τεταρταῖον γεγονότα, ἐξήγειρεν εἰς ἔνδειξιν τῆς οἰκείας θεότητος καὶ πίστωσιν τῆς αὐτοῦ καὶ ἡμῶν ἀναστάσεως· ὃς καὶ πολλάκις παρὰ πάντων τῶν οἰκείων τε καὶ γνωρίμων ἐγνωρίσθη καὶ ἐπιστεύθη, ὅπερ οὐκ ἂν ἦν, μὴ τῶν χαρακτηριστικῶν ἰδιωμάτων τῆς ὑποστάσεως ταύτην συνιστώντων.

Ἐπεὶ ταῦτα οὕτως ἔχει, ὀφείλομεν βεβαίως πιστεύειν τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον ὑπὸ τῆς θείας γραφῆς κηρυττόμενον, τῆς ἐκ Θεοῦ ἡμῖν δοθείσης διὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν. οὐ γὰρ ἂν πρωτότοκος τῶν νεκρῶν ὁ Χριστὸς ἐλέγετο γε-

γονέναι, μὴ κἀκείνων συνεπομένων. ἔσαι τοίνυν A ἡμέρα μεγάλη καὶ ἐπιφανής, καθ' ἣν ἡ μετὰ δόξης παρουσία τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου γενήσεται, περὶ ἧς Δανιὴλ ὁ προφήτης γράφει. Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτός, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, 52 καὶ προσηνέχθη αὐτῷ· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοί, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, οὐ διαφθαρήσεται. καὶ ἔτι φησίν, Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν· καὶ ὁ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθησε. καὶ ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ· καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν, καὶ τὰ λοιπά. B

Ἐλεύσεται τοίνυν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ· καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τῆς κτίσεως κόσμου ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστήσονται· καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ παραστήσεται πᾶσα φύσις ἀνθρώπων, ὥστε κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. κρινεῖ δὲ οὐχ ὡς ἄνθρωπος ἁπλῶς, ἐν τῇ ταπεινώσει τῆς σαρκὸς δηλονότι, ἀλλὰ μετὰ τῆς δόξης τῆς θεότητος ἐξουσίας. ὥσπερ γὰρ λέγομεν, Ὅτι ὁ Κύριος τῆς δόξης ἐσταυρώθη καὶ ἀπέθανε καθὸ ἄνθρωπος, οὕτω καὶ κρινεῖ μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς Κύριος τῆς δόξης. τότε Πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα C γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός. καὶ ὁ μὲν ἄρχων τοῦ σκότους παραδοθήσεται εἰς καῦσιν πυρὸς μετὰ τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, καθό φησιν Δανιὴλ ὁ προφήτης. τοῦτον γὰρ ἀνελεῖ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, ἐπειδὴ τὰ πάντα φέρει τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. ἀποδοθήσεται δὲ τῶν ἀνθρώπων ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. καὶ οἱ μὲν δίκαιοι, ἀνάλογον λαμπρότητα καὶ φωτισμὸν καὶ τοῖς σώμασι καὶ ταῖς ψυχαῖς κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀρετῆς ἑκάστου, καὶ τῆς ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς πίστεως κακοπαθείας. οἱ δὲ πονηροί, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀπολήψονται σκότος ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν καὶ τοῖς σώμασι, κατὰ τὸ ἀνάλογον τῆς ἑκάστου κακίας καὶ πονηρίας. καὶ γὰρ λέγει μὲν αὐτὸς ὁ Κύριος, Ὅτι οἱ δίκαιοι λάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος. λέγει δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, Σπείρεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. καὶ τὰς διαφορὰς δεικνὺς τῆς λαμπρότητος, ἐπάγει, Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης. ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. καὶ πάλιν λέγει, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἡμῶν μετασχηματισθήσεται εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. ἔτι δέ, καὶ αὐτὴν τὴν φύσιν ἐλευθερωθήσεσθαι φησὶν ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν δόξαν τῆς ἐλευθερίας τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ· δηλῶν, ὅτι καὶ ἡ ἄλλη κτίσις λαμπροτέρα ἔσται. καὶ γάρ, καθά φησί τις τῶν ἁγίων, Ὥσπερ ὑπετάγη τῇ φθορᾷ δι' ἡμᾶς, οὕτω συμπανηγυρίσει καὶ συνθριαμβεύσει ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων νίκῃ, καὶ ἀπολήψεται τὸν μισθὸν τοῦ καμάτου τῆς διακονίας, ἣν συν- D

ret, niſi & illi comites ſequerentur. Erit itaque dies magna & illuſtris, in qua Filii hominis adventus erit cum majeſtate. de quo Daniel Propheta ſcribit. *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi Filius hominis veniens: & uſque ad Antiquum dierum pervenit, & oblatus eſt ei; & datus eſt ipſi principatus & honor & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ ſervient ei. Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non pertranſibit: & regnum ejus non corrumpetur.* Dan.7.13. Atque adhuc, *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit; & flumen ignis trahebat in conſpectu ejus. Mille millia miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei. Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt*, & quæ ſequuntur. Ibid. 9.

Itaque venturus eſt Filius hominis in majeſtate ſua cum Angelis ſuis; omneſque à mundi creatione à mortuis reſurgent; *noſque qui vivimus & reſidui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obviam Domino in aëra;* aſtabitque omnis ſexus hominum, ut judicet vivos & mortuos. Iudicabit autem, non ut ſimpliciter homo (in carnis ſcilicet humilitate) ſed cum majeſtate potentiæ Deitatis. Sicut enim dicimus, Dominum majeſtatis, quà homo erat, crucifixum eſſe & mortuum; ſic judicabit quidem ut homo, ſed ut Dominus majeſtatis. Tunc *Omne genu flectetur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum; & omnis lingua confitebitur, Quia Dominus Ieſus Chriſtus eſt in gloria Dei Patris.* Ac quidem princeps tenebrarum tradetur *in incendium ignis* cum Angelis ſuis, quemadmodum ait Daniel Propheta. Hunc enim *interficiet ſpiritu oris ſui*; quandoquidem *omnia portat Verbo virtutis ſuæ*, ut auctor eſt divinus Apoſtolus. Reddetur verò ſingulis quibuſque hominibus, juxta opera eorum. Ac quidem Iuſti, pro cujuſque virtutis, Deique ac fidei cauſa exantlatorum laborum ratione, convenientem corporibus ac animabus ſplendorem recipient ac illuſtrationem; Mali verò, eodem modo pro cujuſque malitiæ ac pravitatis ratione, tenebras juſto præmio reſpondentes, animabus ſuis corporibuſque recipient. Etenim ait ipſe Dominus, *Fulgebunt Iuſti ſicut Sol.* Beatus autem Paulus, *Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale.* Splendoriſque diverſitatem oſtendens, ſubjungit, *Alia eſt claritas Solis, & alia claritas Lunæ. Stella differt à ſtella in claritate.* Rurſumque ait, fore, ut & ipſum corpus noſtrum transformetur, ut ſit conforme corpori claritatis Filii ejus. Præterea ait, ipſam naturam liberatum iri à ſervitute corruptionis, in claritatem libertatis filiorum Dei: Nempe hoc volens, Fore, ut & reliqua creatura ſplendidior ſit. Etenim, ut Sanctorum quiſpiam ait, *Quemadmodum in noſtri gratiam ſubjecta fuit corruptioni, ſic unà feſti particeps erit ac triumphi pro victoria hominum, ejuſque laboris mercedem recipiet, quo ſervivit, in hoc conſe-*

Matt. 25.31. 1.Theſ.4.16. 1.Cor.2.8. Phil.2.10. Dan.7.11. 2.Theſ.2.8. Hebr.1.3. Matt.13.43. 1.Cor.15.44.& 41. Phil.3.20. Rom.8.21.

Creaturæ immutatio pro futuri hominum ſpecie triumphi.

Iſai 30 26. & 65.17. *rens ut Electi procreaentur.* Idcirco etiam ait Iſaias, Solis lucem ſeptemplicius fore; lunamque quaſi nunc ſol fulgore micaturam: fore denique novam terram ac cœlum novum.

1.Cor.15. 24. Tunc Apoſtolicum illud implebitur, *Cùm tradiderit regnum Deo & Patri, tunc & ipſe ſubjicietur ei, qui ſubjecit illi omnia.* Pii enim ac juſti, præſenti ævo ad Chriſtum attendentes, proque eo ac ille in mandatis dedit, virtutem colentes, per ipſum ſpiritalem ſuam
Col.3.3. Chriſti hæreditas & regnum. adminiſtrant vitam; quæ quidem nunc in Chriſto abſcondita eſt; poſtea verò unà cum ipſo eſt manifeſtanda. Idcirco etiam illi ejus hæreditas vocantur ac regnum; quos
Rom.5.2. nimirum ut homo, per mortem ſuam ac ſanguinem Deo ac Patri adducit. Per ipſum enim acceſſum habuimus ad Deum & Patrem; cui omnia ſubjecit; ad hæcque ſeip-
Rom.8.29. ſum, ut *primogenitum in multis fratribus* fieri dignatum, noſtræque ſalutis Pontificem & diſpenſatorem effectum, ut hominem adducet Patrique ſubjiciet: Vt autem Deus, qui cum Patre & Spiritu ſit, minimè ſubjiciendus eſt.

Idem itaque, ut quidem homo, ſubjiciendus eſt, quod carnem creatam aſſumpſerit: ut autem Deus, perinde ſibi ſubjectos ſubjiciet, ut qui unus cum Patre ac Spiritu Deus ſit. Idcirco etiam ut Deus, cum Patre & Spiritu, velut unus judex, judicaturus eſt: ut verò homo, ſolus ipſe Iudex ſedebit. Etenim cum illis quæ corpus inſigniunt, ejuſque propriis notis venturus eſt, ut & Iudæi intelligant, eundem ipſum eſſe, qui ab illis in crucem actus eſt; indeque arguantur, cunctique videant Infideles ac compungantur; quotquot nimirum ævo hoc prædicatum illum non receperunt, nec ejus doctrina converſi ſunt; ſed in ſuo errore permanſerunt. Etenim de illo ex eo
Dan.7.14. quod homo dictum Danieli eſt, *Et datus*
Ioan.5.22. *eſt ei principatus & honor & regnum.* Ac rurſus, quod ipſe Dominus ait, *Pater non judicat quemquam; ſed omne judicium dedit Filio.* Quod ipſum de illo accipitur, quatenus homo eſt, uti dicimus: Divus tamen Chryſoſtomus in ſua in Ioannem expoſitione, etiam de divina generatione interpretatur,
Hom.38.in Ioan. dicens, *Et ut intelligas hanc particulam, dedit, idem quod genuit, ſignificare, audi ex alio loco*
Ioan.5.26. *idipſum declaratum.* Sicut enim Pater vitam habet in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo. *Quid igitur? prius ipſum genuit; inde vitam dedit? Erat igitur ſine vita genitus? Verùm hoc nec dæmones dixerint. Præter enim impietatem, etiam ingentis dementiæ dictu ſit. Quemadmodum igitur,* Vitam dedit, *ſibi vult, ipſum genuit vitam: ſic &* dedit judicium, *hoc ſignificat,* Iudicem eum genuit. Quia enim nemo vulgi facilè intellexiſſet quonam modo ejus vita ipſa verè exiſtens ſit, prius quidem id quod eſt humilius, dixit; deinde verò cùm jam inſtructi eſſent, ad id quod ſublimius eſt, provehit. Qui enim dixerat, *Dedit ei vitam habere,* hic rur-
Ioan.11.25. & 8.12. ſus ait, *Ego ſum Vita*: Ac rurſus, *Ego ſum Lux.*

A ἐτέλεσεν, εἰς τὴν γένεσιν τῶν ἐκλεκτῶν. διὸ καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει, τοῦ ἡλίου τὸ φῶς ἑπταπλάσιον ἔσεσθαι, καὶ τὴν σελήνην λάμψειν ὡς νῦν ὁ ἥλιος· καὶ καινὴν ἔσεσθαι γῆν, καὶ καινὸν οὐρανόν.

Τότε τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο πληρωθήσεται, Ὅταν παραδῷ τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα. οἱ γὰρ εὐσεβεῖς καὶ δίκαιοι κατὰ τὸ παρὸν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀποβλέποντες, καὶ τὴν ἀρετὴν κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ μετερχόμενοι, δι᾽ αὐτοῦ τὴν ἑαυτῶν οἰκονομοῦσι πνευματικὴν ζωήν. τὴν νῦν μὲν ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ κρυπτομένην, ὕστερον δὲ αὐτῷ συμφανερουμένην. διὰ τοῦτο καὶ ἐκείνου κληρονομία καὶ βασιλεία λέγονται οὗτοι· οὓς ὡς ἄνθρωπος διὰ τοῦ ἑαυτοῦ θανάτου καὶ αἵματος προσάγει τῷ Θεῷ καὶ Πατρί. δι᾽ αὐτοῦ γὰρ
B πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν· ὃς αὐτῷ τὰ πάντα ὑπέταξε· καὶ ἔπι ἑαυτὸν, ὡς πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς γενέσθαι καταξιώσαντα, καὶ ἀρχιερέα καὶ οἰκονόμον τῆς ἡμῶν σωτηρίας γενόμενον, ὡς ἄνθρωπον προσάξει, καὶ ὑποταγήσεται τῷ Πατρί· ὡς δὲ Θεὸς ὢν μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος, οὐχ ὑποταγήσεται.

Ὥστε ὁ αὐτὸς, καθὸ μὲν ἄνθρωπος ὑποταγήσεται, ἐπεὶ κτιστὴν προσείληφε σάρκα· καθὸ δὲ Θεὸς, ἐπίσης τὴν ὑποταγὴν ἑαυτῷ ὑποτάξει, ὡς εἷς Θεὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος. διὰ τοῦτο, καὶ ὡς μὲν Θεὸς μετὰ τοῦ Πατρὸς κρινεῖ καὶ τοῦ Πνεύματος, ὡς εἷς κριτής· ὡς δὲ ἄνθρωπος, αὐτὸς μόνος. καὶ γὰρ μετὰ τῶν σωματικῶν ἐλεύσεται χαρακτήρων, ἵνα καὶ οἱ Ἰουδαῖοι κατανοήσωσιν αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι, τὸν ὑπ᾽ αὐτῶν σταυρωθέντα εἰς ἔλεγχον αὐτῶν, καὶ πάντες
C οἱ ἄπιστοι θεάσωνται καὶ καταισχυνθῶσιν, οἵ γε ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι κηρυττόμενον οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ἐπεστράφησαν, ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν ἐνέμειναν πλάνῃ. καὶ γὰρ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον τῷ προφήτῃ Δανιὴλ εἴρηται, Καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία. καὶ πάλιν, ὅπερ αὐτὸς ὁ Κύριος εἶπεν, Ὁ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ Υἱῷ. ὃ λαμβάνεται μὲν καὶ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ὡς λέγομεν. ὁ δὲ θεῖος Χρυσόστομος καὶ ἐπὶ τῆς θείας γεννήσεως ἐξηγεῖται, ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην, λέγων, Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τὸ ἔδωκεν, ἀντὶ τοῦ ἐγέννησεν ἐστὶν, ἄκουσον ἐξ ἑτέρου τοῦτο αὐτὸ δηλούμενον, Ὥσπερ γὰρ ὁ Πατὴρ ἔχει ζωὴν ἐν ἑαυτῷ, οὕτως ἔδωκε καὶ τῷ Υἱῷ ζωὴν ἔ-
D χειν ἐν ἑαυτῷ. τί οὖν, πρότερον αὐτὸν ἐγέννησε, καὶ τότε ἔδωκε τὴν ζωήν; οὐκοῦν ἦν χωρὶς τῆς ζωῆς γεννηθείς. ἀλλὰ τοῦτο οὐδ᾽ ἂν δαίμονες εἴποιεν. μετὰ γὰρ τῆς ἀσεβείας, πολὺ καὶ τὸ ἀνόητον ἔχει. ὥσπερ οὖν τὸ, Ἔδωκε ζωὴν, ἐγέννησεν αὐτὸν ζωὴν ἐστὶν, οὕτω καὶ τὸ, Ἔδωκε κρίσιν, κριτὴν αὐτὸν ἐγέννησε φησίν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἂν ἐνενόησέ τις τῶν πολλῶν εὐκόλως πῶς ἐστὶν ἐνυπόστατος αὐτοῦ ἡ ζωὴ, πρότερον μὲν ἐκεῖνο εἶπε τὸ ταπεινότερον· ἔπειτα παιδεύσας πρὸς τὸ ὑψηλότερον ἄγει. ὁ γὰρ εἰπὼν, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ ζωὴν ἔχειν, οὗτος πάλιν φησὶν, Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. καὶ πάλιν, Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς.

Καθάπερ οὖν ἐλέγομεν, εἰς ἔλεγχον καὶ κατάκρισιν τῶν ἀπίστων καὶ ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον, ὡς ἄνθρωπος ἐλεύσεται μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, ἵνα καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν κατὰ τὸ δυνατὸν αὐτοῖς ὡς ἄνθρωπος θεαθῇ. ὅθεν καὶ αὐτοῖς μὲν οὐκ ἀγαθὸς ὁ ἀγαθὸς φανεῖται· τοῖς δὲ δικαίοις, καὶ λίαν ἀγαθός. καὶ οἱ μὲν ὡς ἄνθρωπον ὄψονται μόνον· οἱ δὲ δίκαιοι κατ᾽ ἄμφω, καὶ ὡς ἄνθρωπον καὶ ὡς Θεόν. καὶ οἱ μὲν εἰς κόλασιν αἰώνιον ἀπελεύσονται· οἱ δὲ, εἰς ζωὴν αἰώνιον.

A

Vti igitur dicebamus, ad coarguendos Infideles ac condemnandos, eorumque probrum ac dedecus ſempiternũ, ut homo venturus eſt cum poteſtate & majeſtate magna; ut & ab eis (quoad fieri poteſt) ut homo conſpiciatur. Vnde etiam non ut bonus, qui bonus ſit, illis videbitur: Iuſtis verò, etiam perquàm bonus. Ac illi quidem ut hominem ſolummodò videbunt; Iuſti verò utraque ratione, & ut hominem & ut Deum. Ibuntque illi quidem in ſupplicium æternum; hi verò, in vitam æternam.

## Κεφ θʹ.

## ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ ἀποκαταστάσεως.

B

Ὅτι γὰρ ἡ λαμπρότης τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, οὐ μόνον τοῖς ἁγίοις θεάσιμος ἔσται, ἀλλὰ καὶ τοῖς πονηροῖς, καὶ ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος διισχυρίζεται. Ὄψονται γὰρ καὶ οὗτοι εἰς ὃν ἐξεκέντησαν· καὶ ὄψονται ἐρχόμενον μετὰ δόξης πολλῆς καὶ δυνάμεως· οὐ γὰρ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ, φησὶ, καθ᾽ ἣν κέκριται, ὄψονται αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἐν τῇ δυνάμει τῆς δόξης ᾗ κρινεῖ. εἶτα ἀπορίαν εἰσάγει, ὅτι εἰ γέρας καὶ ἔπαθλόν ἐστιν ἐν ἐπαγγελίαις κείμενον, ὀφθῆναι τὸν Θεόν. Μακάριοι γὰρ οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. καὶ, Πάλιν ὀφθήσομαι ὑμῖν, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία. πῶς καὶ οἱ πονηροὶ ὄψονται αὐτὸν ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. ὁ καὶ λύων φησὶν, Οὐ τὴν τῆς θεότητος θεωρίαν ἔσεσθαι κοινὴν τοῖς ἀγαθοῖς καὶ τοῖς πονηροῖς. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τοῖς ἁγίοις ἐξαίρετος· ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ δόξῃ τοῦ σώματος θεωρίαν. C παραδώσει τοίνυν τὴν βασιλείαν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἀγαγὼν δηλονότι τοὺς πιστοὺς εἰς τὴν θεωρίαν καὶ γνῶσιν τοῦ Πατρὸς καὶ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἑνὸς καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ, ἵνα ᾖ αὐτὸς ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι. νῦν μὲν γὰρ πιστεύομεν καὶ ἐλπίζομεν ὃ οὐ βλέπομεν. Ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει, φησὶν ὁ Ἀπόστολος. εἰ δὲ ὃ οὐ βλέπομεν ἐλπίζομεν, δι᾽ ὑπομονῆς ἀπεκδεχόμεθα, ἕως οὗ 56 ὁ Βασιλεὺς ἐν ἀναπαύσει αὐτοῦ ἔσται. καὶ πάλιν, Ἐφόσον ἐσμὲν ἐν τῷ σώματι, ἀποδημοῦμεν ἐκ τοῦ Κυρίου. διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἴδους. καὶ, Νῦν ἡ ζωὴ ὑμῶν κέκρυπται ἐν τῷ Χριστῷ· ὅταν δὲ ὁ Χριστὸς φανερωθῇ ἡ ζωὴ ὑμῶν, τότε καὶ ὑμεῖς φανερωθήσεσθε σὺν αὐτῷ ἐν δόξῃ. καὶ, Νῦν μὲν δι᾽ ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ ὀψόμεθα πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. D

Αὕτη γὰρ ἡμῖν ἡ θεωρία ἐν ὑποσχέσει ἐστὶ, τέλος οὖσα πασῶν τῶν ἐργασιῶν καὶ αἰώνιος τῆς εὐφροσύνης τελείωσις. Υἱοὶ γὰρ ἐσμὲν τοῦ Θεοῦ, φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, καὶ οὔπω ἐφανερώθη τί ἐσόμεθα. οἴδαμεν δὲ ὅτι ὅταν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος εἴρηκεν, Αὕτη ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. περὶ ταύτης καὶ ὁ Δαβὶδ ἐκ προσώπου τοῦ

## CAP. IX.

## DE FVTVRA IN INTEGRVM reſtitutione.

QVod enim ſplendor corporis Chriſti nedum Sanctis conſpicuus futurus ſit, verùm etiam malis, affirmat & beatus Auguſtinus. *Videbunt* enim & ipſi *in quem pupugerunt*; & videbunt in majeſtate magna & poteſtate. *Non enim in infirmitate*, inquit, *ſecundum quam judicatus eſt, eum videbunt, ſed in potentia majeſtatis, qua eſt judicaturus.* Tumque inducit difficultatem, quod merces ac præmium in repromiſſionibus repoſitum, in eo ſit, ut Deus videatur. *Beati*, enim, *mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt*; quìnam fiat, ut & mali in majeſtate ſua eum videant? Quam & ſolvens, ait, Non Deitatis viſionem bonis & malis communem fore (hanc enim Sanctis propriam eſſe) C ſed corporis in majeſtate viſionem. Tradet igitur regnum Deo & Patri, nempe adducendo Fideles ad Patris ſuique & Spiritus ſancti (qui Deus unus ac verus eſt) viſionem ac cognitionem, *ut ſit Deus omnia in omnibus.* Nunc quidem credimus & ſperamus, quod non videmus. *Quod enim videt quis, quid & ſperat?* inquit Apoſtolus, *Si autem quod non videmus, ſperamus, per patientiam expectamus, donec Rex in requie ſua erit.* Et rurſus, *Quandiu ſumus in corpore, peregrinamur à Domino. Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem.* Et, *Nunc vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto: cùm autem Chriſtus manifeſtabitur vita veſtra, tunc & vos manifeſtabimini cum ipſo in gloria.* Et, *Nunc quidem per ſpeculum & in ænigmate; tunc autem videbimus facie ad faciem.* D

Chriſti corporis gloria, bonis & malis conſpicua in iudicio. Auguſt in Pſal. 109. & tr. 19. in Ioan. Ioan. 19. 37. Matt. 24. 30. Matt. 5. 8. 1. Cor. 15. 24. 1. Cor. 15. 28. Rom. 8. 24. Cant. 1. 11. 2. Cor. 5. 6. Col. 3. 3. 1. Cor. 13. 12.

Hæc enim nobis promiſſa viſio eſt, quæ ſit finis omnium operationum, ac lætitiæ æterna perfectio. *Filii enim Dei ſumus*, inquit Ioannes Evangeliſta, *& nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quod cùm apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſecuti eſt.* Ipſe etiam Dominus ait, *Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum.* De hac etiam in perſona Dei ait David, *Longitudine dierum re-*

1. Ioan. 3. 2. Ioan. 17. 3. Pſal. 90. 16.

*plebo eum*, *& oſtendam illi ſalutare meum.* Et quaſi ipſe à ſe, *Vnam petii à Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ut videam jucunditatem Domini.* Itaque à fide, quæ in præſenti eſt, ad futuram illam nullaque verborum vi explicabilem jucunditatem deveniemus. Etenim ait, *Ipſe, Pater amat vos, quia vos me amaſtis, & credidiſtis quia ego à Patre exivi. Exivi à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.*

Pſal.26.4. Ioan.16.27.

Ita igitur hîc credimus, Ipſum unum ex Sancta Trinitate, ex Deo & Patre ab æterno & illibatè, nihilque eo excedendo, natum, æqualem illi ſecundum ſubſtantiam, verumque ejus Filium ac Verbum, per quem facta ſunt omnia, deſcendentem de cœlis, carnem ex ſancta Dei Genitrice ſemperque Virgine Maria, propter noſtram ſalutem, abſque peccato citraque omnem mutationem & labem, aſſumpſiſſe, ac, quatenùs homo, crucifixum eſſe, factum pro nobis maledictum, mortuumque, anima comite in infernum ut Deum deſcendiſſe, dieque tertia reſurgentem à mortuis, humanum genus unà ſecum ſuſcitaſſe; atque in cœlos receptum, in Dei ac Patris dextera conſediſſe: nempe quod à dextris dicitur, paris cum eo dignitatis honorem ſignificante; eundem rurſus venturum ut judicet vivos & mortuos.

Fidei Incarnationis ſumma. Gal.3.13.

Si igitur his fidem accommodamus, citra omnem dubietatem futuram gloriam ac viſionem conſequemur. *Qui* enim *habet mandata mea*, inquit, *& ſervat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum.* Et, *Si diligitis me, mandata mea ſervabitis; & ego rogabo Patrem & alium Paracletum dabit vobis, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere*; ii ſcilicet qui mundi amore tenentur. Et, *Iterum veniam, & accipiam vos ad meipſum; ut ubi ego ſum, & vos ſitis.* Et, *Volo, Pater, quos dediſti mihi, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum; ut videant claritatem, quam dediſti mihi; quia dilexiſti me ante mundi conſtitutionem.*

Ioan.14.21. Ioan.14.15. Ioan.14.3. Ioan 17.24.

*Semper* igitur *cum Domino erimus*, uti auctor eſt beatus Paulus, & gaudebit cor noſtrum, & gaudium noſtrum plenum erit, nec aliquis ipſum tollet à nobis, uti Dominus ait; quando non in proverbiis loquetur nobis, ſed palam de Patre ſuo annuntiabit nobis. Cùm ait, *de Patre*, ſeipſum unà ac Spiritum ſanctum dat intelligi. Vnus enim Deus cum Patre ac Spiritu eſt. Hoc eſt, Non amplius ſigna erunt ac ſimulacra, cùm futura ſit viſio facie ad faciem. Etenim ait Apoſtolus, *Cùm venerit quod perfectum eſt, tunc evacuabitur quod ex parte eſt.* Hujus contemplationis imaginem ac figuram habuit Maria, quæ ſedebat ſecus pedes Ieſu, & audiebat verba illius. Nam

1 Theſ.4.17. Ioan.16.22 & 25. In cœlo nulla proverbia, ſed nuda veritas. 1. Cor.13.10. Luc.10.39.

Θεοῦ λέγει, Μακρότητος ἡμερῶν ἐμπλήσω αὐτόν, καὶ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριόν μου. Καὶ παρ᾽ αὐτοῦ, Μίαν ᾐτησάμην παρὰ Κυρίου· ταύτην ζητήσω, τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου. τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίου. ὥστε ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα πίστεως, εἰς τὴν μέλλουσαν ἐκείνην καὶ ἄρρητον ἀπόλαυσιν καταντήσομεν. Καὶ γάρ φησιν, Αὐτὸς ὁ Πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς, ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον. ἐξῆλθον παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον· πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν Πατέρα.

Οὕτω γοῦν ἐνταῦθα πιστεύομεν, ὅτι αὐτὸς ὁ εἷς τῆς Τριάδος ὁ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γεννώμενος ἀϊδίως καὶ ἀῤῥεύστως καὶ ἀνεκφοιτήτως, κατὰ τὴν οὐσίαν ἴσος ὢν αὐτῷ καὶ ἀληθὴς Υἱὸς αὐτοῦ καὶ Λόγος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, κατελθὼν ἐκ τῶν οὐρανῶν, ἀνέλαβε σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, ἄνευ ἁμαρτίας καὶ πάσης ἀλλοιώσεως καὶ τροπῆς· καὶ ἐσταυρώθη κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· καὶ ἀποθανὼν κατῆλθεν ἐν τῷ ᾅδῃ μετὰ ψυχῆς ὡς Θεὸς, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστὰς ἐκ τῶν νεκρῶν, τὴν ἡμετέραν συνανέστησε φύσιν, καὶ ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· τὸ ὁμότιμον τῆς ἀξίας, τοῦ ἐν δεξιᾷ σημαίνοντος. καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐλεύσεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Εἰ τοίνυν τούτοις πιστεύομεν, πόῤῥω πάσης ἀμφιβολίας τῆς μελλούσης δόξης καὶ θεωρίας ἐπιτευξόμεθα. Ὁ γὰρ ἔχων τὰς ἐντολάς μου φησὶ καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με. ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. καὶ, Ἐὰν ἀγαπᾶτέ με, τὰς ἐντολάς μου τηρήσετε· καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ᾽ ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα· τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ ὁ κόσμος οὐ δύναται λαβεῖν· οἱ φιλοῦντες δηλονότι τὸν κόσμον. καὶ, Πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτόν· ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. καὶ, Θέλω Πατὴρ, οὓς δέδωκάς μοι, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, κἀκεῖνοι ὦσι μετ᾽ ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

Πάντοτε οὖν σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, καὶ χαρήσεται ἡμῶν ἡ καρδία, καὶ ἡ χαρὰ ἡμῶν πεπληρωμένη ἔσται, καὶ ταύτην οὐδεὶς αἴρει ἀφ᾽ ἡμῶν, ὡς ὁ Κύριος φησὶν, ὅτε οὐκέτι ἐν παροιμίαις λαλήσει ἡμῖν· ἀλλὰ παῤῥησίᾳ περὶ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ ἀναγγελεῖ ἡμῖν. τοῦ Πατρὸς δὲ εἰπὼν, δίδωσι καὶ ἑαυτὸν μετὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀδιαστάτως νοεῖσθαι. εἷς γὰρ Θεός ἐστι μετὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Πνεύματος. τουτέστιν, οὐκ ἔσονται ὁμοιότητες καὶ σύμβολα, τῆς ὁράσεως γινομένης πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. καὶ γάρ φησιν ὁ Ἀπόστολος, Ὅταν ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. Ταύτης τῆς θεωρίας εἰκόνα καὶ τύπον εἶχεν ἡ Μαρία παρακαθημένη παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἀκούουσα τοῦ

λόγων αὐτοῦ. τὸ μὲν γὰρ τῆς ἀρετῆς πρακτικὸν, ὅπερ ἀρχὴ θεωρίας ἐστὶν, οὐκέτι ἡμῖν παραμενεῖ, ἀλλὰ παύσεται, ἅτε διὰ τὸν τοῦ σώματος συνιστάμενον πόνον. ἡ δὲ ἐνταῦθα θεωρία, εἰ καὶ ὁ τρόπος αὐτῆς παύσεται, καθ' ὃν θεωροῦμεν· ἀλλ' ὅμως ἀρχὴ ἡμῖν ἔσται τῆς μελλούσης θεωρίας. ὥσπερ γὰρ ὁ Κύριος φησὶν, Ὁ μὴ πιστεύων ἤδη κέκριται· τουτέστι, τὴν ἀρχὴν τῆς καταδίκης ἐντεῦθεν λαμβάνει. οὕτω πάλιν αἰώνιαν ἔφησε ζωὴν, τὸ γινώσκειν τὸν αὐτοῦ Πατέρα τὸν ἀληθινὸν Θεὸν, καὶ αὐτὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, συννοουμένου καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δηλονότι, καθότι ἡ ἐνταῦθα περὶ αὐτοῦ ἀληθὴς πίστις καὶ θεωρία καὶ γνῶσις, αἰτία καὶ ἀφορμὴ ἡμῖν ἔσται τοῦ τυχεῖν τῆς ἀποκειμένης μακαριότητος. καὶ γὰρ τοσοῦτον τις ἐκεῖ ὄψεται, ὅσον ἐνταῦθα πεπίστευκε· καὶ τὰ ἐνταῦθα τῆς θεωρίας αἰνίγματα, τὸ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας διαδέξεται κάλλος, ὑποχωρούσης μετὰ τὸν παρόντα βίον τῆς πίστεως δηλονότι καὶ τοῦ ἐσόπτρου, τούτου τοῦ σώματος ἡμῖν λυθέντος, καὶ πάλιν πρὸς τὸ βέλτιον ἀναλαμβανομένου. ἐξ ὧν δῆλον, καὶ τοὺς περὶ τὴν πίστιν ἐνταῦθα σφαλέντας, καὶ τῆς ἀληθοῦς περὶ Θεὸν ἀποτυχόντας γνώσεως, μὴ δὲ τῆς ἐκεῖ θεωρίας ἐπιτυγχάνειν· ἀλλ' ἀμυήτους ὑπάρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἀριστερᾶς εἶναι μερίδος.

Διὰ ταῦτα τὸ μὲν τῆς ἀρετῆς πρακτικὸν, ὡς ἀτελέστερον, τῶν εἰσαγομένων φασί· τὸ δὲ θεωρητικὸν, ἔργον εἶναι τελείων. ὅθεν καὶ ὁ Κύριος πρὸς τὴν Μάρθαν τῷ πρακτικῷ ἀναλογοῦσαν, εἶπε, Μάρθα, Μάρθα μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά, ἑνὸς δέ ἐστι χρεία, τοῦ περὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀναστρέφεσθαι δηλονότι, καὶ αὐτὸν θεωρεῖν. μακάριοι γὰρ οἱ ἀκούοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ φυλάσσοντες αὐτόν. περὶ δὲ τῆς Μαρίας εἴρηκε, Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς. ἀπὸ γὰρ τῆς θεωρίας ταύτης, εἰς ἐκείνην τὴν μέλλουσαν χα-
57 ρὰν καταντήσομεν, ἣν οὐδεὶς ἀφ' ἡμῶν αἴρει 57
τῶν μὲν εἰκόνων τοῖς παραδείγμασι· τῇ δὲ θεωρίᾳ, τῆς πίστεως ὑποχωρησάσης.

Ἐκείνην τὴν θεωρίαν, ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν ὁ ἅγιος Διονύσιος φησί· περὶ οὗ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν, τουτέστι μείζω ἢ κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἡμετέρου νοῦ. ὁ γὰρ ἀνθρώπινος νοῦς μεταβατικῶς δύναται νοεῖν. καὶ γὰρ ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο μεταβαίνων, καὶ ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον, ὕστερον εἰς τὸ ζητούμενον συμπέρασμα καταντᾷ. διὸ καὶ ἀτελῆ τὴν γνῶσιν ἔχει, ἅτε μὴ ἀμέσως, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν τελείωσιν τοῦ νοήματος πορευόμενος. ὃς δὴ τρόπος τῆς νοήσεως ἡμῖν οὐκ ἔσται τότε· εἰ γὰρ ἔσται, ὅμως μὲν ἀτελῆ τὴν μέλλουσαν χαρὰν καὶ εὐφροσύνην ἕξομεν. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ παραυτίκα καὶ ἀμέσως πληρωθησόμεθα καθὸ πεφύκαμεν δέχεσθαι, ἀλλ' ἀεὶ τοῦ δυνατοῦ ἐλλιπεῖς ἐσόμεθα. καὶ πῶς εἴρηται, Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται. καὶ πάλιν, Χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναί μοι τὴν δόξαν

virtus, quæ actione geritur, eſtque contemplationis origo, non ultra nobis permanebit, ſed ceſſatura eſt, ut quæ ſolandi cauſa corporalis laboris conſiſtat. Quæ autem hîc habetur contemplatio, etſi ejus ceſſabit contemplandi modus; at nobis tamen origo erit futuræ contemplationis. Nam, ut ait Dominus, *Qui non credit, jam judicatus eſt.* hoc eſt, ſuæ condemnationis inde jam præiudicium habet. Sic rurſum, Vitam æternam dixit, ut Patrem ſuum; Deum verum, cognoſcant, ipſumque adeò Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quibus cum utique Spiritus ſanctus intelligatur; quatenus ſcilicet vera de eo fides & contemplatio ac cognitio, adipiſcendæ beatitudinis cauſa nobis ac ratio futura eſt. Tantum enim quis ævo illo viſurus eſt, quantum hoc fide fulſit; vitæque huius contemplationis ænigmatis, veræ contemplationis decor ſuccedet; ſecedente nimirum poſt hanc vitam, fide ac ſpeculo, diſſoluto nobis mortali hoc corpore, melioríque ſtatu reparato atque reaſſumpto. Ex quibus liquet, qui circa fidem hoc ævo erraverint, nec veram de Deo cognitionem nacti, ſint ne illic quidem contemplationis compotes fore, ſed profanos habendos, ac qui ſiniſtræ partis impleant numeros.

Actio vitæ ceſſatura; contemplatio, altiore ſtatu perficiẽda.

Ioan. 3. 18.

Ioan. 17. 3.

Sine vera fide, nulla ſalus Deiq; ævo illo contemplatio.

Idcirco virtutem quæ actione geritur, ut quæ imperfectior eſt, eorum qui inducuntur ac quaſi novitiorum eſſe dicunt: quæ autem contemplatione, opus eſſe perfectorum. Vnde & Dominus ad Martham, quæ actionis typum gerat eiúſque referat modum, dixit, *Martha, Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum eſt neceſſe*, verſari ſcilicet circa Dei verbum. *Beati* enim *qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiunt illud.* De Maria autem, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Ab hac enim contemplatione, ad futurum illud gaudium deveniemus, quod à nobis nemo auferet: ſic nimirum ut imagines, exemplaribus; fideſque contemplationi locum cedant.

Luc. 10. 41.

Luc. 11. 28.

Hanc contemplationem vocat ſanctus Dionyſius (cuius ſupra meminimus) *unionem ſupra intelligentiam*; majorem ſcilicet quàm pro mentis noſtræ facultate. Mens enim humana per diſcurſum habet ut intelligat. Ab uno enim ad aliud, exque altero ad alterum ſubinde cogitando procedens, poſtremò ad concluſionem devenit, rei, quæ in quæſtionem vocatur. Vnde & imperfectam habet cognitionem, ut quæ non immediatè, ſed paulatim ad conceptus perfectionem evadat. Verùm hic modus tunc non erit: Nam ſi eſſet, tum imperfectum nobis gaudium ac lætitia conſtaret. Non enim ſtatim & ſine medio adimpleremur, ut nobis comparatum eſt, poſſumuſque recipere, ſed ejus ſemper laboraremus inopia, cujus ſumus capaces & nobis poteſt obtingere. Quomodo igitur dictum eſt, *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur*? Et rurſus, *Satiabor cum ap-*

De Divin. nom. c. 1. § 4. p. 443.

Vnio in Beatis ſupra intelligentiam, Dei cognitio ſine diſcurſu.

Matt. 5. 6.

Pſal. 16. 15.

*paruerit gloria tua* ; tumque adeò commixta quædam triſtitia & dolor cum noſtra lætitia foret. At quînam id fiat, cùm nec malos quidem tormentis cruciatos à Iuſtis videri doceamur, ne quid ejuſmodi illis contingat. Quomodo verò etiam pro Defunctis quotidie precamur, eos illic collocari, ubi non eſt dolor aut gemitus, ſed vita immortalis? Non enim quod nacti ſumus tantum delectat, quantum mœroris affert, quod nobis deſideratur. Cumque adeò intento fruſtrari fine, ubique dolorem faciat, quî fiat non inde nobis conflandum dolorem, præſertim verò, quò re maximi ponderis nos fruſtrari, eiuſque ſuſpenſos expectatione eſſe contigerit? Semper enim maius aliquid animo appetemus; nec conſecuti, quo nunquam levandi ſimus, mœrore afficiemur. Quod nimirum cupiditas in infinitum tendetur. Accedit fore, ut perinde emenſo vitæ huius curriculo, fide ac ſpe comite vivamus. Atqui futurum ut deſiderium omne & ſpes inquiſitioque ceſſet, viſque omnis deſiderii, Dei contemplatione nobis impleatur, cùm illud deinceps in nullam aliam rerum trahatur.

Preces pro Defunctis. Iſai. 35. 10.

Qua itaque ratione humanæ naturæ comparatum eſt, & quantum quiſque capere poteſt, Dei nobis contemplatio illuceſcet; ſtatimque ac immediatè, poſt expletum extremum judicium, quiſque illius heres futurus eſt. Id enim Sanctus *unionem* vocat *ſupra intelligentiam*, immediatam ſcilicet cum Deo conſuetudinem; ſupra quàm ſcilicet mens humana conſequi poteſt. Idque Paulus dicebat *facie ad faciem*; Ioannes verò Evangeliſta, *Videbimus eum ſicuti eſt.* Hanc porro arcanam mentis viſionem & contemplationem, Iuſtorum ſcilicet hereditatem & ſortem, quam beatus Dionyſius *unionem mente ſuperiorem* vocat, magnus Gregorius Theologus *regnum cœlorum* affirmat, quem & prius, iis quæ expoſita ſunt, id vel maximè ſentientem oſtendimus. In ea enim Oratione quam habuit ob Plagam grandinis, ubi futuri illius ſtatus meminit, provocatque auditores, ut memoria recolant, quæ Iuſtos & iniuſtos exceptura præmia ſint. *Quis*, inquit, *illic patronus? quæ cauſificatio? quæ falſa defenſio? quod artificioſum verborum lenocinium? quando proponentur throni, & Antiquus dierum præſidebit, & libri aperientur, & igneus fluvius volvetur; & lux à fronte, & paratæ tenebræ; & procedent qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, nunc in Chriſto abſconditæ; qui autem mala egerunt, in reſurrectionem judicii, quo ii qui non credunt à Verbo eos judicante, iam condemnati ſunt. Atque illos quidem lux excipiet, ſanctæque ac regiæ Trinitatis, purius jam ac clarius illucentis, totamque ſe cum tota mente miſcentis, contemplatio (in qua ego, vel ſola maximè regnum cœlorum poſitum eſſe cenſeo) hos autem ſimul cum aliis, vel potius ante alia, iſtud excruciabit, quod à Deo projecti ſint, atque inuſtam in conſcientia ſempiternæ ignominiæ notam gerant.* En

1. Cor 13. 12. 1. Ioan. 3. 2. Orat. 15. p. 230. Dan, 7. 9. 58 Ioel. 2. 3. Ioan. 5. 29. Col. 3. 3. Ioan. 3. 18. Regnum cœlorum, Trinitatis contemplatio.

A σοι, ἡμῖν δὲ καὶ λύπη τις ἔσαι παραμεμιγμένη τῇ εὐφροσύνῃ. καὶ πῶς ἂν τοῦτο δύναιτο, ὅπου γε οὐδὲ τοὺς πονηροὺς κολαζομένους ὑπὸ τῶν δικαίων ὁρᾶσθαι διδασκόμεθα, ἵνα μὴ τοῦτο συμβαίνῃ. καὶ πῶς καθεκάστην εὐχόμεθα τοὺς προαπελθόντας ἐκεῖ ταχθῆναι, ἔνθα οὐ λύπη, οὐ στεναγμὸς, ἀλλὰ ζωὴ ἀτελεύτητος. οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐφραίνει τὸ ληφθὲν, ὅσον τὸ λειπόμενον ἀνιάσει. καὶ εἰ τὸ μὴ τυγχάνειν τοῦ τέλους λύπην πανταχοῦ παρέχει, πῶς οὐ τοῦτο ἡμῖν αἴτιον ἔσαι λύπης, καὶ μᾶλλον, ὅσῳ καὶ τοῦ μεγίσου ἀποτευξόμεθα. καὶ γὰρ ἀεὶ ἐπιθυμήσομεν τοῦ πλείονος, καὶ ἀεὶ ζητήσομεν· καὶ ἐν ὅσῳ οὐ τυγχάνομεν, ἀνιασόμεθα, καὶ τῆς ἀνίας οὐδέποτε παυσόμεθα. ἐπεὶ καὶ ἡ ἔφεσις εἰς τὸ ἄπειρον προχωρήσει. B πρὸς δὲ καὶ οὐδὲν ἔλαττον μετὰ πίστεως καὶ ἐλπίδος καὶ μετὰ τὸν παρόντα βίον ζησόμεθα. ἀλλὰ μὴν πᾶσα ἔφεσις καὶ ἐλπὶς καὶ ζήτησις στήσεται, καὶ πᾶν ἡμῶν τὸ ἐπιθυμητικὸν πληρωθήσεται τῆς τοῦ Θεοῦ θεωρίας, ἐπὶ μηδὲν ἕτερον ἑλκομένης λοιπὸν τῆς ἐπιθυμίας.

Ὥστε, καθὸ πέφυκεν ἡ ἀνθρωπίνη φύσις καὶ κατὰ τὸ δυνατὸν ἑκάστῳ, ἡ τοῦ Θεοῦ θεωρία ἐπιλάμψει ἡμῖν, καὶ κληρονόμος αὐτῆς ἕκαστος ἔσαι ἐκ τοῦ παραυτίκα καὶ ἀμέσως, τῆς τελευταίας κρίσεως γενομένης. τοῦτο γάρ ἐστι, ὅπερ ὁ Ἅγιος ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν καλεῖ· τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἄμεσον ὁμιλίαν, τουτέστιν, ὑπὲρ ὃ δύναται ὁ ἀνθρώπινος νοῦς· καὶ C ὅπερ ὁ Παῦλος ἔλεγε πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· καὶ ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης, Ὀψόμεθα αὐτὸν καθώς ἐστι. ταύτην δὲ τὴν κατὰ νοῦν ἄρρητον ὄψιν καὶ θεωρίαν, τὴν τῶν δικαίων κληρονομίαν, ἣν ὁ μακάριος Διονύσιος ὑπὲρ νοῦν ἕνωσιν καλεῖ, ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος βασιλείαν οὐρανῶν τίθεται, ὃν καὶ πρότερον ἀπὸ τῶν ἐκτεθέντων τοῦτο καὶ μάλα φρονοῦντα ἐδείκνυμεν. ἐν γὰρ τῷ ῥηθέντι λόγῳ διὰ τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης, τῆς μελλούσης καταστάσεως μεμνημένος, καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐπὶ τὴν μνήμην προσκαλούμενος, τῶν μελλόντων διαδέξασθαι δικαίους καὶ ἀδίκους, Τίς συνήγορος ἐκεῖ φησι, ποία σκῆψις, τίς ψευδὴς ἀπολογία, ποία πιθανότης ἔντεχνος, ἡνίκα θρόνοι προστίθενται, D καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν προκαθέζεται, καὶ βίβλοι διανοίγονται, καὶ ποταμὸς πυρὸς ἕλκεται [58] καὶ τὸ φῶς ἔμπροσθεν, καὶ τὸ σκότος ἡτοιμασμένον· καὶ πορεύονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ νῦν κρυπτομένης· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως· ἣν ἤδη παρὰ τοῦ κρίνοντος αὐτοὺς Λόγου, οἱ μὴ πιστεύοντες κατεκρίθησαν. καὶ τοὺς μὲν τὸ φῶς διαδέξεται, καὶ ἡ τῆς ἁγίας καὶ βασιλικῆς θεωρία Τριάδος, ἐλλαμπούσης τρανότερόν τε καὶ καθαρώτερον, καὶ ὅλης ὅλῳ νοῒ μιγνυμένης· ἣν δὴ καὶ μόνην μάλιστα βασιλείαν οὐρανῶν ἐγὼ τίθεμαι. τοὺς δὲ μετὰ τῶν ἄλλων βασάνων, μᾶλλον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων, τὸ ἀπερρίφθαι Θεοῦ, καὶ ἡ ἐν τῷ συνειδότι αἰσχύνη πέρας οὐκ ἔχουσα. ἰδοὺ 58

καὶ οὗτος,

A καὶ αὐτὸς, τὴν τῶν ἁγίων κληρονομίαν, τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν εἶναι διδάσκει· καὶ ὅλον ὅλῳ τῷ νοῒ μίγνυσθαι, ὃ δὴ καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ὀνομάζει.

Οὐ μέντοι ἀπορεῖν δεῖ, πῶς ὀψόμεθα τὸν Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, ὥς φησι Παῦλος. καὶ ὁ Κύριος, Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. ὀψόμεθα μὲν γὰρ, ἀλλὰ καθὼς τῷ ἡμετέρῳ νῷ δυνατὸν, κατὰ τὸ ἀνάλογον γνωστικόν. νῦν μὲν γὰρ ἐν σκιαῖς καὶ ἐν αἰνίγμασι βλέπομεν, ἅπερ ὁ αὐτὸς Γρηγόριος ὁ Θεολόγος γνωρίσματα τοῦ Θεοῦ μετὰ Θεὸν ἔλεγεν ἐν τοῖς θεολογικοῖς αὐτοῦ λόγοις. ἑρμηνεύων δὲ καὶ τίνα τὰ γνωρίσματα ταῦτα, ἐπιφωνηματικῶς ἐπήγαγεν, Ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες σαθραῖς ὄψεσι παρα-B δεικνῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν προσβλέπειν οἷόν τε, τῷ ἀκραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. τότε δὲ οὐκ ἐν σκιαῖς οὐδ' ἐν αἰνίγμασιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν, καθὼς οἱ ἅγιοι φασίν· οὐ τελείως τὴν οὐσίαν αὐτοῦ κατανοοῦντες. οὐ γὰρ ἔχομεν τὸ ἀνάλογον γνωστικόν. ἢ γὰρ ἦμεν Θεοὶ κατ' αὐτὸν, ἄναρχοι καὶ ἄπειροι καὶ ἀπερίγραπτοι καὶ τέλειοι, γινώσκοντες αὐτὸν ὡς αὐτὸς ἑαυτόν. ἀλλ' οὕτως ὀψόμεθα, ὥσπερ ὅταν τὸ ὄμμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀνατείνωμεν, τὰς ἐν τοῖς ὕδασιν αὐτοῦ σκιὰς ὑπερβάντες. τότε μὲν γὰρ τὸν ἥλιον βλέπειν εἴποιμεν ἂν ὀρθῶς· οὐ μὴν ἀκριβῶς αὐτὸν κατανοεῖν, οὔτε τὸ μέγεθος, οὔτε τὴν οὐσίαν, καὶ τὸ ὑποκείμενον τὸ δεκτικὸν τοῦ φωτός· οὔτε τὰ C κατ' αὐτὸν πάντα, ἐξ ὧν σύνθετος ἐστὶν· ὅμως λεγόμεθα βλέπειν τὸν ἥλιον. καὶ τοῦτο μὲν ὡς παράδειγμα εἴληπται· ὅθεν οὐδὲ τὰ τούτου καὶ ἐπὶ Θεοῦ λαμβάνειν δεῖ πάντα, ἵνα μὴ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ περιγραπτὸν τὸν Θεὸν φανταζώμεθα.

Μακάριοι τοίνυν ἐσόμεθα, ὅτι ὃ οὐ βλέπομεν, ἀναμφιβόλως πιστεύομεν. διὰ γὰρ τῆς πίστεως ἐπὶ τὴν ἄρρητον τῆς ἁγίας τριάδος καταντήσομεν θεωρίαν, καὶ τὸν Θεὸν ὀψόμεθα, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ὑπόσχεσιν· ὅτε αὐτὸν ἔχοντες τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν, οὐ δεησόμεθα τινός· ἀλλὰ πληρωθησόμεθα ζωῆς αἰωνίου καὶ χαρᾶς καὶ ἀγαλλιάσεως, καθὸ πέφυκεν ἕκαστος, κατὰ τὴν ἀναλογίαν πίστεως καὶ D τοῦ καμάτου αὐτοῦ. καὶ γὰρ μονὰς πολλὰς παρὰ τῷ Θεῷ ἠκούσαμεν εἶναι· μὴ κατ' ὀλίγον τὸ δυνατὸν ἡμῖν λαμβάνοντες, ἀτελῆ καὶ μετὰ λύπης τὴν αἰωνίαν ἐκείνην θεωρίαν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀπόλαυσιν ἔχωμεν, καὶ μετ' ἐλπίδος καὶ ἐφέσεως κἀκεῖ ζήσωμεν· καὶ τότε συμβήσεται ἡμῖν ἔχουσιν αὐτὸν τὸν Θεὸν, οὐ γινομένοις πάσης θεωρίας ἀνάπαυσις, ὅπερ ὁ Προφήτης φησὶν, Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται.

## ΕΠΙΛΟΓΟΣ.

Ἵνα τοίνυν ἐπὶ τὸ ἐλπιζόμενον καταντήσωμεν ἀγαθὸν, ὀφείλομεν πιστεύειν καὶ βεβαίως κατέχειν τὰ δόγματα τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, ἣν μίαν

Gregorius quoque Sanctorum hæreditatem eſſe docet Dei contemplationem; totumque eum toti menti miſceri, quod & Regnum cœlorum vocat.

Haud tamen in dubium vocandum, qui fiat, ut quod ait Paulus, *facie ad faciem* videamus Deum; ipſeque Dominus, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Sanè quidem videbimus, pro eo tamen ac mentis noſtræ facultas patitur, quanta ſcilicet noſtra cognoſcendi vis ac intelligendi. Nunc quidem in umbris videmus & ænigmatis, quæ idem Gregorius Theologus Orationibus ſuis Theologicis dicebat, *Dei numinis poſteriora Deo indicia*: Exponenſque quænam hæc intelligenda indicia, velut ſententiam claudens ſubjecit, *Non ſecus videlicet ac Solis in aquis umbræ atque ſimulacra infirmis oculis Solem repræſentant: quandoquidem eum obtueri non poſſumus, utpote lucis puritate ſenſum omnem ſuperantem.* Tunc verò non in umbris nec in ænigmatis, ſed ipſum Deum, uti loquuntur Sancti; non ejus perfectè perſpectam habentes ſubſtantiam. Non enim ea mentis noſtræ vis eſt, ut paribus illi modis reſpondeat, alioqui haud ſecus ac ille Dii eſſemus, principii expertes, infiniti, incircumſcripti, perfecti, ipſum cognoſcentes, ut ipſe ſeipſum cognoſcit: ſed ſic eum videbimus, velut cùm ſuperatis quæ in aquis extant, Solis umbris, in ipſum oculos ſolem intenderimus. Tunc enim rectè dicamur videre ſolem; tametſi eum perſectè non perſpiciamus, nec quanta ejus magnitudo, nec quanta ſubſtantia ac ſuppoſitum lucem geſtans; nec denique quanta ejus omnia, ex quibus compoſitus eſt. Et hoc quidem velut exemplum aſſumptum eſt; unde nec ejus omnia & in Deo uſurpanda ſunt, ne præter alia, etiam Deum circumſcriptum intelligamus.

1. Cor. 13 12.
Matth. 5. 8.
Orat 34. p. 538.
Dei viſio præſentis ævi, & Beatorum in patria.
Simile.

Beati ergo erimus, quod id quod non videmus, citra omnem dubitationem credimus. Per fidem enim, ad arcanam ſanctæ Trinitatis contemplationem devenie-mus, Deumque, juxta quod Salvator pollicitus eſt, viſuri ſumus; quando ipſa ſupremi Boni poſſeſſione beati, nullius egebimus; ſed vita æterna & gaudio & exultatione, pro eo ac cuique comparatum eſt, pro fidei noſtræ ratione atque laboris, implebimur. Etenim manſiones multas apud Deum eſſe audivimus; ne paulatim id cujus capaces ſumus accipientes, imperfectam & cum mœrore habeamus æternam illam Dei contemplationem ac jucunditatem, atque illic etiam ſpe deſiderioque vitam ſuſtentemus: Tumque continget nobis Deum ipſum habentibus, cujus nobis adeptione omnis ſedanda contemplatio eſt; quod Propheta ait, *Iuſtus autem ex fide vivet.*

Ioan. 20. 29
Matth. 5. 8.
Ioan. 14. 2.
Hab. 2. 4.

## PERORATIO.

Vt igitur ad Bonum in ſpe nobis repoſitum perveniamus, neceſſe eſt ut credamus, ac ſanctæ Dei Eccleſiæ, quam unam

Sanctam Catholicam & Apoſtolicam confitemur, decreta firmiter teneamus: Quæcunque nimirum de uno ac trinè ſubſiſtenti Deo prædicat; nec non quæcunque de Chriſti myſterio, deque futura reſurrectione docet; cunctaque ſanè ac verè ſervemus; ut neque quod ad fidem ſpectat, nec quod ad diſciplinam, quicquam claudicemus. Ad eum quidem qui ex ſola fide æternam vitam ſe adepturum præſumit, dixit Dominus, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum.* Et, *Quid me dicitis, Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis?* Ad eum verò qui ſine fide ſperat ſalutem, infit Apoſtolus, *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*; & ſine fide opera mortua eſſe, ut & fidem ſine operibus.

[Margin: Vera fides, ſanctique mores neceſſaria ad ſalutem. — Matt 7.21. — Luc.6 46. — Hebr.11.6. — Iac.2.20.26]

Sunt verò etiam quidam impii, ſeu Hæretici, quibus non rarò certa conſilii ratione, futura à Deo revelantur; ſicque liquet ex geſtarum rerum monumentis, velut etiam ſe in Caipha res habuit; qui cùm Pontifex eſſet anni illius, ut Evangeliſta ait, prophetavit expedire ut unus homo periret pro populi ſalute. Quin & quandoque in Dei nomine miracula faciunt. De illis enim dixit Dominus: *In illa die multi dicent mihi, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, Nunquam novi vos: diſcedite à me operarii iniquitatis*: quos utique & cavendos monet, dum ait, *Attendite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Idcirco, qui ejuſmodi ſunt, primùm à fide, tum à vita morumque diſciplina examinandi ſunt. *A fructibus* enim *eorum*, inquit, *cognoſcetis eos.* Proprius verò maximè homini fructus, mentis rationes ſunt ac conſilia, quibus proditis noſcitur, num veræ Chriſtianorum conſentiat fidei, necne. Ad vitam quoque morumque diſciplinam quod attinet, etſi ſimulant ac decipiunt, brevi tamen deprehenduntur.

[Margin: Ioan.11.50. — Matt.7.22. — Matt 7.15.]

Quæ igitur ab Scriptura ſacra, & à Sanctis Deique Eccleſiæ Magiſtris, de ſana Chriſtianorum fide docemur, iſta ferè ſunt; quam & corde credere debemus ad juſtitiam, & ore confiteri ad ſalutem, uti Doctor Gentium decrevit. *Niſi enim eam quis fideliter crediderit, ſalvus eſſe non poterit*, ut Magnus Athanaſius in Confeſſione Fidei ad Iulium Papam Romanum ſcriptam adjecit; cujus planè etiam Gregorius Theologus in ejus Encomio mentionem faciens, *Solus ille*, inquit, *aut cum valde paucis auſus eſt veritatem ſcripto profiteri.* Hanc vocans Veritatem, quam is ad Iulium Fidei Profeſſionem ſcripſit.

[Margin: Rom.10.10 — Symbolum Athanaſiũ. — Orat.21. p.394.]

De hac autem noſtra Fide, nos quoque eam complentia ſummè neceſſaria capita paucis conſcripſimus, quæ Tu quidem, Amice, à me poſtulaſti; nunc autem, tibi

A ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ὁμολογοῦμεν. ὅσα περὶ τοῦ ἑνὸς καὶ τρισυποστάτου Θεοῦ κηρύττει· ὅσα τε περὶ τῆς οἰκονομίας καὶ τῆς μελλούσης ἀναστάσεως διδάσκει, καὶ πάντα φυλάττειν ὑγιῶς καὶ γνησίως, μήτε κατὰ τὴν πίστιν, μήτε κατὰ τὴν πολιτείαν χωλεύοντας. πρὸς μὲν γὰρ τὸν ἀπὸ μόνης τῆς πίστεως θαρροῦντα τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπιτυχεῖν, ὁ Κύριος εἴρηκεν, Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι Κύριε, Κύριε, εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. καὶ, Τί με λέγετε Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω ὑμῖν. πρὸς δὲ τὸν ἀπὸ μόνων τῶν ἔργων ἐλπίζοντα ὁ Απόστολος εἶπεν, Ανευ πίστεως Θεῷ ἀρέσαι ἀδύνατον. καὶ ἔργα ἄνευ πίστεως νεκρά εἰσιν, ὡς πίστις χωρὶς ἔργων.

Εἰσὶ δὲ καί τινες ἀσεβεῖς, ἢ καὶ αἱρετικοὶ, πρὸς
B οὓς πολλάκις τὰ μέλλοντα κατά τινα οἰκονομίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἀποκαλύπτονται, ὡς ἀπὸ τῶν ἱστοριῶν τοῦτο δῆλον, ὥσπερ καὶ ὁ Καϊάφας περὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀρχιερεὺς ὢν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου προεφήτευσεν, ὡς ὁ Εὐαγγελιστὴς φησὶν, Οτι συμφέρει ἕνα ἄνθρωπον ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἀπολέσθαι. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ θαύματα ποιοῦσιν ἔστιν ὅτε· καὶ ὅμως τούτου οὕτως ἔχοντος, οὐδὲν ἧττον πόῤῥω τοῦ Θεοῦ εἰσί. περὶ αὐτῶν γὰρ ὁ Κύριος εἴρηκεν, Εν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ πολλοὶ ἐροῦσί μοι, Κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν καὶ δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, Οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς· ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ, οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὓς δὴ καὶ ἐκφεύγειν παραινεῖ, Προσέχετε, λέγων, ἀπὸ
C τῶν ψευδοπροφητῶν· οἵτινες ἔρχονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δὲ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. ὅθεν τοὺς τοιούτους πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς πίστεως· εἶτα ἀπὸ τῆς πολιτείας ἐξετάζειν δεῖ. Απὸ γὰρ τῶν καρπῶν αὐτῶν φησιν, ἐπιγνώσεσθε αὐτούς. καρπὸς δὲ οἰκεῖος μάλιστα ἀνθρώπῳ, τὰ τῆς ψυχῆς νοήματα, ὧν φανερουμένων γινώσκεται, εἴτε τῇ τῶν Χριστιανῶν ἀληθινῇ συμφωνεῖ πίστει, εἴτε καὶ μή. καὶ κατὰ τὴν πολιτείαν δὲ εἰ ὑποκρίνονται καὶ ἐξαπατῶσιν, ἀλλὰ μετ' ὀλίγον ἐξελέγχονται.

Οσα μὲν οὖν παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς καὶ τῶν ἁγίων καὶ διδασκάλων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας περὶ τῆς ὑγιοῦς τῶν Χριστιανῶν πίστεως διδασκόμεθα, ταῦτα ἐστὶν ἣν καὶ καρδίᾳ πιστεύειν ὀφείλομεν εἰς δι-
D καιοσύνην, καὶ στόματι ὁμολογεῖν εἰς σωτηρίαν, ὡς ὁ Διδάσκαλος τῶν ἐθνῶν ἀπεφήνατο. ταύτην γὰρ ἐὰν μή τις πιστῶς πιστεύσῃ, σωθῆναι οὐ δύναται, 59
ὡς ὁ μέγας Αθανάσιος ἐν τῇ πρὸς Ιούλιον Πάπαν Ῥώμης τῆς πίστεως ὁμολογίᾳ προσέθηκεν, ἧς δὴ καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ εἰς αὐτὸν ἐγκωμίῳ μνησθεὶς, Μόνος ἐκεῖνος φησὶν, ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις, ἀπετόλμησε τὴν ἀλήθειαν ἐγγράφως ὁμολογῆσαι. ταύτην λέγων ἀλήθειαν, τὴν πρὸς ἐκεῖνον γραφεῖσαν ὁμολογίαν.

Περὶ δὲ ταύτης τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς τὰ συμπληροῦντα αὐτὴν ἀναγκαιότατα κεφάλαια ἐν ἐπιτομῇ συνεγράψαμεν, ἅπερ αὐτὸς μὲν ὦ φίλος παρ' ἡμῶν ἐζήτησας. ἤδη δὲ ἔχεις τῶν

ζητηθέντων ἀπόδοσιν, εἰ καὶ μὴ γενναίως καὶ ἀρκούντως, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν, καθόσον ὁ Θεὸς ἐχαρίσατο· δηλονότι τῇ παρ' ἐμοῦ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν μικρᾷ σπουδῇ τὴν χορηγίαν ἐπιμετρήσας. Καὶ αὐτὰ δὲ ταῦτα οὐκ ἂν εἶπον, ὃ καὶ ἀρχόμενος ἔλεγον, εἰ μὴ βεβαίως ἠπιστάμην παρὰ τῶν ἁγίων κηρυττόμενα, καὶ τὰς μαρτυρίας ἐξ αὐτῶν εἶχον προτιθέναι. ἀεὶ μὲν γὰρ ταύτην ἐπὶ πάντων τὴν συνήθειαν ἔχω, τοῖς προηγησαμένοις καὶ ἀρίστοις ἕπεσθαι· ἐξαιρέτως δὲ, ἐπὶ τῶν θείων ἐμαυτῷ τὴν συνήθειαν ταύτην φυλάττεσθαι βούλομαι, μηδὲν φρονεῖν, μηδὲν λέγειν ὅπερ οὐ δοκεῖ τῇ γραφῇ καὶ τοῖς μαθητευθεῖσιν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῖς διδασκάλοις τῆς ἐκκλησίας, μηδὲν γράφειν, οὗ μὴ ἔχω φανερὰν καὶ βεβαίαν τὴν μαρτυρίαν παρὰ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ γραφῆς καὶ τῶν ταύτης ἐξηγητῶν, οὓς ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπῄνεσε καὶ ἐδόξασεν. ὃ καὶ ἀπὸ τῶν ἐκτεθέντων δῆλόν ἐστι καὶ γνώσεται καθαρῶς, εἴ τις μόνον ἀδόλως καὶ ἀπ' ὀρθῆς κρίσεως τὰ γεγραμμένα ἐπέλθοι. ἀπ' ἐμαυτοῦ γὰρ οὐδὲν εἰσήνεγκα πάντως· τοῦτο δὲ μόνον, ὅτι τὰ τοῖς ἁγίοις ἐν διαφόροις ῥηθέντα τόποις, αὐτὸς ἐνταῦθα συνῆψα πρὸς τὴν τῶν λεγομένων βεβαίωσιν καὶ ἀλήθειαν. καίτοι οὐδὲ τοῦτ' ἂν ἐποίουν, εἰ μὴ παρὰ σοῦ τοῦτ' ἀπῃτούμην· οὐδέ γε, εἴπερ ἦν σοι καὶ σχολὴ καὶ βιβλία καί τις δύναμις λόγου ταῦτα συλλέγειν σποράδην κείμενα, καὶ συμπερασματικῶς τῇ διανοίᾳ ἐναποτιθέναι· ἵνα μὴ δόξωμεν ὑπερηφανῶς ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ταῦτα συγγράφειν, καὶ τὴν τοῦ διαβόλου νόσον νοσεῖν, ἣν καὶ μέχρι τοῦ δοκεῖν ἀπορριπτέον.

Ὅμοιον οὖν τι πεποίηκα, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως ἡμῶν λαβών· λέγω δὲ τὸ, Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν, καὶ τὰ ἑξῆς, τὸ δὲ μὲν εἶπεν ἐκ ταύτης συνίσταται τῆς γραφικῆς ῥήσεως, τὸ δὲ ἐξ ἑτέρας, καὶ, ἄλλο ἐξ ἄλλης· καὶ περὶ πάντων ὁμοίως μέχρι τοῦ τέλους. ὅθεν οὐδ' ἄξιον ἐμαυτὸν διὰ τοῦτο κρίνω· πλὴν εἰ μὴ λέγοι τις, καὶ οἶμαι δικαίως, ὅτι καθὸ μηδὲν ἴδιον εἶπον καὶ ἀσύμφωνον τῇ γραφῇ καὶ τοῖς ἁγίοις, ἄξιος ἐπαίνων εἰμί. τὸ γὰρ τὴν πατέρων πίστιν καὶ ὁμολογεῖν καὶ συγγράφειν τοῦτ' ἐστὶ, διὸ πολλοὶ στεφανοῦνται. εἰ δ' ἐπὶ τούτοις οὔ φημι δίκαιον ἀξιοῦσθαι ἐπαίνων, καθότι ἄλλοι κεκοπιάκασι, καὶ ἐγὼ εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσελήλυθα· πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ μέμψεως. ἑκάτερον γὰρ ἐπὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς γραφῆς καὶ τοὺς ἁγίους ἀναδραμεῖται. τὰ αὐτὰ γὰρ πάλιν ἐρῶ, ὡς οὐδὲν ἀπ' ἐμαυτοῦ ἴδιον εἶπον, ἀλλὰ τὰ παρὰ τῆς ἁγίας γραφῆς καὶ τῶν διδασκάλων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας περὶ τῆς ὑγιοῦς τῶν Χριστιανῶν πίστεως διδασκόμενα, ταῦτα ἐξελεξάμεθα, ἃ καὶ διὰ τὴν σαφήνειαν ἰδιωτικῶς καὶ κεφαλαιωδῶς κατὰ τὸ δυνατὸν ἐν τῷ παρόντι σχεδιάσαντες ἐξεθέμεθα.

reddita habes, quamvis non ſatis ſtrenuè, & quantum ſufficiat, ſed pro virili noſtra facultate, quanta nimirum donavit Deus, pro meæ lectionis exiguæque diligentiæ modulo ea ſubminiſtratis. Quin ne hæc ipſa quidem dicturus eram, quod & initio operis præfatus ſum, niſi certò à Sanctis prædicari noſſem, eorumque auctoritates in promptu haberem. Mihi enim ſemper quidem ea inita ratio eſt, ut ſuperiores, & in eis optimos, ſequar; præſertim verò in divinis eam mihi indixi ſervandam conſuetudinem, ut nihil ſentiam, nihil dicam, quàm quod Scripturæ viſum ſit, divinoque Spiritu edoctis Eccleſiæ Magiſtris: nihil denique ſcribam, cujus non apertam certamque auctoritatem, ex ſacra Dei Scriptura, ejuſque Interpretum, quos Dei Eccleſia & laudavit, & ſuo præconio claros reddidit. Idque manifeſtè liqueat ex illis quæ edidimus, magiſque clareat, modò quis ſolum ea quæ ſcripta ſunt, ſine dolo rectoque judicio percurrat. Nihil enim prorſus à me ipſo intuli, ſed id ſolum, quod ea quæ diverſis locis à Sanctis dicta ſunt, ipſe hîc collegi, ad eorum qui lecturi ſunt, firmandam fidem, ejuſque veritatem conſtabiliendam. Quanquam ne id quidem facturus eram, niſi tu à me exegiſſes: at neque te exigente, ſi tibi & otium & libri & eruditionis facultas ad hæc ſparſim poſita colligenda, ac memoriæ penu reponenda brevi ſententia comprehenſa, ſuppeteret; ne videamur ſuperbè aggredi ad hæc conſcribenda, ac diaboli morbo laborare, cujus vel nudam ſpeciem neceſſe eſt ut procul amandemus.

Calecæ tractandi methodus.

1.Tim. 3.6.

Simile igitur aliquid feci, ac ſi quis, quam profitemur Fidem accipiens; nempe, *Credo in unum Deum*, & quæ ſequuntur, id illo probari diceret Scripturæ teſtimonio, iſtud alio, aliudque alio, & ſic deinceps in finem uſq; Vnde neque meipſum ob eam collatam operam laude dignum exiſtimo; niſi quis fortè dicat, ac puto meritò, ea me ratione laudem promeritum, quod nihil proprium dixerim, autve Scripturis Sanctiſque diſſonum. Id enim Patrum fidem profiteri ſit ac conſcribere; quo nomine multi coronantur. Sin autem idcirco dicam haud æquum eſſe me laudem conſequi, quod alii laboraverunt, & ego in laborem illorum intravi; longè potiori ratione nec par fuerit inde mihi vituperium creari. Vtrumque enim in Scripturæ doctrinam Sanctoſque redibit. Eadem enim rurſus dico, Nihil à me atque proprium me dixiſſe, ſed quæ ab Scriptura ſacra ac Dei Eccleſiæ Magiſtris docentur de ſana Chriſtianorum Fide, hæc ſelegiſſe; eaque ipſa claritatis cauſâ rudi ſermone pauciſque perſtringendo, quoad licuit, defunctoriè leviorique opera in præſenti libro expoſuiſſe.

# *AD MANVELIS CALECÆ DE FIDE & Principiis Catholicæ Fidei librum, Notæ.*

1. Ὁ Ἀρχίθεος καὶ ὑπέρθεος Dicitur Deus ἀρχίθεος, ea ratione qua auctor eſt deitatis, qua Angeli & homines participatione dicuntur dii. Sequiturque unum ex alio; ex eo quod ἀρχίθεος ſit, *deorum auctor*, quod ſit ὑπέρθεος, *illis ſuperior atque eminens*; qui ita producat & in eis velut multiplicetur, ut à ſua unitate nihil excedat. A

2. Ἐν τῷ πρὸς Εὐστάθιον. Euſtathius hic Medicus; non alienus à Baſilio, alius ab Euſtathio Sebaſteno Epiſcopo, in quem idem Baſilius ſtrinxit ſtylum, & ad ſubſcribendam Fidem coëgit Extat exēplum Epiſt. 78. Hîc Calecas non totam refert Baſilii ſententiam, ſed ex illa ſublegit, quantum ſibi ac inſtituto ſatis putavit. Quod ſcripſit τὸν λόγον referat; etſi Epiſtolari forma ſcriptus libellus eſt, nec Epiſtolæ modum excedit, unde inter Epiſtolas relatus eſt. B

3. Ἐστιν ἐν ὑποστήματι καὶ οὐσίᾳ Θεοῦ. Bill hoc ſolùm notat, *Verba ſunt Ieremiæ* cap. 23. Τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι Θεοῦ. quod ſanè nimis defunctorium. Acceſſe Gregorium eam vocem κατὰ πρόχειρον, primùm obvio ſenſu, pro eo quod communiùs Theologi ὑπόστασιν dicunt, liquet ex adjuncta voce, καὶ οὐσία. Longè tamen eſt à veritate Hebraica, quam latuiſſe τοῖς 70. Seniores, te ſic perſpicua, aut aliud voluiſſe reddere, quàm textus ipſe ferret, haud veriſimile eſt. מי עמד בסוד יהוה, *Quis in ſecreto Domini*. Syriac. Arab. *Quis interfuit ſecreto meo*? Vulg. *conſilio*. Voce ὑποστήματι, & ὑποστάσεως ſtatim ſequ. verſu 22. οἱ 70. *fundamentum* voluerunt quod idem ac conſilium eſt, quod ſcilicet conſilium fundamentum actionum humanarum, à verbo יסד *fundavit*, quod & ſentiunt Rabini. Nihil ergo Viri ſapientiſſimi à reliquis ſenſu differunt, quem tamen ægrè quis aſſequatur, nihil in Hebraicis verſatus. Videantur notata Nobil. ad illum Ierer. 23. 18. verſiculum. C

4. Ὅταν μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεός. Difficilis hæc Chryſ. aliorumq; Græcorum doctrina; quam & urget in beatis ipſis Mentibus, Non videre ſcilicet veram & ſinceram ejus eſſentiam, ſed τὴν συγκατάβασιν, eam ejus inclinationem, qua ſe pro illarum facultatis modulo componit: ut ſit divina eſſentia, nedum nobis mortalibus, ſed & illis ἀπρόσιτος, *inacceſſa*, ac quam inhabitat lucem, ut auctor eſt Apoſt. 2. Tim. 6. Ἵνα δὲ μάθῃς, ὅτι οὐκ ἀνθρώποις μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ ἄνω Δυνάμεσιν ἔστιν ἀπρόσιτος. *Vt non ſolùm hominibus, ſed & Virtutibus ſupernis eſſe inacceſſibilem noveris.* Vbi non ſatis aptè Interpr. Theodorus Gaza, *incomprehenſibilem.* Num ſatis ad mentem Chryſ. quas noſtri paſſim adhibent ſolutio- D

nes, non hujus loci aut operæ ſit diſquirere. Certum eſt, huic tantæ diſputationi anſam dediſſe Anomœos, qui ſe Deum comprehendere, ac ſic clarè videre ac cognoſcere, ac ipſe ſeipſum, impudentiſſimi hominum dicerent, quos perinde exagitant Greg. in Orationibus de Theologia, Baſil. l. 1. adverſus Eunom. quibus confutandis nihil mirum videri ſanctos Patres tantiſper metam exceſſiſſe. Certè abhorrere videntur, τὸ, μὴ ὡς ἔστιν ὁ Θεός· &, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, ὅτι ὀψόμεθα αὐτὸν, καθώς ἐστι. *Similes eis erimus, quia videbimus eum, ſicuti eſt.* 1. Ioan. 3. 2. &, *non ſicuti eſt.* Nec enim aliter velit Ioannes viſuros nos Deum, quàm videant ſupernæ Poteſtates; cùm magnum ſit, ut ſit menſura hominis, quæ eſt Angeli; ſimulque & nos in cœlis ſicut Angeli Dei.

5. Οὐ παρέδειξά σοι τῷ πόλει. Hæc inferet Dionyſ. ex eo, quod ſolum ſcriptum eſt, Ὅρα, ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δεδειγμένον σοι ἐν τῷ ὄρει. *Vade, facies ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte.* Quod enim unum hoc expreſſit Scriptura, unum finem intelligi voluit ſic oſtenſorum exemplarium; artis ſcilicet imitationem, non diviniorem aliquem cultum, ſi exemplaria intelligamus, non ipſas divinas voluntates ac decreta, verè ipſa adoranda, quæ ſint ipſe Deus; ſed principaliora creata, ſive ſpiritalia ſive ſenſilia, quomodo intellexit, quem refert, Clemens Philoſophus. Ait Pachim. quoſdam expoſuiſſe Clementem Romanum; ſed certè videbatur tantæ Sedis Epiſcopus & Apoſtolorum diſcipulus alio nomine compellandus. Stromateum non potuit citare, qui vel fuit longè illo antiquior, vel videri voluit.

6. Τὸν Θεὸν ὁρᾶσθαι κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτοῦ. Videatur velle & Calecas, non videri ipſam divinam eſſentiam; quod nec ejus conceptum ullum, qui verè illius conceptus ſit, hocce ævo habeamus: abſtrahente ſcilicet illa, ab iis omnibus, quibus conveſtitur quicquid pro hac vita intelligimus. Evincunt certè hæc, Deum majorem eſſe noſtro intellectu, nedum ut eum comprehendat, uti hanc vocem ſtrictè accipiunt noſtrates Theologi, ſed ut etiam verè, quod quid eſt eſſe ejus, intelligat atque videat: non Deo auferunt, quin lumen ſuum impartiendo, claram ei ſui notitiam, & ut eſt, cunctis rebus eminens extraque omnia, beatitudinis præmio præbere valeat.

7. Περὶ τῆς μελλούσης ἀποκαταστάσεως. Verum id quidem, de perfecta omnino conſummatione, quando reparatis corporibus, Sancti ſimul beandi ſunt. Potuit tamen non ſic intelligere Calecas, ſed quod ante diem judicii Animæ non donentur ipſo Dei conſpectu, aliæque aliis priores; quæ plurium fuit opinio ante Bened. XII. definitionem, quæ ipſum latere potuit, vel ſi paulò recentior fuit, Græcum ſcilicet hominem, inque Græcis quàm Latinis auctoribus verſatiorem: ac vel maximè, quod Romanorum Antiſtitum dogmatica decreta, necdum

in plenario Concilio probata, non admodum Græcos fatigent, & qui Romanæ diœceſis non cenſeantur.

8. Τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα. Reliqui conſtanter θεαρχικήν· etſi utraque vox apta ſit. Potuit Calecas, quod ſic occurrit memoriæ, edere; vel vocem θεαρχικὴν, tantiſper notiori voce exponere; quæ ipſa Dionyſio familiaris eſt; cui divinæ Chriſti operationes, θεουργίαι ſunt; ac ſacris operans, θεουργός. Vocat ergo θεουργικὴν ἀκτῖνα, radium quo ad divina provehimur ac quaſi deificamur; qui eſt ipſe θεαρχικὴ ἀκτὶς, quaſi *deitatis auctor & origo ſeu principium radius*; eodem ſenſu quo expoſita n. 1. vox ἀρχίθεος. Lanſel. *divinus* vertit: Cord. *divino-principalis*; quæ vox turgentior eſt, quàm ſatis rem explicet. Pachym. perinde ſimplicius, τὴν θείαν ἀκτῖνα· ſicque non rarò aptius reddantur compoſitæ Dionyſii voces, ſimplicibus, quàm affectatione nimia, ac Latinis auribus duriore expreſſione, compoſitis.

9. Ἄλογον καὶ σκαιὸν ἐστι. Lanſel. & Cord. *Alienum à ratione & abſurdum*: Mihi magis placet, quod tantis vocem σκαιὸς exponit Heſych. ut ſit *moroſi animi, indiſciplinati, ſtupidi*; ac ſi quid ejuſmodi eſt, quod perſonam afficiat, ſic pravè judicantem, non quod ad rem ipſam attineat.

10. Μέμνησθε. Apud Paulum eſt, Μὴ ἐπιλανθάνεσθε. ut & Vulg. *Nolite oblivisci*. Sicque ſcripſerit Calecas feſtinante calamo, & ut memoriæ occurrebat.

11. Θεὸν σταυρούμενον. Sic Orat. 42. Θεὸς σταυρούμενος· quanquam locus hîc citatus, aliunde acceptus: pauloque ſuperius eadem Orat. αἷμα Θεοῦ καὶ πάθος dicit, *Dei ſanguinem & paſſionem*; quem & bibendum & corpus manducandum ſtatuit, ſi modò vitæ deſiderio teneamur; nihil incredula τοῖς περὶ σαρκὸς λόγοις· *Sermonibus de carne*; quibus ſcilicet Chriſtus, ſic in cibum ſe daturum pollicitus, haud dubiè & dedit.

12. Ἔλαβεν ἐπὶ κόρρης πληγάς. Sic emendo quod erat in Caleca editiſque Chryſ. κόρης Non enim ἐπὶ κόρης, quod eſt *pupilla oculi*, percutere dicimus, vel Dominus id paſſus legitur, ſed ἐπὶ κόρρης, *in gena*, pro quo Ioannes ῥάπισμα & ῥαπίζειν dixit, quod minus Atticum eſt; volueritque Chryſ. poſita prius Evangelica voce, ipſa ſimpliciore, elegantiore hac exque uſu Græci ſermonis rem declarare. Vnde & Lucas, qui purius Græcè locutus eſt, ſic expreſſit, Καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν, ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον. *percutiebant faciem ejus*; nempe dando alapas. Thomas Magiſter, τὸ, ἐπὶ κόρρης πατάξαι, dicit, τὴν γνάθον πλατείᾳ πλῆξαι χειρί. Atque ita Atticum eſſe, non item ῥάπισμα δοῦναι. Sequentibus malè Aniano habitus locus Chryſoſtomi. Tantis enim, quæ ex ejus Græcis reddidi, ſua hæc ſubſtituit. *Ipſum rurſus verbum clariſſimum apparuit, hoc Ioannes gloriam appellavit*. Dicas περὶ Λόγου, *de divino Verbo* ſermonem eſſe, cùm ſit ῥῆμα, referatque totam ſuperiorem ſententiam, *Vidimus gloriam ejus quaſi Vnigeniti à Patre*, quam & in paſſionibus ait meritò de Chriſto celebrari; ac inde probat, quod αὐτὸς (nempe Λόγος ac Chriſtus, ipſe Vnigenitus) *rem*, paſſionem ſuam, *gloriam* appellarit, ac claritatem, δόξαν. Sic enim Chryſoſt. exponit, & cum eo alii, quod ait Dominus Ioan. 12. & 13. *Venit hora ut clarificetur Filius hominis: Continuò clarificabit eum, &c.*

13. Τοῦτο γὰρ τῶν Μασσαλιανῶν ἐστιν αἱρέσις. Antiqua hæc hæreſis, inter Monachos maximè, majoris ſpecie ſanctitatis orta, ab eiſque aliis aliiſque tēporibus lociſque propagata; quam ſanctiſſimi Epiſcopi ſtrenuè compreſſerunt, Litoius Melitinenſis, Valerianus & Amphilochius, quorum amborum ſuggeſtione in Synod. Epheſ. Act. VII. fuit damnata. Quam Calecas Synodum refert, recentior eſt, quod ſic Dionyſianis nititur. Num ad Greg. Palamæ, illumque ſecuta tempora hæc ſpectent, quando recruduit illa hæreſis inter Solitarios, quibus ſe ipſe Palamas patronum exhibuit; de quo vide Leo. Allat de Conſenſu utriuſque Eccleſiæ; ut & ejus Diatribam de Symeonum ſcriptis à me nuper editam, ubi de Symeone Xerolophi Abbate, dicto Novo Theologo, diſputat; ejuſque erroris inſimulat. Sed de illis plura nos ad ſuperiorem Calecæ Tractatum, ac certiora, quod ejus Vitæ non deſit copia, à diſcipulo ſumma cura ac diligentia ſcripta, quæ deſiderata Leoni Allatio eſt. De Maſſalianis cùm tanta Damaſcenus habeat, nihil eorum meminit quæ hîc refert Calecas.

14. Αἴτιον Υἱοῦ καὶ Πνεύματος Loquitur Calecas, ipſe Græcus, Græco ſcribens, ac de Fide informans, Græcorum more, non explicando proceſſionem Spiritus etiam à Filio, tanquam uno cum Patre principio, ac principio ex Patre principio, qui ſit fons totius Trinitatis, ac proinde verè κατ' ἐξοχὴν αἴτιον, id eſt, *Auctor ac cauſa*, prout Græci ea voce utuntur. Vidend Greg. Orat. 29. p. 490 & 23 p. ... & 39. p. 630. ubi perinde Spiritum à Patre dicit procedere, οὐχ υἱκῶς, οὐδὲ γὰρ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς· *Non Filii more; neque enim generatione, ſed proceſſione*. Ac mirum ſi Corderii ac Lanſelii dicam adverſus Maximum, ante annos 20. à me exſufflatam, vel Gregorius, vel meus Calecas evadant. Longè ſolidior Georgius Metochita graviſſimus traditionis teſtis & aſſertor, quà ſic expreſſam vel involutam myſterii Trinitatis fidem, nihil Eccleſiarum paci offeciſſe oſtendit; cùm alii aliorum fidem non ignorarent, donec Photius fovendæ tyrannidis occaſionem inde arripuit; cujus penè extinctum ſchiſma ac compreſſum Michaël Cerularius denuo ſuſcitavit.

15 Ὅταν εἴτι περὶ τῶν τελῶν. Sumpta hæc ex alia Gregorii Orat. quàm citet Calecas, Εἰς τὰ φῶτα, etſi illa jam non occurrit. Sicque etiam ſuperioribus eidem obrepſit, ut quaſi ex hac eodem Orat. referret, quod ex alia retuliſſe deprehendi, & verò annotavi. Adde quod non ſatis ſuccurrente memoria, quandoque nonnulla verborum mutatio accidit: ut cùm ſequentibus (quæ ipſa verè ex Orat. εἰς τὰ φῶτα) loco μᾶλλον, eſt εἴη· eodem penitus ſenſu.

16. Ὁ καὶ περιχώρησιν. Vtitur ea voce Damaſc. l. 1. c. 19. ubi de divinis perſonis, ἀδιάστατοι καὶ ἀνεκφοίτητοι ἀλλήλων, ἀσύγχυτον ἔχουσι τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν. Vt videatur illa vox adinventa, ad ſuperiorum vim reddendam, perſonarumque diſtinctionem ex proceſſionibus ſignificandam, cum ſumma unitate in eſſentia, qua aliæ in aliis per ſummam identitatem exiſtant. Bud. p. 430. ex ipſo Greg. in Patris Epitaph. exponit, τὸ περιχωρεῖν, *circuitu redire*, exque Pauſan. in Phocicis, *tandem cedere, devenire*. Billius reddit, *im-*

*meant*; Faber rudius, *habentes invicem circuitionem.* A Sic itaque divinæ Perſonæ procedentes, hincque oppoſitionem *Ad aliquid*, atque ea diſtinctionem habentes, ad unitatem quaſi redeunt, ſeu potius illa nunquam excedunt, ὥστε ἔχεσθαι, καὶ οὐ συναλοίφεσθαι· quæ verba perinde mutuatus Damaſc. ex Greg. qui & probat τὸ, ὥστε ἔχεσθαι, illis verbis Domini, *Ego in Patre & Pater in me eſt*; ut ſit quaſi aliam aliam habere eique ineſſe, ac cohærere, ſine aliqua commixtione, qua velut in tertium aliquod tranſeant, & à ſua excidant perfectione; quæ videtur illa συναλοιφὴ ac *quaſi conflatum*, tanto prorſus myſterio repugnans.

17. Ἑνὶ φωτὶ καὶ τρισί. *Vno trinoque Lumine*, ſeu, *tribus*. Non placet quod Bill. reddit, *Vno triplicique Lumine*. Certè vox illa *triplex*, malè ſonat in B Theologia; videtur enim ſonare materialem quaſi multiplicationem, & qua Lumina non ſolum numerentur, exiſtendi modo diſtincta, penes auctorem, & quod ex auctore eſt, ſed & tota etiam eſſentia multiplicentur. Ac neſcio an ullus Patrum vocem τριπλοῦς, quæ illi *triplex* reſpondet, in divinis perſonis unquam uſurparit. τρεῖς dicunt & τρία, unde poſtmodum nata vox τριάς· ut & nobis, etiam *Trias & Trinitas*. Extra hæc vagari quadam velut Latinitatis larva, periculo non vocat. Potius magiſq; ſobriè Eccleſia in Hymno feſti Trinit. *Vnum te Lumen credimus, Quod & ter idem colimus*. De creatis verò, in quibus rerum illa pluralitas & diviſio ac multiplicatio, aliaque & alia eſſentia, *Triplex rerum machina, benedicit per ſæcula.* C

18. Τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος. Damaſc. l. 3. c. 6. hoc potius affert ut definitionis explicationem; ſeu quid ex illa ſequens. Ait enim. Τὴν ὑπόστασιν ὁρίζονται, οὐσίαν μετὰ συμβεβηκότων. *ſubſtantiam, ſeu eſſentiam cum accidentibus, hypoſtaſim definiunt*: ὥστε τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος ἔχει· καὶ τὸ καθ᾽ ἑαυτὴν ὑπάρξαι· quod poſtremum ſic hypoſtaſi proprium, mirum Fabro Interpreti excidiſſe: Bill. *Quocirca Perſona, id quod commune eſt, cum propria & peculiari ſua nota habet: idque præterea, quod per ſe ſubſiſtit.* Maluit tamen Calecas iſtud aſſumere, quod in Deum transferri poteſt, in quo eſt verè τὸ κοινὸν, & τὸ ἰδιάζον· cùm nulla in eo accidentia, ſub conceptu accidentis reperiantur.

19. Τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως. *Natura ſic una, ut nulla in ea variatio eluceat*: quod uni proprium divinæ naturæ in tribus perſonis: in creatis enim ſola ſimilitudo eſt, quæ multam diverſitatem admittat: ad quam in divinis excludendam, Baſilius Epiſt. ad Maximum, τῷ ὁμοίῳ τὸ ἀπαράλλακτον addendum volebat; quo adjuncto, τοῦ ὁμοίου D vocem, id eſt, *ſimilis*, non abnuebat. Sic namque ſimile in ſubſtantia, ipſum eſt quod *idem* in illa vocant. Nec Greg. Orat. 35. ferè initiò naturæ divinæ μοναρχίαν in tribus perſonis declarans (ejus ſcilicet *unum principatum*) aliud videtur facere, quàm ut vocis ſic Theologicæ vim emphaſimque aperiat. Denique Baſilius vocem ὁμοούσιον duo hæc præſtare ait, ut nempe proprietatem, & τῆς φύσεως τὸ ἀπαράλλακτον παρίστασθαι, *naturam ſic nulla variatione unam, in qua nihil diverſum ſit, exhibeat.* Vbi malè Interpr. *immutabilitas naturæ inalterabilis repræſentetur.* Num enim non & proprietas immutabilis ſeu immobilis ac inalterabilis? Sic ſanè oſtendit Greg. atque alii, nec aliter nobis Trinitas conſtiterit.

20. Ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα. Errore edita, Ἰησοῦς, cùm plerique Codices Υἱὸς habeant; nec Dionyſius aliter ſcripſerit, cùm non verſetur hîc in οἰκονομίᾳ, ſed περὶ θεολογίας illi ſermo ſit. Ieſus autem nomen eſt aſſumptæ humanitatis, non ipſe per ſe proprium perſonis. τῆς θεογόνου θεότητος, idem eſt ac quod πηγαίαν vocavit; quæ eſt ipſe Pater, ipſe *Deitas fons*, & *Deigena*: quod bellè reddiderat Cord. *quaſi Dei prolem*; ſed bene eſt, quod inter explicandas voces errorem agnovit ac emendavit; utinam & quod eadem levitate (ne quid gravius dicam) §. 4. affinxerat Maximo, de errore illo communi recentiorum Græcorum credentium Spiritum B ſanctum non procedere à Filio, vel hîc caſtigaſſet; ubi eadem penè repetit Maximus, pauloque etiam fuſiùs exponit, nec aliud tamen, quàm quod Dionyſ. tradidit, habentque communiter Patres Græci: qui ſic maluerunt in Patrem ceu originem Filium ac Spiritum referre, quàm diſtinctè Filium, & ipſum auctorem Spiritus, Patri adjungere; ipſa ferè verba Dominica æmulati, τὸ παρὰ Πατρὸς ἐκπορευόμενον *qui à Patre procedit*: ſic Vir bonus, eandem ac reliquis Domino dicam ponat; ſi illo judice idem eſt affirmare Spiritum à Patre procedere, & negare procedere à Filio, vel ab eo ullo modo τὸ ὑπάρξιν, *exiſtentiam ac quod eſt verè in Deitate exiſtens*, habere. Quod nuſquam invenias Græcos Photio ſuperiores ſic interpretatos eſſe; ſed duntaxat ſuæ illa fidei ſimplicitate contentos, Latinis quod paulò apertiùs explicarent, ſuorum Doctorum freti auctoritate, induſiſſe. Quà clare indulgentia toto hoc tractatu utitur Calecas, ne cui ſuorum, magis explicando, offenſionis aliquid faciat.

21. Καὶ παραχθέντας. Optandum paulò apertius notaſſet Calecas, quos tantis hîc ſugillat, homines ipſos imperitos, ac qui nec alios divina ſcrutari eloquia, ac theologica seriò tractare vellent. Videntur ex illis fuiſſe, qui doceri nollent ut Latinorum partibus accederent, ſeu unionem cum illis, una eademque fide, ſed paulò explicatiore, unionem inirent; ſuſpectum habentes quicquid viri φιλομαθεῖς in eam rem diligentia ſua præſtarent. Quorum exempla extant in diverſorum opuſculis utroque tomo Græciæ Orthodoxæ Leoni Allatio editis. Nullum certè ad fidem durius hominum genus, quàm imperiti & rudes: docenti aures obſtruunt, ac nec doceri volunt; ſed unum hoc tenere, quod à majoribus ſe accepiſſe credunt. Quadrant hæc in Calecæ tempora, paulò poſt Lugdunenſe Concilium, ubi Andronico Imperium adepto ſic malè habiti ſunt CPli. qui viſi erant ſtuduiſſe unioni, vel in eam operæ aliquid contulerant. Huc facit, quod Calecas ſic de Trinitate diſſerit, ut nec minimam anſam Græcis dediſſe videri poſſit, conſultò abſtinens ab ea controverſia, quæ tunc ſcindebat Eccleſias, eaque tradens & explicans ex Veterum monumentis, quæ utriſque in confeſſo eſſent ac recepta: quam ipſam οἰκονομίαν ſervari audivi à Miſſo quodam Apoſtolico S. I. cum Græcorum vulgo, ipſo erga Romanam Sedem Petrique in ea

A ſucceſſorem bene animato, unamque agnoſcente fidem, unum Baptiſma, unam Eccleſiam; quod ſubtilior hæc difficultas minus ſolicitet, ac quam diſputationibus vexare, ſit ei foveam fodere. Sic & chariſſimus ſodalis meus R. P. Goar. ὁ μακαρίτης, quo tempore in Inſula & urbe Chio annos circiter octo & ipſe Miſſus Apoſtolicus moratus eſt, utrique Epiſcopo Græcanici ritus & Latini conveniſſe aiebat, ut quaſi Fratres plebis partem quiſque regeret; alterq; alterius diplomata legi pro concione curaret: Aiebat etiam ritus Græci Diaconos ſponte accedentes Latino ritu ſacra Euchariſtia impertiiſſe. Ad eos cùm frequens adiret, rituum ipſorum ſedulus, Dei nutu, rimator (quos Latinum orbem tanta claritate docturus eſſet) ut B Magiſtro aſſurgebant, ac parata cathedra ὁ Διδάσκαλος acclamabant. Sit fortè hæc animarum lucris commodior diſciplina; quod in ea incolumia ſint fidei capita, etſi pauca quædam ſubtilioris ipſa indaginis certa conſilii ratione ſimplicibus maneant involuta; ipſa Auguſtino, Gregorio Theologo, Magnoque Baſilio (ne alios referam) planè probata ac uſurpata.

2. Τὴν προκαταρκτικὴν αἰτίαν. Vox eſt Baſilio adinventa, ac Patri accommodata, ad ejus actionem ſignificandam, qua ſimpliciter auctor eſt, & ex nullo ducens originem, ἀρχὴ ſcilicet ἄναρχος, cùm Filius & Spiritus ſanctus, ex eo habeant quod una cum ipſo ἀρχὴ (*principium*) rerum creatarum; ac Filius etiam ἀρχὴ Spiritus; per quem ille à Patre procedit, ut loquuntur Græci, ad hanc ipſam vim τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας (*cauſæ quaſi originalis*) uni Patri aſſerendam: C quam nec Latini Filio arrogant, cùm & ex ipſo procedere dicant; nempe unum cum Patre eum aſſerentes principium; ipſum tamen ex Patre principio, non ex ſe ac ἄναρχον principium. Vt tota verborum lis ſit; niſi quantum recentiorum quorundam propenſius ſchiſmati ſtudentium, ipſum hoc quod antiqui *per* dixerunt, ad temporalem quaſi emanationem, & qua Spiritus Fidelibus datur, reſtrinxerunt; cùm in vera Theologia, ipſa hæc temporalis emanatio æternam illam connotet; nec aliter Spiritus à Patre per Filium in creaturas quaſi emanet ac diffundatur, quàm quia per ipſum verè à Patre eſt, ac exiſtentiam habet. Verùm hæc alterius loci atque operæ.

23. Οὐ μὴν οὐδὲ τῆς ἐκείνης ἀνάρχως. *Ne ab illa quidem ſine principio.* Nullo alio auctore, à quo auctore habeat eſſe. Sic enim ſolus Pater D ἄναρχος & ἀναίτιος. Non placet quod reddit Interpres: *Non tamen ne ex illa quidem, abſque initio producantur.* Senſus planè eſt, quaſi Pater *ſine initio*, hoc eſt, ab æterno, producat; Filius *cum initio*, hoc eſt, in tempore; quæ doctrina hæretica eſt: Producunt certè omnes perſonæ ſimul & ſemel, idque in initio temporis. Græcis vox ἀρχὴ ambigua eſt, ut & nobis *principium*; idcirco Greg. τὸ ἄναρχον diſtinguit, & ut negat originem ab alio, à Filio removet, uti etiam hîc Baſil. ut verò durationis initium & ὑπάρξεως, perinde Filio tribuit, qui ipſe Patri coæternus ſit, nec *initium* unquam habuerit. Genuina certè unáque hæc ejus vocis ſignificatio, nec video quo probato auctore aliò trahi poſſit.

A 24. Διὰ Λόγου προβολεύς. Et ſeq. Ἐκ τοῦ Πατρὸς δι' Υἱοῦ ἐκπορευομένη. Videtur Damaſc. quod ejus capitis titulus ipſe præfert, accuratius cautiúſque voluiſſe de Trinitate diviniſque nominibus diſſerere. Ἐπὶ περὶ θείων ὀνομάτων ἀκριβέστερον. Palam enim hîc ipſam ex Patre per Filium, aliorum more Sanctorum, exponit exiſtentiam; in quem ſenſum eum Calecas adducit; cùm cap 8. ſic locutus ſit, ut videatur anſam præbuiſſe, his, qui ſentiunt ſolùm dari à Filio Spiritum, ac manifeſtari, non item ab eo, ſeu à Patre per ipſum ipſoque unà verè τῆς ὑπάρξεως ejus principio, profundi ac produci Δι' Υἱοῦ πεφανερῶσθαι καὶ μεταδίδοσθαι ἡμῖν ὁμολογοῦμεν. Id ibi unum Damaſc. cur Filii Spiritus dicatur; quod B per eum ſit manifeſtatus, ac nobis impartiatur; quod ex illo Ioan. probat, *Inſufflavit & dixit, Accipite Spiritum ſanctum, &c.* Qui contentioni ſtudent recentiores Græci ac ſchiſma fovent, lubentes ad Damaſcenum provocant, velut ad ejus regulam reliquorum Sanctorum dicta componenda ſint, cujus effati abſurdum egregiè demonſtrat Ioan. Veccus de injuſta ſui depoſitione Orat. 2. ipſumque Damaſcenum ad rectum aliorum ſenſum trahit, ut ſolùm voluerit negare eſſe Filium cauſam primariam & quaſi originalem, quam unam liquet eſſe Patrem; non quæ ex ipſa habeat ut ſit una cum ea cauſa & auctor, ac per quam Pater Spiritum producat; quæ ſit ipſa vis ejus propoſitionis διὰ, id eſt, *per*, ut à Græcorum paſſim Doctoribus in Trinitatis myſterio uſurpata eſt; ea cautione, ne dicendo ἐκ, vel etiam αἴτιον ſimpliciter vocan- C do Filium, duo principia viderentur invehere; qui eſſet error ipſe gravis, ac quem Maximus ipſe Vecco laudatus ea Orat. Epiſtola ſua ad Marinum à Latinis depellit, tametſi ex Patre Filioque procedere Spiritum in ſua Fidei Profeſſione ac Diplomate Pontificio ſcripſiſſent.

25. Ἐν τῷ ἀτρέπτῳ καὶ ἀναλλοιώτῳ. Adjecta hîc Codici nota, qua rem momenti Græci indicare ſolent, & quaſi digito monſtrare; ac ſi dicant, ὅρα, *Vide*, quod quandoque totidem literis adſcribunt. Sic verò obſervatum puto, quod una hæc Nyſſeni auctoritas, jugulet, quicquid afferri poteſt contra Spiritus exiſtentiam à Patre per Filium; cùm in ea nullum Gregorius, ejus à creaturis diſcrimen agnoſcat, ſed unum hoc duntaxat, quod Spiritus ſubſtantia æterna eſt ac immutabilis, nec alia à Patris Filiique ſubſtantia; creatorum verò mutabilis &c. Vt ergo D creatura verè ex Deo eſt per Filium, ſic & Spiritus, & non ſolùm quoad manifeſtationem vel impartitionem. Hocque unum contendunt Latini. Vnum hoc malè habet, quod illa Nyſſeni auctoritas in 1. illo Antirrheticῶν non occurrit. Fuiſſet certè locus à p. 57. ubi is doctrinam Spiritus diſcutere incipit; ac præſertim ad illa Eunomii verba Γενόμενον παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ διὰ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τοῦτο. *Factus à ſolo Deo per Vnigenitum & hic*; ad quæ verba ſemel & iterum allata & confutata, hanc Nyſſenus ſic Catholicam ſanamque expoſitionem diſtinctionemque adhibuerit, ut non ſolùm deſtruere videretur Eunomii blaſphemias, ſed etiam quæ pietatis ſunt extruere. Num & hîc plagiariæ aliquid manus, haud alienum à Gentis genio, ſeu

magis ab eorum qui in illa contentioni ſtudent ac ſchiſmati? Sic injecti quaterni deprehenſi in VI. Synodo, detractæ periodi ex Adriani Epiſtola in VII. aliique alia referunt, docuiſſetq; inter alios Georgius Metochita t.3. Græciæ Orth. ſi eam, & in ea doctus Allatius à me acceptos ejus V. Libros, traditionis Proceſſionis Spiritus à Patre & Filio, ſeu per Filium, juris publici feciſſet. Certè Interpres vir eruditus locis plurimis videri aliquid deeſſe in his Nyſſeni Antirrheticis obſervat, ac margini adſcribit, in quæ inquirere non vacat. Nec aliter putem de Baſilii libro de Spiritu ſancto ad Amphilochium, ex quo Calecas quandoque citat, quæ fatiganti oculos in eo non occurrunt: quamvis nihil fortè mala fide illi demptum fuerit, ſed ut fere accidit in lucubrationibus non admodum adſtrictis, inque multa capita diſtributis. Baſilii, Greg. Nyſſeni, aliorumque vitiatos Codices, certis etiam extantibus plagii notis, oſtendunt Græci Auctores in Græcia Ortodoxa Leoni Allatio viro docto producti.

26. Τῶν ἐν τῷ βαπτίσματι. Sermonis ordo, ipſe Baptiſmi ritus; in quo tamen ipſa vox συντάξις vim habet, qua ſignificetur ſic nominari divinas Perſonas, ut aliæ aliis connectantur, unoque ac pari ordine, quaſi ejuſdem claſſis pariſque dignitatis connumerentur; quarum una ſit auctoritas ac nomen in eo Myſterio, quod omnium janua eſt, & Chriſtianæ fidei velut teſſera; rumpantur licet, quorum caligat, velut pridem Samoſatenſ. Arian. &c. ad tantam lucem ab uno Ieſu mundo inferendam, mentis oculus.

27. Κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ. Alex. antiquus Codex, προσκυνήσεις, habet, uti etiam eſt Matt. 4. ubi Dominus eum ipſum locum diabolo tentanti opponit. Vox Hebr. תירא eſt quidem ipſa *timebis*, quod eam reddunt reliqui; ſed qui timor reverentiæ ſit ac pietatis; ut idem penè ſonet, quod vox εὐλάβεια & εὐλαβεῖσθαι Græcis; riteque expoſuerit Matthæus, ſeu ejus Interpr. voce προσκυνήσεις, quòd ſic procumbendo reverentiam Deo exhibeamus, ſupremumque Dominum agnoſcendo timeamus, ac nos illi ſubmittamus.

28. Οἱ Πνεύματι Θεοῦ. Græc. Vulg. Πνεύματι Θεῷ. redditq; Vulg. *Qui ſpiritu ſervimus Deo.* nempe ſpiritu noſtro, juxta illud Ioan. 4.23. Προσκυνήσουσι τῷ Πατρὶ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ: *Adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate:* mente ſcilicet, veroque & ſpiritali cultu. Poſſet æquè reddi, *Qui Spiritui Deo ſervimus*, uti intellexit Calecas, *Spiritui Dei*; quam ipſam lectionem habet Cod. Alexandri. Οἱ Πνεύματι Θεοῦ. Syriaca, Arab. Æth. *Spiritu Deum colimus*. Chryſoſt. item & Theodoret. qui & genuinus Apoſtoli ſenſus, opponentis cultum Dei in ſpiritu, circuncisioni carnali.

29. Εἰ Πνεύματι τὰ ἔργα τῆς σαρκός. Videtur etiam Vulg. legiſſe, ἔργα, cùm *facta* reddit. Vulgata Græca, τὰς πράξεις, *actus*, ſive *actiones*; ſicque etiam Chryſ. & Theodoret. etſi non ita ſolet Apoſtolus vocare, cùm illi de carne ſermo eſt, ejuſque affectibus. Gal. 5. 19. Φανερὰ δέ ἐστι τὰ ἔργα τῆς σαρκός. *Manifeſta ſunt opera carnis.* Ac certè vix carnis πράξεις dicantur, quibus præſertim non obſequitur rationi, ſed quod illi proprium eſt, facit. Locus hic ac ſuperior, magis ſpectant ad ſpiritum ipſum humanum. Porrò imitatus Calecas Athan. Epiſt. 1. ad Serap. de Spiritu ſancto, in qua ille ſic ἐπιχειρηματικῶς eſt, probanda Divinitate Spiritus.

30. Διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος. Vulg. διὰ τὸ ἐνοικοῦν. ipſaque Latina, *propter inhabitantem*, ut & Chryſ. & Theodoret. At Codex Alex. διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος, uti Calecas: *Per inhabitantem*; perindeque Syr. & Æthiop. quæ & lectio videtur præferenda.

31. Ἡ κατ' ἄλλο τι παρὰ τὴν οὐσίαν. In divinis vera & realis diſtinctio eſt, in relatis, quæ verè & per ſe exiſtunt ac opponuntur, nec proinde unum eſt alterum; non tamen alia res eſt præter eſſentiam, in qua realiter identificantur; nam ſunt ipſa eſſentia, ejuſque ratione unum realiter ſummaque unitate, ſecus ac ſe res in creatis habet; verùm non eſſentia abſolutè, ſed eſſentia ſic, quæ ſit auctor, vel ab auctore, & in hoc verè diſtinguuntur ac realiter, cum ſumma illa & vera ac reali eſſentiæ unitate.

32. Θεὸς οὐκ ἀποστέλλεται. Sumpta ſententia ex Hom. Chryſoſtomi nomine de Spiritu ſancto Ducæi t. 6. in eum ab eo rejecta, uti ſpuria. Ac certè nihil habet veri Chryſoſtomi; etſi ejus nomine citant, qui de Spiritu ſancto polemica ſcripſerunt, recentiores Græci. Quod exponit Calecas, Non mitti Spiritum ut Deum, ſed mitti ut perſonam; ut ſcilicet talem perſonam quæ ab alia procedat, ac vi cujus proceſſionis, connotando effectum temporalem dicatur mitti, quæ Noſtrorum lucida theologia eſt, benigna expoſitio eſt, pro reverentia exiſtimati Chryſoſtomi, ne videatur negare, quod ſic apertis verbis ipſe teſtatur Filius Dei. Verùm ille, aliam omnem miſſionem, præterquam donorum, excludit; craſſiuſque mittere quenquam negat, niſi ubi non ſit ipſe qui mittit; quod certè in divinas perſonas, quarum una in alia ſit, & quæ ſua immenſitate omnia impleant, non cadit. Sed bene Calecas, non importare miſſionem διάστασιν (*disjunctionem ac ſeparationem*) aſſerit. Nempe importat effectum peculiarem proprium Dei, ratione cujus perſona procedens, novo modo in aliquo eſſe incipit. Sic & tota Trinitas venire dicitur in Iuſtis, *Ad eum veniemus*, &c. idcircò quod Pater, qui non procedit, novo & ipſe modo in eis per gratiæ dona, eſſe incipit. Spiritum Filii & Chriſti & Veritatis, quod exponit ratione duntaxat connexionis ejuſdemque Deitatis ac potentiæ, frigidus Theologus eſt. Quidni enim & Filius & Chriſtus & Veritas, ipſeque Pater dicitur Spiritus? Alia mitto æquè frivola, & à veri Chryſoſtomi vena longè alieniſſima. Beccus Patriarcha Conſtantinopolitanus non excipit ejus auctoritatem, ſed trahere nititur in bonum ſenſum, de Vnione Eccl. Orat. 1. tom. 1. Græciæ Orth. Leonis Allatii. Ipſe tamen à prima ſolutione non moveor.

33. Ἡ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἀρχή. Orat. 35. inter nomina Filii, quæ ejus deitatem inſinuent, Ὁ ἐν ἀρχῇ, ὁ μετὰ τῆς ἀρχῆς, ἡ ἀρχή. Ex quo loco forſan Calecas habuerit, quod ita retulit. Cumque Gregorius percenſendis Filii divinis nominibus, quà Patri comparatur, τῆς ἀρχῆς meminerit, haud obſcurè etiam in divinis hoc illi

nomen competere inſinuavit ; eſſeque verè & ipſum ἀρχὴν & αἴτιον ; ſed non primum , aut à Patre ſejunctum , ſed unum cum ipſo Spiritus principium ; etſi unus Pater abſolutè αἴτιος, *cauſa & auctor*, tum Græcis aliis , tum ipſi Gregorio dicatur, quòd ea quæ ſunt Filii , omnia in ipſum tanquam auctorem referantur. Locus ex quo probat, eſt Iſai. 41. 3. Καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς· ubi tamen Vulg. Græca ἀρχῆς habent, *Vocans à generationum exordio*; Vulg. *Vocans generationes ab exordio* : ubi ſermo eſt de Iuſtitia; ut locus hic ad Gregorii inſtitutum non admodum urgeat.

34. Η ζῶσα καὶ ἐνέσιος τοῦ Πατρὸς βούλησις. Ita ſubtiliter Cyrillus , adverſus eos qui voluntate ut cauſa , Deique conſilio genitum Filium volebant, non naturâ ; quomodo etiam reliqua naturalia ex ſe Deo competunt, non ulla voluntate media ; ut quod bonus eſt, quod ſapiens: Sic igitur ejus βούλησις καὶ σκέψις, ac quicquid ejuſmodi dicatur , ipſe Filius eſt, qui ſapientia ac Verbum eſt. Athanaſius verò τὴν βούλησιν accepit pro actu libero, ipſoque ut aliquid extra connotat, ratione cujus ſic incipere ac deſinere dicatur ; ſeu potius ejus effectus. Quod autem ait Calecas, Maximum Athanaſii locum ſcholio illuſtraſſe , operæpretium facturus erat id repræſentando, ſi ita reperit in Codice: ſublata enim eſſet, quæ animas fatigat. Quæſtio, ſint ne, illi Dialogi Athanaſii , an potius Maximi; eoſque Maximus ſcholiis exornarit : quod & abs ſe editis ipſe ſolet præſtare. Eſſe Athanaſii ægrè mihi perſuadeam ob ſtyli diverſitatem, & quod magna pars exemplarium Maximo aſſerit : quem tamen Athanaſii nomine edidiſſe, non videtur ferre ejus ille candor, quo ejus rei ſuſpicionem ab Areopagita amolitur ; quanquam Græcis haud inſuetum ὑποβολιμαῖα ejuſmodi claris auctoribus ſupponere ; ac nec omnino Latinis.

35. Οὐκ ἐπιδέχεται τὸ μὴ εἶναι. Paulò aliter habet Iuſt. ad Reſponſa Græcorum, Η οὐσία τοῦ Θεοῦ τὸ μὴ εἶναι οὐσία οὐ δέχεται, ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Θεοῦ δέχεται τὸ μὴ βούλεσθαι. *Eſſentia Dei fieri non poteſt ut eſſentia non ſit: voluntas autem Dei ut non velit, fieri poteſt.* Proinde citavit Calecas, prout memoriæ occurrit; quod & in aliis nonnunquam ei accidit.

36. Εν τοῖς δογματικοῖς αὐτοῦ. Sit fortè aliud opus Damaſceni, præter ea quæ habemus , in quo de Trinitate ſeriò adverſus Hæreticos diſputet, uti etiam ſeorſim contra Severianos & Monothelitas. Non extare nobis omnia Damaſceni, vel hoc argumento eſt, quod Chryſoſtomi enarrationes in Paulum ab ipſo in compendium redactas, Card. Mazarini Bibliothecæ probatus Codex, aliis hactenus ignotas, habet.

37. Ρῆμα δὲ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. Videntur hæc magis ſpectare ad Epiſt. 2. Athan. ad Serap. quæ hoc ipſum argumentum tractat. Ac, num ambobus adſcripta, quod frequens in PP. monumentis ? Sequentia ex Athan. Epiſt. illa , ipſa illuſtria, in neutra harum quæ extant, mihi occurrunt; aliaque ſcripſiſſe Athanaſium & pleniora eo ipſo argumento, pro ejus majeſtate, argumento eſt, quod ipſe initio ferè prioris Epiſtolæ, in ſuperioribus de eo ſcripſiſſe ait, quod in omni fere ſacra ſcriptura, *Spiritus ſanctus qui dicitur Filii , idem dicatur eſſe Dei.* Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον λεγόμενον τοῦ Υἱοῦ, τοῦτο λέγεται τοῦ Θεοῦ εἶναι· Quò maximè ſpectat hîc adducta auctoritas ; probatque maximè proceſſionem Spiritus à Filio; qui in tantum dicatur ex Patre procedere, quod ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκλάμπει, *effulget, oritur, ſplendet ex Filio, qui ipſe omnium ſententia ex Patre eſt.* Cautiſſimus diſputator Calecas noſter, ſic vulgatum loquendi modum gentilium ſuorum proſecutus eſt, ut graviſſimas auctoritates intulerit, quibus ad ſaniorem eos ſenſum, ceu in eis à veritate devios , ſine invidia ſenſim reducere conaretur; nihil quemquam ſugillans, ſed Patrum ſententiis, illis quaſi digito veram opinionem ſuæ ipſorum Eccleſiæ commonſtrans.

38. Γέννημα καὶ ὅρμημα καὶ ἐκσφράγισμα. Duæ poſteriores voces , quædam prioris explicatio ſunt. τὸ, ὅρμημα, ἐνθύμημα exponit Varin. trahuntque Grammatici vocem ὁρμῶ ad generationem : in Deo autem peculiariſſimè ὁρμὴ & ὅρμημα, facta illa cogitatio ejuſque terminus , Mentis illa Proles, Paternæ ſubſtantiæ expreſſio ἐκσφράγισμα, totum perfectè referens Patrem , quæ eſt illa Baſilii ἰσότυπος σφραγίς· Sic magnificæ noſtrorum Theologorum voces , divino potius afflatu illis traditæ, quàm humana induſtria ac ſolertia adinventæ.

39. Η ἐνδιάθετον. etiam ἐνδιάθετος λόγος, verbum ſcilicet mentis, ſeu etiam cordis, ut alii vocant, etſi majorem habet cum divino Verbo affinitatem, quò menti producenti conjunctius eſt & affinius ( eoque Calecas longè aliis Auguſtinum antepônit, qui in eo maluerit exemplum ponere , quàm in verbo quod ore profertur ) immenſum diſtat à Dei Verbo, quod non ſit ſubſtantia ejuſdemque naturæ cum mente , ubi etiam ipſa ſeipſum intelligit , uti in ſubſtantiis ſeparatis, quæ nec ipſum ſunt ſuum intelligere, & in quibus ipſum ejuſmodi verbum , quod formant , habet eſſe quoddam diminutum & intentionale, cùm in Deo ſubſtantia ſit ac purus actus , totum referens atque exprimens quod eſt Deus ; quod idem eſt de dilectione ſeu Amore, divino ſcilicet Spiritu. Porrò quod ita Calecas Auguſtino tribuit, quaſi unus ipſe in verbo mentis & amore divinarum proceſſionum exemplum poſuerit, non etiam ſui Græci, non omnino probatur. Certè mihi videntur etiam illi vel maximè in verbo interiori exemplum ejuſmodi poſuiſſe, etſi exterioris, & ejus quod ore profertur, meminerint, præſertim ratione Incarnationis , qua Λόγος factus ἐξαγγελτικὸς ut vocat Greg. Orat. 3. de Filio ; factus nobis manifeſtus ac Patrem manifeſtans, cùm illi conjunctiſſimus manſerit, ut cogitatio menti; quæ eſt ipſe λόγος ἐνδιάθετος. Sic egregiè Greg. Orat. 45. p. 719 οὕτω μοι νόει τὸν Υἱὸν τοῦ Πατρὸς μὴ χωρισθέντα πώποτε , καὶ τούτου δὲ πάλιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὁμοίως ἐν τῷ νῷ τὴν ἐνθύμησιν. *Sic tu quoque cogites , Filium à Patre nunquam ſeparatum, nec rurſus ab hoc Spiritum ſanctum , eodem modo quo cogitationem in mente.* Alia etiam quibus Orat. 36. p. 590. vim ejus vocis urget , ut tribuitur Filio, eodem ſpectant : quod nempe ſit ὅρος Patris ; ejus *definitio*; quo intellecto , intelligatur & Pater : quod eſt *videre*, ut loquitur Dominus Ioan. 14. nec niſi de Verbo , quo ſe ipſum com-

prehendit, & cui affine verbum interius men- A tis ſeipſam intelligentis, accipi poteſt; ſic & quod Athan. Orat. 1. adverſus Arian. ſequi ait, Niſi Filius eſt coæternus Patri, fuiſſe quandoque Patrem ἄνευ & ἄλογον. ac perinde alii. Spiritus voce, quam ipſe Dominus tradidit, convenientiorem aliam Theologis ullis poſſe inveniri, non exiſtimo. Oſtendit ipſe Auguſtinus, iiſdem ipſis libris de Trinit. quanti Græcos Tractatores faciat, exque illis potius doceri Trinitatis myſterium, quàm ipſe docere percupiat: cùm tamen ea linguæ Græcæ facultas non ſuppeteret, qua eorum libros legere, ac ſatis intelligere poſſet: quod certè in Viro tanto dolendum; ut & quod etiam neſcivit Hebraicè. Hinc enim factum eſt, ut quantavis ingenii facultate polleret, ab Scripturæ ſæpius verò ſenſu aberrave- B rit. Quod librum Auguſt. de Trinit. ſingulariter ubique citat Calec. cùm ſint libri XV. jam olim ſic diſtincti, neſcio an non omnes ille habuerit, ſed forſan ſolum ipſum quintum. Sic Græcè verſum, ex quo præcipuè mutuatus ſit, quæ hîc exequitur.

40. Παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀπὸ θελήσεως. Nempe Auguſt. & Latini paſſim duplicem diſtingunt proceſſionem, ex duplici modo operationis, qui in Deo à nobis intelligitur, qui eſt intelligere & velle: quæ ſunt quidem ipſa unum in Deo ac ſimpliciſſimum: intelliguntur tamen virtualiter diſtincta & eminenter, ita ut in perſona fœcunda, alterum ſit generatio, alterum productio; alterius terminus λόγος, Verbum & Filius; alterius Amor, Dilectio ac Spiritus San- C ctus. De voluntate in generatione Filii, erat Eunomianorum objectio, quam ſoluit Gregorius Orat. 35. dicentium Patrem voluntate genuiſſe, vel inuitum; ſic nimirum de proceſſione Verbi à Deo, ac de creatorum, philoſophantes; non diſtinguentes de voluntate ut natura, & ut libera; deque illa concomitante, & antecedente; qua diſtinctione conciliandæ hîc allatæ Patrum auctoritates, exſufflandique Anomœi, qui ea quæ naturâ agimus, complacente voluntate nos agere, nec poſſe non agere, non intellexerunt. Quæ voluntatis ſumma perfectio eſt, etſi non libertas, aut ea voluntas quæ incipiat deſinatque, juxta quod Athanaſius tradit, ſive Maximus; ut ſcilicet hoc vel illud ut terminum in rebus connotat. Cautè etiam notanda Perſonarum nomina propria, & appropriata, ut vocant; quorum illa non evariant, ſecus verò iſta: ſuntque ipſa reipſa abſoluta, D ſed ut tali modo in hac illave perſona conſiderata, quo non in alia.

41. Τὴν οὐσίαν τοῦ κόσμου τούτου. Græca Vulg. τὸ βίον τοῦ κόσμου· aliaque ſic variata, ut liqueat Calecam citaſſe ut memoriæ occurrebat, non ipſa verba ut legerat. Sic ſequenti auctoritate omiſſum τὸ, ἴδια· quod tamen aliis locis non omittit.

42. Ὁμόθεον. Hanc vocem idem Gregorius reſoluit Orat. 39. quod corpus deificatione, Deum dicit: καὶ τοῦτο τῇ θεώσει, Θεός. ſic alibi. τὸ, ὁμόθεον, de carne dictum Gregorio, *ſimul Deum* reddit Billius; quæ ipſa perinde Deus dicatur ſic delibuta Deitate, ac ipſe à quo habet ſic delibutam eſſe, nulla ab eo perſonali diſtinctione diſcreta, cùm alioqui ſervet ſuam naturam, A ſitque & ipſa creata, non Deus ipſe naturâ.

43. Μείζονα τὸν Πατέρα λέγει ἑαυτοῦ. Accepiſſe videtur Calecas ex 2. Dial. cum Anomæo, ubi ſic habetur, Μείζονα τὸν Πατέρα λέγει, μορφὴν δούλου λαβών, καὶ τιμῶν τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. *Majorem Patrem dicit, accepta ſerui forma, ac qui Patri ſuo honorem habeat.* Totuſque in eo eſt, ut ſolùm majorem agnoſcat Patrem, quà ipſe homo factus eſt, & qua natura ad Patrem erat. Quæ ipſa expoſitio non ſpernenda, ſatiſque genuina, nec à textu longius petita eſt. Athan. tamen Libr. 2. contra Arian. p. 365. longè aliter, Μείζων εἶπεν, οὐ μεγέθει τινὶ οὐδὲ χρόνῳ· ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. πλὴν ὅτι καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, Μείζων ἐστὶν, ἔδειξε πάλιν τῆς οὐσίας τὴν ἰδιότητα. *Major, inquit, non quidem magnitudine aut ætate, ſed quod natus ex* B *illo erat. Quinimmò ex his ipſis verbis, Major eſt, ſuæ ſubſtantiæ proprietatem demonſtravit.* Nempe divinam ſibi naturam æquè ac Patri ineſſe, quod comparatio non ſit niſi inter ea, quæ ſunt ejuſdem generis: in aliis τὸ ἀσύγκριτον, aliudque & aliud magis eluceat. Aliaque ibi proſequitur, quibus haud ſatis cum illo Dialogo conveniat; poſſitque inde non levi conjectura abrogari Athanaſio, uti etiam abrogant plerique Codices, tribuentes Maximo. At, quid Symbolum Athanaſii nomine celebre, in quo ſic disertè, *Æqualis Patri ſecundum divinitatem, minor Patre ſecundum humanitatem?* Certè nec iſtud ſatis convenit cum Athanaſii illa expoſitione: &, ut loquitur Greg. Orat. 36. etſi verum demus, non tamen perinde magnum ac honorificum. τί γὰρ C θαυμαστὸν, εἰ μείζων ἀνθρώπου Θεός; *Quid enim mirum, Deum homine majorem eſſe?* vel, ut verba illa Symboli habent, hominem Deo eſſe minorem? Quæ tamen conſecutio non admittitur ab illis, qui Patrem κατὰ τὸ αἴτιον, volunt dictum Filio majorem, uti etiam Calecas interpretatur. Greg. Cum & major & æqualis Pater inveniatur, ἢ δῆλον ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας· τὸ δὲ ἴσον, τῆς φύσεως; *Nonne perſpicuum eſt, majoris vocem, ad cauſam; æqualis verò, ad naturam referendam eſſe?* Sic Hilar. *Auctoritate principii major*, aliique. Quod mihi clarius, quàm quod videtur implicare Calecas. Sit itaque Pater major, quia fons & origo totius Deitatis; non tamen inde minor Filius, quod eandem ipſam Deitatis naturam, quæ eſt Patris, ex eo naſcendo, acceperit. Nec in Trinitate aliud facilè loquendum, quàm quod Scripturæ Sanctorumque vocibus traditum ſit.

D 44. Καὶ ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου μέρους διαλέγεται. *Ex parte humanitatis;* qua ratione homo erat atque hominis partes implebat; cujus exemplum ponit Baſilius in illa voce, *Da mihi bibere*, quam Deitatis ait, σαρκὶ ἐμψύχῳ κεχρημένης, *utentis carne animata.* Magis propriè dixiſſet, *Dei;* quæ vox ipſum Λόγον, & habentem humanam naturam, referat, non Deitatem, quæ ipſa quaſi haberi intelligatur ab eodem, ut in qua verè ac per ſe exiſtat. Non placet quod reddit Interpr. *Multa Dominum ad humanum dicendi morem loquutum, cum hominibus tractantem.* Id enim totum quis dicat, etiam de Patre ac tota Trinitate, ſic humano more, proque hominum captu ſermonem efformante, pleriſque Scripturæ locis, quam tamen nemo probè Theologus ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου

μέρεις διηλέγχθαι dicat, ullive convenire, quod ſic Baſilius loquitur, quàm qui verè homo exiſtat, veréque exiſtens, partes hominis impleat; qui denique οἰκονομικῶς *cuncta ſuſceperit* (quà nimirum propenſiori conſilio homo extitit, ac in carne, humanæ ſalutis negotium geſſit) quod totum Græci Theologi illa voce ſignificant; non quod paulò obſcurius idem Interpr. *Qui omnia ſecundum Dei diſpenſationem ſuſcepit*; quanquam vox *diſpenſationis*, ipſa eo ſenſu Latinis familiaris ſit. Cord. in Catena, aptè quidem illuc, ἀπὸ τοῦ ἀνθρωπίνου μέρους, *ut homo*; nec longiori verborum ambage admodum opus. Sequentibus autem admodum confuſus, Τὸ τῆς ἀγνοίας ἐπὶ τῆς οἰκονομικῶς πάντα καταδεξάμενον, καὶ προκόπτοντα. *Illud ignorantiæ per diſpenſationem omnia ſuſcipientem, & proficientem*, &c. Ego ſic, *Ignorantiam qui dicat, de eo, qui per diſpenſationem omnia ſuſcepit, quique proficiebat*, &c. *is a vero nihil aberravit.* Hæc Baſilii limpida ſententia; dignus certè auctor cujus operum plura illis pares nacta Interpretes eſſent; nec aliter ac Ambroſius in eis laboraſſent. Iſtud etiam Ταύτης μὲν οὖν ἀξιοῦμεν τῆς παραμυθίας, τὸ παρὰ τῷ Ματθαίῳ κείμενον, Εἰ μὴ ὁ Πατὴρ μόνος, quod ita reddit Cord. *Hanc quidem conſolationem à Matthæo propoſitam conſequimur, niſi ſolus Pater*, ſanè hominis eſt Græcè neſcientis; cùm ſit, *Illud à Matthæo dictum, in hunc modum benignè interpretamur*, uti etiam reddidit Morel. riteque Calecas noſter expoſuit, ταύτης ἀξιοῖ τῆς ἐξηγήσεως· *quaſi hac dignatur expoſitione*; ſic lenit, quod paulò durius dictum poterat videri. Gravius in ſequentibus mendum, ſive ipſius Cord. eſt, ſive typorum, ἐπειδὴ ὁ πρόσκειται τὸ μόνος, ὡς καὶ παρὰ τῷ Ματθαίῳ· *Cùm addatur adjunctum* ſolus, *quod apud Matthæum jacet.* Imò, non addatur, εἰ μὴ ὁ Πατήρ· nuſquam μόνος, cujus vocis abſentia, nihil violentam ſuam expoſitionem (Calecæ relatam) Baſilius contendit. Sed perinde Cord. affirmare quod negat Scriptura, viciſſimque negare quod illa affirmat, ut jam ante annos 20. in Maximi Scholiis ad Dionyſium ipſoque Dionyſio, quaſi per ſpecimen oſtendi. παραμυθίαν quærat vel ipſe Cord. vel qui labis purum Græca interpretantem hominem velint.

45. Τοῦ ὁρισθέντος. *Qui prædeſtinatus*, habet Vulg. exponitque ſubtilius Præceptor Angelicus, aliique Latini: At Græci *declaratum*, *manifeſtatum* exponunt, quò ſpectant quæ hîc à Caleca allata ſunt; nec eſt cur ea expoſitio diſpliceat, quam plurium graviorumque Patrum auctoritas fulciat.

46. Κατὰ τὴν ἐπὶ νοῦν διαίρεσιν. Habet Cord. uno contextu cum Baſilii ſuperioribus, paulò aliis verbis. Sed non extant in illa Epiſtola Baſilii. Quod fallentibus oculis legit ἰχναῖς ἐπινοίαις, redditque, *intellectualibus veſtigiis*, valde abſonum eſt. Nempe eſt, ἰσχναῖς διανοίαις, *ſubtilibus cogitationibus*, quod ſequentibus vocibus exponit, ἤτοι νοῦ λεπταῖς φαντασίαις, vixque aliis verbis aptius Latinè reddatur: *minutis enim mentis phantaſiis* Corderii, ſatis durum eſt. τὸ ἴχνος, *veſtigium*, omnibus differt à voce ἰσχνὸς, nec unquam ἰχναῖς vel ἰσχναῖς reddiderit.

47. Τῆς διαλύσεως φθορᾷ. Διαφθορὰν habet Pſalmus 15. 18. quem Petrus Act. 2. 17. exponit

A de Chriſto; hincque ejus corpus minimè diſſolutum oſtendit, ſed ubi paululum mortem deguſtaſſet, illaque defunctum, ad incorruptionem reparatum eſſe. Hoc enim vult illud Calecæ, προσομιλήσει τῷ θανάτῳ, per eas ſcilicet paſſiones, quas verſans nobiſcum ſponte exolvit; ubi inſcitus ſcriba, οὐχ ὡμίλησε, ſubdiderat. Sicque ipſemet Calecas paulò inferius, iſtud ipſum reſpiciens, quandiu in mundo egit, & morti & reliquis innoxiis paſſionibus obnoxium fuiſſe, ait; καθάπερ εἴπομεν· *ut dictum à nobis fuit.*

48. Ὁ τῶν συντρεχόντων σεισμός. Reſpicit illud Matth. 21. 11. Εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις. *Cùm Intrante eo Ieroſolymam, commota eſt univerſa civitas.* Quaſi æſtu quodam agitata, pro certantium partium ſtudiis, aliis propenſa voluntate Chriſtum ſuſcipientibus,
B ſibique Regem adhibentibus, aliis tanta ejus claritate infrendentibus, accenſaque odii flamma, in ejus necem anhelantibus. Sic dictum Gregorio & Scripturæ civitatis σεισμὸν, qui reddat Bill. *confluentis multitudinis terræmotus*; non placet; perindeque reddiderit alius, *aquæmotus*; cùm idem Matthæus eam vocem utrique elemento nihil violente tribuat, 8. 24. & 28. 2. durumque nimis ſit, cùm metaphorice ad homines transfertur, vel terræ meminiſſe, vel aquæ: & non magis animorum motum, commotionem, æſtum ſeu fluctuationem ac tumultum reddere. Heſych. σεισμός, τρόμος· ut licet κατ' ἐξοχὴν de terra communius dici videatur, ſicque Latini eam vocem *terræmotus* accommodaverint; aliis omnibus, quæ ullo modo concuti poſſunt, ac commoveri impreſſione aliqua aut paſſione, communis ſit. Solùm indicavit Theologus,
C illa voce ingentem animorum commotionem Ieroſolymis ſignificari, qua velut mare æſtuans aut terra tremens civitas tota videretur, hoc exordio crucem Salvatori parans.

49. Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον. Lucas διδόμενον habet, quam vocem Paulus ſic illa altera reddidit, reſpiciendo ſpeciem panis, qui ſic proprie κλᾶσθαι dicatur; fruſtratim dividi: nempe κόπτεσθαι & κατατέμνεσθαι, ut Calecas expoſuit: nec video ut ad Corpus Chriſti in ſpecie propria, & ut cruce functus eſt, poſſit referri. Vocem ἔκλασε conſtanter tres Evangeliſtæ, ipſeque Paulus, ad panem à Domino acceptum, quem in ſuum Corpus verteret, retulerunt; quod ipſum Paulus ſic κλώμενον maluit dicere quàm ſolum διδόμενον, ut ejus ſic dati ac diſtributi
D in modum panis ad eſum appoſiti, myſterium commendaret.

50. Σχῆμα μόνον πληρῶν. *Solum perſonam implens*; nempe Chriſtum repræſentans, ejuſque perſonam velut induens, nec quaſi à ſe, ſed ut dicta ab illo verba proferens; quibus ubique Chryſoſtomus vim illam tranſmutandi ſacra pignora in Chriſti Corpus & Sanguinem tribuit. Græci alii fere à Damaſceno & VII. Synodo, ἐπιφοίτησιν (*adventum Spiritus ſancti*) ita urgent, ut niſi ejus invocatione, quam eorum Liturgiæ habent poſt verba Dominica diu antè prolata, non omnino Dominicum Corpus ac Sanguinem, inque ea ſymbolorum tranſmutationem (quam & illa fieri expoſcunt) videantur agno-

ſcere. Quam quæſtionem tractavit P. Iac. Goar. ſodalis meus ὁ μακαρίτης in Euchol. aliique diſputantes cum ævi ſequioris Græcis. Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Pariſienſis Archiep. Petrus de Marca ὁ μακαρίτης ſic interpretabatur, cùm quæſtionis nodum ſolvere conaretur, ut diceret; Patres quaſi unum quid accepiſſe quicquid ritus eſt Liturgici, & (ut nos vocamus) Canonis, nec ſatis diſtinxiſſe quid quæque pars efficiat; in quo paulò ſubtilius laboravit ſequens Scholaſticorum ſedulitas; quam ipſam intra ſuos terminos coërcere conveniat; quibus & præivit magnus Chryſoſtomus, vir certè mihi σχολαστικώτατος, cujus & ſcholaſticen, methodumque diſſerendi ac diſtinguendi, ſolerterque enodandi quæ perplexa videantur, in aliis Patrum, magno præſertim Auguſtino, deſiderem.

51. Ὁ τελευταία λέγεται χρίσις. Sic uſu moderno, *Extremam Vnctionem* vocant, quæ antiquiori potius *Vnctio Infirmorum*, affiniuſque verbis Iacobi, Ἀσθενεῖ τίς ἐν ὑμῖν. *Infirmatur quis in vobis?* quam vocem liquet uſurpari, de quovis paulò languidioribus viribus, ex ægritudine qua laborat, etſi non omnino depoſitus ſit, & cujus proxima, jam tumque futura mors expectatur. Nempe ſacramenti effectus Infirmi relevatio eſt ac ſanitas, per modum medicinæ ægroto præſtanda, illique à Deo impetranda, ſi modò ex ejus rationibus ſit, nec aliò ferant divina decreta: cui inſtituto & fini non ſatis congruere videtur, quod tum demum ægrotus ungatur, cùm vix niſi miraculo ad priſtina munia reparari poteſt. Sic certè Græci, ſtatim ac aliquis ægrotat, ſubeſtque aliquod vitæ diſcrimen, nec adeò propinquum, Sacerdotes ſacro illo ritu peruncturos advocant; nec ſemel duntaxat, ſed & ſæpius, eadem etiam nec intermiſſa ægritudine, quod à Latinorum ac Noſtratium uſu remotius eſt: quin & noſtris in diverſis libris ritualibus ejus Sacramenti ritus nonnihil varius eſt. Probandi maximè, qui ægroto gravius affecto, eamque ob rem Euchariſtia ad viaticum muniendo, prius Vnctionem adhibendam jubent; quæ ſit aliquid Pœnitentiæ ac ejus velut complementum, & ad Euchariſtiam, perinde ac reliqua omnia Sacramenta, ut in finem ordinetur.

52. Πνευματικοὺς ἄνδρας. Sic Græci eos vocant, qui illis à ſacris confeſſionibus ſunt, & pœnitentiis præfecti; plerique illis Monachi Sacerdotio fulgentes, quos ἱερομονάχους vocant. Nec ferè aliter quàm ex canonum rigore judicant; quorum Codicem in promptu habent, dum confeſſiones audiunt, ut ex illo pœnas, τὰ ἐπιτίμια, decernant. Sic ex illis audivi qui Græcorum uſi familiaritate ſunt apud eos Miſſi Apoſtolici. Vtque ſancta ſit hæc diſciplina, plures tamen in barathrum trudit, dum malunt vulnera celare, quàm auſteriori illi diſciplinæ ſubjicere. Latinorum longè mitior, qua ferè omnia Confeſſarii arbitrio permittuntur; ipſo tamen non omnino libero, ſed æquitatis legibus adſtricto; pro ſcilicet ratione, ipſiuſque pœnitentis facultate ac modo; ne, quod ſalutis remedium eſt, præ humana fragilitate, fiat ruinæ occaſio.

53. Καὶ προσηνέχθη αὐτῷ. *Oblatus eſt ei*, ſeu *admotus*; quod & Græcam vocem optimè exprimit הקריבוהי, *appropinquare fecerunt*. Nec video cur Nobilius ad Scholia Romana iſtud adjunxerit. *Corrigendum in noſtra* προσήχθη. Non enim corrigendi locus, niſi ubi mendum, non ubi alia, ipſa probata, lectio. Adde, neminem ipſum habuiſſe, qui προσήχθη, reddiderit, vel ἐκ τῶν ὁ retulerit. Alii enim ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη. nec aliter videantur οἱ 70. reddidiſſe; videturque ea vox, & quod ita quis coram ſiſtatur ac præſentetur, vim quandam ſubjectionis, in eo qui præſentatur, innuere: ac optimè in Filium hominis convenit, ſub ipſo conceptu Filii hominis, Chriſto ſcilicet ut homini, cui ſic data judiciaria omnis poteſtas, uti noſter Calecas exponit; ut & Hieronymus Matt. 28. quod ita ibi habetur, *Data eſt mihi omnis poteſtas*, &c. Alex. ἐνώπιον αὐτοῦ προσήγαγον αὐτόν. Iuſtinus in Dial. cum Triph. καὶ πρὶν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν. Nec longè aliter Cypr. 2. Teſtimoniorum. *Et ſtetit in conſpectu ejus, & qui aſſiſtebant ei, obtulerunt eum.*

54. Τὸ, ἔδωκεν ζωὴν, ἐγέννησεν αὐτὸν ζωήν. Verba hæc Chryſ. ipſa plana, ſic malè habuit Franciſcus Aretinus Interpr. ut redderet, *Illud verbum*, Dedit vitam, *quod cum vitam fecit, ſignificat*; cùm ſit, idque contendat Chryſ. *quod cum vitam genuit*. Vitam ſcilicet ipſam verè exiſtentem, ἐνυπόστατον, & cui hoc ipſum, eſſe vitam, natura ſit. Sicque idem paulò ſuperius, quod ita Chryſ. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸ ἔδωκεν, ἴσον τῷ ἐγέννησεν ἐστὶ, rectè reddiderat: *Et ut intelligas hanc particulam*, dedit, *idem quod genuit ſignificare*. Longè itaque à vero receſſit, qui velut eum tæderet eandem vocem repetere, hoc ſibi indulſit, ut in divinis, τὸ, *genuit*, in *fecit* mutaret. Nec aliter de judicio. Οὕτω καὶ τὸ, ἔδωκε κρίσιν, κριτὴν αὐτὸν ὄντα ἐγέννησεν, ſic, Et dedit judicium; *quod eum judicem fecit, intelligendum eſt*. Ineptè, nec ſatis catholicè ad mentem Chryſ. Si fecit judicem, non genuit; ſed cùm non eſſet, judicem fecit, ſeu judicem creavit; velut ſcilicet precariò collata ei judiciaria poteſtate; quod omnino παρηλλαγμένης οὐσίας, *diverſam ejus à Patre ſubſtantiam* inducit, nec de Filio, ut eſt Vnigenitus Deique Filius, de quo exponit. Chryſ. catholicè dici poteſt: *ac nec dæmones dixerint*, ut de vita, ipſe hîc ait Chryſ. ſive ut eius Græca edita repræſentant, ὑποπτεύσαιεν, *nuda ſaltem ſuſpicione cogitaverint*. Liberet totam Homiliam, quaſi ad ſpecimen recenſere; ſed vetat, quod Aretinus, quem ſibi videtur ſenſum ita perſtringit, ut à litera textuque Græco longè paſſim diſcedat: quod in re Theologica, preſſaque Scripturæ expoſitione, qualis eſt hæc Chryſoſtomi, peſſimum eſt, unaque potius emendandum ſpongia, quàm paucorum ſigillatim annotatione. p. 243. l. 13. ἐκ δευτέρου χωρὶς ἁμαρτίας ὀφθήσεται, τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις εἰς σωτηρίαν. Aret. *Iterum videbitur ſine peccato, ſuſcipientibus eam ad ſalutem*. Palam luxata ſententia, etſi etiam Savel. ita repræſentat. Quid enim eum videri iterum ſine peccato? Num enim primùm cum peccato ſuſ? Abſit. Sic ego, ὀφθήσεται, τοῖς ἄνευ ἁμαρτίας ἀπεκδεχομένοις. *Iterum videbitur ad ſalutem, his, qui abſque peccato eum præſtolantur*. l. 19. ἐκεῖν καὶ Πατέ-

ἐρα αὐτὸν προστερεῦμεν. Aret. *Igitur Patrem præponemus?* Pro, *Igitur & Patrem vocabimus?* Nempe Sabellio occurrens ait, ne Filius ipſe Pater exiſtimetur, quod honorandus ſicut & Pater dicitur; quod, inquit, non eſt Filium honorare, qui non maneat Filius, ſed totum confundere. l. ult. εἰ μὴ τοῦτο ἐστὶν, ἀλλ' ὕστερον γεννηθεὶς ἔλαβε τὴν τιμὴν, τί γέγονεν ὥστε αὐτὸν ὕστερον τιμηθῆναι. Aret. *Si hoc non eſſet, ſed poſteriùs factus honorem accepiſſet; quæ cauſa fuit quin poſterior honoraretur?* cùm ſit, *Niſi ſe ita res habet, ſed poſtea, genitus, honorem accepit; quid cauſæ eſt, cur poſtea honorem adeptus ſit?* i. cùm antè natus eſſet ac genitus; hoc ſemper urgens quod antè expoſuit: nempe hæc omnia illi à natura eſſe, ac accepta ipſâ nativitate à Patre. p. 244. οὐδὲν ἐπεισακτὸν ἐχούσῃ φύσει. Aret *Nihil nobiſcum communicanti*. Pro eo quod eſt, *Nihil adventitium & quaſi precariò habenti*. Sed hæc alterius operæ & otii.

55. Ἀποκαταστάσεως. Sonat ea vox, quaſi prioris ſtatus reparationem; non ejus quem aliquando reipſa habuerimus ac amiſerimus, amiſſa beatitudine, qua aliquando fruebamur, ut errore ſenſit Origenes, hauſitque ex Platonis Timæo; ſed ad quem jus habebamus, creati in rectitudine naturali ac amici Dei: in qua perſeverantes Deique dilectione, expleto vitæ curſu, nullo carnis interitu aut ejus morte, ſed ſola immutatione ac nova claritate, in cœlum Deique conſpectum transferendi eramus; quod ipſum Iuſti per Chriſtum, configurati ejus morti & reſurrectioni, perfectè demum in reſurrectione univerſi generis humani conſequentur; ipſum Chriſti regnum Deo ſponte ſubjectum, & in quo Deus ſit omnia, futuri: malis ipſis perinde per potentiam deitatis ſubjectis, ut vel renitentibus in eis fiat, quicquid Deus fieri decrevit. Potuiſſet Calecas alia hoc argumento proſequi, quod quidam Sanctorum (præſertim Greg. Nyſſ.) videantur quaſi Origenianè locuti περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως; quibus exponendis alii itidem laboraverunt.

56. Ὁ Βασιλεὺς ἐν ἀναπαύσει αὐτοῦ. Scholia Rom. ex Sym. ἐν ἀναπαύσει. Græca Vulg. ἐν ἀνακλίσει. *in accubitu*, ſeu *recubitu*, uti Hier. ex Origene reddidit. Hebr. *circuitum* ſonant, à verbo סבב, quod in orbem antiquitus ad menſam ſederent: à quo more nec noſtrûm plerique abhorrent. Comment. in Cant. Euſebii nomine ſic exponit, ὡς ἂν εἴης καθέδρα βασιλέως. *ut ſis ſedes Regis*. jungitque ſuperioribus, uti & Philo Carp. ſecus ac Vulg. ut ſignificetur ornatus ſponſæ, uſque dum digna ſponſi ſedes & accubitus evadat.

57. Τῶν εἰκόνων τοῖς παραδείγμασι. Nempe ὑποχωρησάντων. *Cedentibus imaginibus, exemplaribus*. Vt ſint exemplaria, quorum ſimulacra ſunt, ex eis deductæ imagines; & quæ Paulus τύπον vocat, Hebr. 8. 5. Ὅρα, ποιήσῃς πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει· quæ ſunt verba dicta Moſi Exod. 25. 40. Quibus ſignificatur eſſe τύπον & exemplar, rei ſtruendæ quaſi formam, & *modellum*, ut barbariuſculè mechanici vocant. Sic intellexit Theodoretus, Σχήματα γὰρ αὐτῷ δείξας ἐν τῷ ὄρει τινὰ, ἐκείνοις παρόμοια κατασκευάσαι προσέταξεν. *Cùm figuras quaſdam illi oſtendiſſet in monte, illis conſimilia ſtruere præcepit*: de quibus ſubdit, Οὐκοῦν τύποι τῶν ἐπουρανίων τὰ παλαιά. quibus ſignificat hæc ſic oſtenſa Moſi, figuras quaſdam ac delineationes cœleſtium eſſe; eorum ἀντίτυπα, *figuras eis typo reſpondentes, ac quandam eorum ſimilitudinem habentes*, uti Paulus vocat; & ut idem ſemel & iterum c. 8 & 9. ὑποδείγματα, quæ Theophyl. exponit ἀμυδρὰ δείγματα καὶ οἷον σκιαγραφήματα, *obſcuras repræſentationes ac velut umbratiles delineationes*; quæ longè ſunt ab iis quæ hîc παραδείγματα vocat Calecas, quæ ſint ipſa rei exhibitio ac repræſentatio, poſt ejus imagines ac ſimulacra, ac corpus loco umbræ. τὸ ὑπόδειγμα etiam pro exemplari ſumitur apud Laert. ex Plat. de mundi creat. ὅτι καὶ τὸ ὑπόδειγμα ἐν ἦν ἀφ' οὗ αὐτὸν ἐδημιούργησε. Negat tamen Phryn. vocem eſſe Atticam, ac pro ea dicendum ait, παράδειγμα. Chryſ. ad illa verba, ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν. ἄρα ἐκεῖνα ἐστὶν ἀληθινὰ, ταῦτα δὲ τύποι. καὶ γὰρ ὁ ναὸς οὕτω κατεσκεύαστο, ὥσπερ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ. *Illa ergo ſunt vera, hæc verò typi. Templum enim ita erat conſtructum ut cœlum cœli*. Velut ſcilicet umbra quædam & obſcura ejus delineatio; quæ in nobis eſt Gratia, imago expreſſior eſt; ſed ipſa adhuc imago. Veritas omnino in cœlis repoſita. De Antitypis in ordine ad Euchariſtiam, Epiphaniique Diaconi poſt Damaſc. de illis ſententia ac ſenſu, alia graviorque diſputatio, de qua inter alios eruditè nuper Leo Allat. in ſuis Vindiciis pro Synodo Flor. adverſus præſertim Anglum Calviniſtam; exemplaris, cujus autographum habet Regia Pariſiis Bibliotheca, ac cujus nobis pridem apographum cum ſua verſione reliquit chariſſimus συνόμιλος R. P. Iacob. Goar ὁ μακαρίτης, malum Interpretem (ſuorum ipſo doctiorumque judicio) ac vulgatorem. Quicquid ſic de illorum mente, & an invocatione illa Spiritus ſancti complendam putaverint propoſitorum in Chriſti Corpus & Sanguinem immutationem; tuncque verè non ἀντίτυπα, ſed ipſa revera nobis ſub myſterio tradita eſſe divina munera; quod non ſatis ex vetuſtiorum Patrum videtur diſciplina, ſed nimia quadam exiſtimatum ſimplicitate, quod ita præferre videantur Liturgiarum verba; quibus id explicatur longo verborum circuitu, quod una ipſa verba Dominica, religiosè prolata à Sacerdote Chriſti nomine & in ejus perſona, ingenti miraculo præſtant, ut paſſim exaggerat Chryſ. ac eruditè probat; idem ſeriò Chryſ. noſtra, ipſa cœleſtia aſſerit, accerſitque ſtatim ab Euchariſtia; in qua ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς κεῖται ἐσφαγμένος. *jacet immolatus*; hoſtia eſt ac mactatur: Atque ut ſolum figura, nec ipſe verè ſit præſens, ac nobis cibus & potus cedat ſuam miniſtrando ſub Sacrarmento Carnem ac Sannem, nihil minus ὑπόδειγμα καὶ σκιὰ quàm vetera, noſtra hæc dicantur; videanturque illa præſtare, quod in Legalibus hoſtiis expreſſior figura erat Chriſti immolationis, quàm quæ nobis in panis & vini oblatione Chriſti Teſtamento commendata ſit. Noſtra ergo illa cœleſtia, *quæ ſpiritalia, quæ cœlis digna, etſi in terra peragantur*: hoc ſolum figura dicenda, quod ſub rerum ſenſilium hactenus involucris latent, ipſa nobis in cœlis palam quandoque prodenda.

58. Καὶ τὸ φῶς ἐμορφώθη. Putem Greg. reſpe-

xiſſe illud Ioel. 2. 3. Καὶ ἔμπροσθεν αὐτοῦ πῦρ ἀναλίσκον· ſive Φῶς illi obrepſit loco πυρὸς ſive de induſtria ita mutavit; quaſi pro eodem habens lumen, quod ſit ad torquendum, cum ipſo igne ſic torquente: Paratæ etiam tenebræ, dies illa tenebrarum & caliginis. Matth. 25. 34. Ignis æternus, qui ipſe tenebræ, diabolo paratus dicitur & angelis ejus.

59. Ὡς ὁ μέγας Ἀθανάσιος. De Symbolo Athanaſiano luculenter ſcripſit vir egregiè doctus ac Catholicus Gilb. Genebrardus Theologus Pariſienſis; nec alia auctoritate Magno Athanaſio aſſerit, quàm illa ipſa Gregorii Theologi, qua uſus eſt noſter Manuel Calecas: ex qua tamen rem minimè confici arbitror. Loquitur Gregorius de Confeſſione, ſeu Formula fidei oblata Ioviano Principi, cùm ille ab Athanaſio documenta fidei petiiſſet, ejuſque ac Catholicorum communionem ambiret, tentantibus Arianis ſibi ipſum addicere, atque illius abuti poteſtate, uti pridem in Conſtantio fecerant, poſtmodumque fecerunt in Valente. Extant eorum adverſus Athanaſium interpellationes, & repulſæ. Fides ergo & Confeſſio Ioviano oblata ab Athanaſio, ipſa eſt Nicena Fides, paucaque illi addita de divinitate Spiritus ſancti, quæ ſic Gregorius extulit, atque Occidentales & Orientales deinceps veneratos eſſe ait. Πρῶτος καὶ μόνος, ἢ κομιδῇ σὺν ὀλίγοις ἀποτολμᾷ τὴν ἀλήθειαν σαφῶς οὑτωσὶ καὶ διαῤῥήδην, τῶν τριῶν μίαν θεότητα καὶ οὐσίαν ἐγγράφως ὁμολογήσας. *Primus ille ac ſolus, aut cum admodum paucis, veritatem palam apertiſque verbis promulgare non dubitavit, unam trium perſonarum divinitatem & eſſentiam ſcripto confeſſus.* Id nimirum Athanaſius ſic executus, Epiſtola illa quam refert Theodoretus l. 4. Hiſtoriæ Eccl. c. 3. quæ una explodit, quicquid de Symbolo Athanaſiano, Dominicis diebus ad Primam recitari ſolito, illi oblato ad ejus formandam fidem, cùm prius Treveris illud ſcripſiſſet, ut fidei ſuæ rationem Iulio Papæ redderet, vel Genebrardus, vel alii ſcripſere. Alia ratio inſtituendi Chriſtianiſſimum Principem, ſeu etiam ſuam fidem tuendi ac ſatisfaciendi, quàm præferat illud Symbolum: quod non uni, ſed ſic univerſis præſcribat Romanæ ego Eccleſiæ quaſi Symbolum incerto auctore, exiſtimem, hinc Athanaſii dictum & putatum, quod dilucidè Catholicam, ipſamque Athanaſii fidem (de Trinitate maximè) complecteretur; cujus inter Catholicos ſic ſpectata fides, ut ejus communio velut teſſera Catholici eſſet; cenſereturque ejus condemnatio ipſa Nicenæ & Catholicæ fidei ejuratio; uti ſe res habuit in Liberio Romano Antiſtite, cui renuit Romana ipſa Eccleſia communicare, habuitque ut hæreticum, cùm ille Conſtantii vexationibus fatigatus in ejus tandem condemnationem conſenſiſſet; ſeque illa condemnatione, Euſebianorum communione polluiſſet. Ejus Symboli ſeu formulæ fidei antiquitatem, produnt illi ejus verſiculi, quos totidem verbis habet Auguſt. in libris de Trinit. & alibi, quos non aliunde deſumpſiſſe videatur quàm ex eo Symbolo; ac, ſi deſumpſit, longè Athanaſii ætatem ſuperat, cui quidam illud falsò adſcribunt, ut auctor eſt Ioannes Belethius antiquus Pariſienſis Theologus; niſi fortè velint aliqua de Chriſti Myſterio addidiſſe, quæ videantur 4. Synodum Generalem, ac in eo explicatam fidem, ſupponere; ut eſt facilè in ejuſmodi ſcriptionibus nova addere, maioris explicationis causâ, prout novæ cogunt ſurgentes opiniones ſeu hæreſes. Quanquam nihil vetat dicere, ipſum potius Symboli auctorem ex Auguſtino aliiſque PP. ſua conſarcinaſſe. Verùm quicquid dicatur, nihil neceſſe Roma vel Latio exire, ſeu Græcum Symboli eius auctorem quærere. Latinè primùm ſcriptum omnino ſuadet, quod Latina, ipſa non barbara, eadem prorſus ſunt; Græca fere ſemibarbara, longè alia & alia; prout quiſque interpretum ſibi indulſit, ut alia aliis verba reponeret; nec ſolùm in levioribus, verùm etiam in iis quæ graviora videantur, ut ſunt voces ὑποστάσεις & πρόσωπον. Duas refert Genebr. & tertiæ variantes lectiones, extatque quarta altero tomo Athanaſii operum, Symboli huius Græca editio: omneſque alium aliumque præferunt auctorem, ſeu magis Interpretem; ſic verbis diſſentiunt, ac, quamvis alii aliis minus barbari ſint, præ Athanaſio omnes balbutiunt, ævique paulò recentioris homines produnt. Movet & illa explicatio dicti Evangelici, *Pater major me eſt*, non ſatis in eo Symbolo Athanaſiana. Verus enim Athanaſius Orat. 2 contra Arianos maiorem exponit, ut & fere æquales pauloque ſuppares Viri Eccleſiaſtici, ratione originis & principii, non ſecundùm humanitatem, de qua nemo poſſit ambigere; & inter quam & Deum (res ſic diſtantes diverſique generis) non ſatis apte illis viſa inſtituta illa maioris comparatio. Μείζων itaque οὐ μεγέθει τινὶ ἢ χρόνῳ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς γέννησιν. *Major non mole aliqua aut tempore; ſed quod ex Patre natus ſit.* Subditque, Πλὴν ὅτι καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν, μείζων ἐστὶν, ἔδειξε πάλιν τῆς οὐσίας τὴν ἰδιότητα. *Cæterum etiam dicendo*, Maior eſt, *eſſentiæ rurſus proprietatem oſtendit.* Paulò clarius Greg. Orat. altera de Filio, ex quo hauſiſſe videntur noſtri Theologi, ut ſic Evangelice Patrem maiorem dicant, ut tamen Filium minorem non admittant; qua in re minus ſcrupuloſos fuiſſe antiquiores liquet. Sic ergo ille, Ἢ δῆλον ὅτι τὸ μεῖζον μέν ἐστι τῆς αἰτίας· τὸ δὲ ἴσον, τῆς φύσεως. καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογοῦμεν ἡμεῖς. τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλος τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλονεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναιτίου. τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχοι ἂν, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνάρχου. καὶ πρόσεστι ἡ γέννησις πρᾶγμα τοσοῦτο τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὕτω σεβάσμιον. τὸ γὰρ δὴ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἄνθρωπον νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. τί γὰρ θαυμαστὸν, ἢ μείζων ἀνθρώπου Θεός. *Nonne perſpicuum eſt, Majoris vocem ad cauſam* (id eſt, auctorem) *æqualis autem ad naturam referendam eſſe? Ac nos iſtud ingenuè admodum & candidè fatemur. Fortaſſe etiam dixerit alius quiſpiam, ſermonem noſtrum acriori animi contentione proſequens, inferius habendum non eſſe, ab hujuſmodi cauſa ſeu auctore, nullam cauſam ſeu auctorem habente, proficiſci. Nam & qui ab eo, qui principio caret, originem trahit, ejus quoque gloriæ partem ſibi vendicat. Et accedit inſuper generationis prærogativa, res tanta tamque veneranda, iis certè quidem, qui mente præditi ſint: Nam quod ratione hu-*

